Alterum Hecatæi opus *Genealogiæ* fuerunt. Sic ipse auctor, e more logographorum, librum inscripsisse videtur, qui in eo maxime versabatur, ut poetarum fabulas ex ordine genealogico soluta oratione exponeret (1). *Historias* a Genealogiis non fuisse diversas, recte monet Clausenius; quod vero hunc iis titulum a serioribus inditum ait propterea, quod ad criticæ historiæ scribendæ artem jam propius accederent (v. fr. 332), id vereor, ne subtilius quam verius disputatum sit. Libros continebant ad minimum quattuor, tot enim in fragmentis commemorantur. Exorsa est narratio a Deucalione ejusque progenie. Sed accipe Clausenii verbis, quem fabularum ordinem ex reliquiis vir doctus eruendum esse censeat. « Primum progeniem Hellenis, et in ea primum prolem Dori, Doriensium expeditiones, deinde stirpem Æoli, et in hac Athamantis filium Phrixum, Crethei Æsonem, Æsonis Iasonem cum Argonautis, deinde Crethei Amythaonem, Melampodem, Amphiaraum : postea alium Deucalionis filium Orestheum, Phytium, Œneum, Tydeum exhibitos fuisse arbitror. Ad secundum librum Herculem cum Heraclidis refero, quorum multa facta ab eo tractata scimus : quæ ita disposui, ut primum res Peloponnesiacas, aprum Erymanthium, Augen, Cerberum in Tænaro, hydram Lernæam, Augeam, deinde reliquas Græcas, Geryonem et Œchaliam, denique exteras, Amazones, postremo Heraclidas recensuerim. Ex libro tertio non nisi res Arcadum citantur. Atqui quum multas præterea rerum Argolicarum mentiones habeamus, omnes res Peloponnesiacas, quarum heroes neque ab Hercule neque a Deucalione derivantur, ibi tractatas putavi, velut Ægyptum et Danaum, Danaen, Prœtum et Cyclopes, denique Perseum, postea alios in reliqua Græcia ab eadem stirpe oriundos, velut Cadmum. De libro quarto nil scimus : nonnisi Cariæ et Lyciæ mentionem habemus : probabile est, ibi fabulas ad Asiam minorem pertinentes fuisse narratas, quarum multas haud dubie novit Hecatæus. « Cf. Idem ad fr. 334, 344, 361.

Quod ad Hecatæi genus dicendi attinet, Strabonis locum (v. not. 13), ubi prosaria Nostri oratio ad poeseos indolem proxime accedere dicitur, uberius exponit Hermogenes (2) : « He-

(1) Strabo I, p. 34 : Λύσαντες τὸ μέτρον τἄλλα δὲ φυλάξαντες τὰ ποιητικὰ συνέγραφον οἱ περὶ Κάδμον καὶ Φερεκύδην καὶ Ἑκαταῖον.

(2) De gener. dicendi II, 12 : Ἑκαταῖος δὲ ὁ Μιλήσιος, παρ' οὗ δὴ μάλιστα ὠφέληται ὁ Ἡρόδοτος, καθαρὸς μέν ἐστι καὶ σαφὴς, ἐν δέ τισι καὶ ἡδὺς οὐ μετρίως. Τῇ διαλέκτῳ δὲ ἀκράτῳ Ἰάδι καὶ οὐ μεμιγμένῃ χρησάμενος οὐδὲ κατὰ τὸν Ἡρόδοτον ποικίλῃ, ἧττόν ἐστιν ἕνεκά γε λέξεως ποιητικός. Καὶ ἡ ἐπιμέλεια δὲ αὐτῷ οὐ τοιαύτη, οὐδὲ ὅμοιος ὁ κόσμος ὁ περὶ αὐτήν. Διὸ καὶ ταῖς ἡδοναῖς ἐλαττοῦται πολλῷ τοῦ Ἡροδότου, ἀλλὰ πάνυ πολλῷ, καίτοι γε μύθους τὰ πάντα σχεδὸν καὶ τοιαύτην τινὰ ἱστορίαν συγγραψάμενος. Ἀλλ' οὐ μόνον ἡ ἔννοια ἱκανὴ λόγιον εἶδος ὁτιοῦν ἐξεργάσασθαι, πολὺ δὲ ἔχει καὶ ἡ λέξις καὶ τὰ περὶ τὴν λέξιν, οἷον σχήματα, κῶλα, συνθῆκαι, ῥυθμοὶ, ἀναπαύσεις, πρὸς τὸ ἡδονὰς ποιῆ-

catæus Milesius, inquit, cui plurimum debet Herodotus, purus est et perspicuus. Dialecto mera Ionica (1) nec mixta usus nec, sicuti Herodotus, variata, minus est in dictione poeticus. In qua neque eadem ei diligentia nec similis ornatus. Propterea jucunditate multum inferior est Herodoto, sane permultum: quamvis fabulæ sint fere omnia quæ scripsit, et ejusmodi etiam ejus historia. Atqui non solum sufficit cogitatum ad dicendi genus aliquod perficiendum; multum etiam dictio facit et quæ ad dictionem pertinent, velut figuræ, membra, rationes connectendi, numeri, clausulæ, ad efficiendam delectationem et suavitatem, quales apud Herodotum sunt, et profecto aliud orationis genus, quod singulæ naturaliter efficiunt orationis formæ. Consentaneum igitur est, hæc parum successisse Hecatæo, quippe qui diligentiæ ac dictionis ornatui non æqualem operam dederit. » In universum igitur Hecatæi oratio leniter et sedate fluebat mediocriter temperata, nulla periodorum arte impedita; nec semper tamen eam fuisse placidam, sed vividam quoque interdum et concitatam allato exemplo (fr. 353) testatur Longin. De sublim. c. 27.

In fine hujus commentatiunculæ fragmenta quædam subjicere liceat, quæ sero deprehendimus.

Epimerism. Hom. ap. Cramer. Anecd. vol. I, p. 223, 16: Τὸ ἐπὶ θηλυκοῦ φάκος... σεσημείωται τὸ φακός ὀξυνόμενον· ἔστι δὲ καὶ βαρυτόνως ὄνομα ὄρους· Ἑκαταῖος· « Πρὸς μὲν νῶτον (recte Cramerus νότον) παῶλος (codex παῶ͂λα) καὶ Φάκος. »

Phacus, urbs Macedoniæ, a monte cui adjacebat, ut videtur, nominata, memoratur apud Polyb. XXXI, 25, 2 et Diodor. tom. IX, p. 416. Ex posteriore loco concludere licet eam sitam fuisse haud procul a Pella, in terra Bottiæorum. Ad eandem regionem pertinere debet alterum nomen misere corruptum. Sed nullus dubito, quin grammaticus scripserit Πακτωλὸς. Sic Diodor. XII: εἰς Πακτωλὸν τῆς Βοττικῆς. Quod quidem si cum Palmerio, Wesselingio, Dindorfio mutandum est in Σπαρτωλόν, Botticam urbem ex Thucydide (II, 79) et Isæo (Or. de Dicæog. Hered. p. 55) notam, idem nostro quoque loco faciendum foret. Nec tamen ulla mutandi necessitas, immo ut in Phrygia erat urbs Βοτίειον (Steph. Byz.), sic in Bottiæorum terra esse potuit mons Pactolus, in quo nomine novum agnosco vestigium cognationis, quæ Asiæ minori cum Thraciæ gentibus intercessit. V. quos laudat Bæhr. ad Herodot. VII, 73.

Iidem ibid. p. 265, 10: Σημειωτέον δὲ ὅτι οὐχ ἁπλῶς τὸν ὄχλον σημαίνει, ἀλλὰ τὸν ὑποτεταγμένον· Ἑκαταῖος γὰρ, « Τὸν Ἡρακλέα τοῦ Εὐρυσθέως λέων » λέγει, καίτοι ἕνα ὄντα.

Iidem ibid. p. 207, 20: Τοῦ ἐμὲν τὸ προστακτικὸν ἔθι, καὶ πλεονασμῷ τοῦ σ ἔσθι· Ἑκαταῖος· « Ἐνθάδι (scr. videtur ἐνθάδε) ἔσθι· » ὅπερ οἱ Ἀττικοὶ ἴσθι κατὰ τροπήν.

Photius: Τενθεύς· ὁ Πενθεύς, παρ' Ἑκαταίῳ.

Isidor. Hispalens. (Origin. I, 38), ubi metro heroico dicit minime primum usum esse Homerum, sed longe ante eum et Pherecydem in Moysis cantico Deuteronomii et apud Iobem Moysis æqualem hexametrum versum inveniri, addit hæcce: « Hoc apud Græcos Achatesius Milesius fertur primus composuisse, vel, ut alii putant, Pherecydes Syrius. » Pro *Achatesio* editores *Hecatæo*.

C. O. Müller in Diariis Gœtting. 1832, N. 202 in Hecat. fr. 114 pro Ἰμφέες, qui prorsus sunt ignoti, restitui jubet Τυμφέες.

Post fr. 333 hoc inserendum ex Schol. Thucyd. I, 3, § 2: Ἑκαταῖος ἱστορεῖ, ὅτι Δευκαλίων τρεῖς παῖδας ἔσχε, Πρόνοον, Ὀρεσθέα καὶ Μαραθώνιον· Προνόου δὲ τὸν Ἕλληνά φησι γενέσθαι.

CHARON.

Charon, Lampsacenus, Pythei, ut Pausanias (X, 38) dicit, vel secundum Suidam (2) Pythoclis filius, a Dionysio (Judic. de Thucyd. p. 817 ed. Reiske) eorum ordini scriptorum adnumeratur, quos ἀρχαίων nomine designatos floruisse dicit ante bellum Peloponnesiacum. Eum Herodoto priorem fuisse idem Halicarnassensis alio loco (p. 769) asseverat, nec non Plutarchus et Ter-

σαι καὶ γλυκύτητας, οἷαί εἰσιν αἱ παρὰ Ἡροδότῳ καὶ νὴ Δία γε ἄλλο τι λόγων εἶδος, ὡς ἕκασται πεφύκασιν ἐργάζεσθαι λόγων ἰδέαι. Εἰκότως οὖν τοῦτο ὁ Ἑκαταῖος πέπονθε, τῆς ἐπιμελείας καὶ τοῦ περὶ τὴν λέξιν κόσμου μὴ ὁμοίως φροντίσας. Τοσαῦτα καὶ περὶ Ἑκαταῖον. *Cf.* Demetr. Phaler. De elocut. 12.

(1) Quare fr. 58 pro διδυμοτοκεῖν restituendum διδυμητοκεῖν. *Cf.* Scymn. Chium 378, eadem, ex Hecatæo, ut videtur, narrantem, ubi hæc forma legitur in Manuscr. Parisiensi.

(2) Suidas et Eudocia in Violario: Χάρων Λαμψακηνὸς, υἱὸς Πυθοκλέους, γενόμενος κατὰ τὸν πρῶτον Δαρεῖον οθ' ὀλυμπιάδι· μᾶλλον δὲ ἦν ἐπὶ τῶν Περσικῶν κατὰ τὴν οε' Ὀλυμπιάδα· ἱστορικός· ἔγραψεν Αἰθιοπικά· Περσικὰ ἐν βιβλίοις β'· Ἑλληνικὰ ἐν βιβλίοις δ'· περὶ Λαμψάκου β'· Λιβυκά· ὅρους Λαμψακηνῶν ἐν βιβλίοις δ'· Πρυτάνεις ἢ ἄρχοντας τοὺς τῶν Λακεδαιμονίων, ἔστι δὲ χρονικά· Κτίσεις πόλεων ἐν βιβλίοις β'· Κρητικὰ ἐν βιβλίοις γ', λέγει δὲ καὶ τοὺς ὑπὸ Μίνωος τεθέντας νόμους· Περίπλουν τὸν ἐκτὸς τῶν Ἡρακλείων στηλῶν.

tullianus (v. fr. 1 et 4): ut mireris Larcherum (Chronolog. Herodot. p. 643), qui, spreta omnium testimoniorum auctoritate, Charonis natales et Herodoti eidem anno assignare conatus sit. Paullo accuratiora docemur a Plutarcho in Themistocle (c. 27), ubi Xanthus narrasse dicitur Themistoclem ad Artaxerxem venisse, non vero ad Xerxem, uti Ephorus, Clitarchus, alii falsam temporum computationem secuti tradiderunt. Igitur quum Artaxerxes secundum Canonem Astronomicum et Diodorum (XI, 69) Ol. 78, 4 patri in regno successerit, apparet auctorem nostrum post id temporis in Persicis suis vel Hellenicis condendis adhuc fuisse occupatum. Cum his congruit quod Suidas refert floruisse eum Ol. 79 vel, ut mavult, Ol. 75, quo tempore Xerxis classis ad Salaminem est devicta. Sed raro Suidas testis adhibetur, quin simul aut summam ipsius acrisiam aut supinam librariorum negligentiam accuses. Sic nostro quoque loco illa: Κατὰ τὸν πρῶτον Δαρεῖον οθ′ ὀλυμπ. aut gravem scriptoris errorem arguere aut egregie corrupta esse, neminem latet, qui Darium noverit jam Ol. 73, 4 *e* vita decessisse. Quare Sevinus (in *Mém. de l'Acad. d. bell. lett.*, tom. XIV, p. 58) Persæ mentionem ab indocto homine intrusam esse censuit, Creuzerus vero leniorem, ut videtur, medicinam afferens pro οθ′ scribendum proposuit ξθ′. Itaque Suidas diceret Charonem jam Ionici belli initio florere cœpisse, majori autem gloria polluisse illo tempore quo Xerxes in Græciam fecerit expeditionem. Non est enim, cur vocem γενόμενος pro *natus* accipiamus, quæ quidem interpretatio eo cautius vitanda est, quo frequentius ea a nostri ævi viris eruditis advocari solet, ut testimonia incongrua et ex diversis temporum calculis profecta inter se concilientur. Nam bene fieri potuit, ut is, qui Ol. 69 prima eruditionis specimina edidit, post quadraginta annos historiæ scribendæ adhuc operam navaret (Cf. Clinton. ad Ol. 68). Igitur si Charonem Ol. 69 annum trigesimum egisse statuamus, natales ejus referendæ sunt ad Ol. 62, ita ut initio regni Artaxerxis natus fuisset annos sexaginta fere et octo.

Sed vides hanc ætatis definitionem totam esse in conjecturis retrusam ideoque incertissimam. Eodem jure quo Olympiadis numerum Creuzerus mutavit, Dario substituere liceret nomen Artaxerxis. Quapropter equidem reputans diversas in antiquitate, quamvis nondum satis exploratas, tempora computandi rationes obtinuisse, quas Suidas omni judicii acumine destitutus haud semel confudit, nil in verbis grammatici mutandum esse puto. Darii mentio fluxisse videtur ex fonte, qui Charonem justo antiquiorem fecit, id quod, ut videbimus, plurimis nostris historicis accidit. Verum Olympiades, quas deinde posuit, quarumque primam inepte cum regno Darii conjungit, ex aliis fontibus petivit; et verum illæ tempus, quo Charon floruit, designare videntur, ita ut vixisse dici possit inter Ol. 67 et 87.

De scriptis Charonis si ex operum catalogo, qualem grammaticus exhibet, conjecturam facere liceret, contra ætatis suæ indolem auctor noster fuit admodum fecundus. Verendum autem, ne posteriorum Charonum opera in antiquissimum hujus nominis scriptorem, uti fieri solet, sint relata. Etenim apud Suidam præter Lampsacenum memorantur Carthaginiensis et Naucratita, quem posteriorem Vossius (De hist. Gr. p. 468) et Johnsius (De script. histor. philos. II, 7, 4) eundem esse suspicati sunt ac ille, qui a Schol. ad Apollon. Rhod. (II, 1055) Apollonii familiaris fuisse ejusque Argonautica commentariis illustrasse dicitur. His adjungendi sunt alii quidam historici, Chares Mytilenæus, rerum Alexandri scriptor (Voss. l. l. p. 62), Charax Pergamenus, uti noster, Hellenicorum et Chronicorum auctor (Voss. p. 341), Chæreas denique, a Polybio (III, 20, 5) tanquam ineptus nugator reprehensus; qui omnes propter nominum vel operum ab iis conditorum similitudinem ut a recentioris ætatis viris doctis sæpe cum Charone Lampsaceno confusi sunt, sic jam a veteribus non semper recte distincti esse possunt videri (v. quæ affert Creuzer. p. 96, sq).

Accedo ad illa scripta, quorum fragmenta quædam ætatem tulerunt. Primum igitur *Persica* duobus libris, *Hellenica* quattuor libris composuit. Ad hæc respexit Dionys. Hal. (Jud. de Thuc. p. 769), ubi dicit: Ἡρόδοτος τῶν πρὸ αὐτοῦ συγγραφέων γενομένων, Ἑλλανίκου τε καὶ Χάρωνος, τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν παρεκδεδωκότων, οὐκ ἀπετράπετο, ἀλλ' ἐπίστευσεν αὐτῶν χρεῖσσόν τι ἐξοίσειν· ὅπερ καὶ πεποίηκε. Quibus indicat jejunam illam nullaque jucunditate conditam antiquissimorum historicorum enarrationem, quæ satis haberet summa tantum rerum capita tangere, in causas earum et connexum altius nunquam inquireret. Hanc Charonis operis indolem fuisse intelligitur etiam ex primis fragmentis (1, 2), ubi Pseudo-Plutarchus Charonis et Herodoti de iisdem rebus narrationem componens majorem illi integritatem tribuendo hujus laudes detrectare studet. Nam, ut Sevinus et Creuzerus monent, omnis hæc criminatio eo diluitur quod res a Charone summis tantum lineis descriptas Herodotus accuratius tradidit, singula quæque rerum momenta

diligenter exponens. Aliud quo ad charactera Charonis penitius cognoscendum non minimum adjumentum afferri puto, illud est quod fragmento tertio legitur de albis (1) columbis, sinistro Persis naufragii cladisque augurio. Quod quum Herodotus in copiosa sua narratione silentio prætermiserit, Charon vero in opusculo, quod duobus tantum libris totam Persarum historiam inde a Nini (2) temporibus usque ad æqualem auctori ætatem complectebatur, memoratu dignum habuerit, luculenter inde apparet Charonem cupidissimum fuisse prodigiorum et portentorum narratorem. Quam quidem rem explicaverim non tam ex studio illo, quod apud seriores scriptores deprehendimus, orationis siccitatem his quasi condimentis leniendi animumque lectorum demulcendi, quam ex arcta potius conjunctione, quæ antiquissimæ historiæ cum poesi intercesserit ad omina et signa deorum rerum eventus referente.

Ex *Hellenicis* nihil servatum est expressis verbis huic operi adscriptum. Fragmentum de fuga Themistoclis in Persicis æque atque in Hellenicis locum habere potuit, et quod huic subjunximus de Carcino Naupacticorum auctore, non magis certo judicio ad Hellenica referre licet.

Sequuntur apud Suidam *Prytanes vel Reges Lacedæmoniorum,* quorum nomina et res memorabiles sub singulorum regnis gestas sine dubio ex παλαιοτάταις illis ἀναγραφαῖς repetiverat, quarum Plutarchus (Adv. Colot. 17, p. 1156 F) mentionem facit, et quas Herodotus quoque (I, 65, ibique Bæhr.) consuluisse videtur. V. Odofr. Müller. Dor. I. p. 131. Maximopere dolenda est hujus operis jactura, quum multum sane faceret ad veteris chronologiæ rationes penitius intelligendas. Nam quum verisimile sit in publicis illis Lacedæmoniorum catalogis non solum nomina regum consignata fuisse, sed etiam numerum annorum, quibus quisque regnaverat, quæstio oritur quomodo hoc fieri potuerit, quum orales traditiones poetarumque carmina personarum quidem nomina regnorumque seriem suppeditent, numeros vero parum curare soleant. Videntur igitur in hac re veteres artificio quodam, ut ita dicam, ex deorum cultu aliisque civitatum institutis profecto usi esse; quod systema chronologicum sine dubio admodum simplex, sed a serioribus valde obscuratum eruere fortasse liceret, si Charonis operi, sicut simili illi Hellanici de Sacerdotibus Junonis Argivæ, temporum injuria pepercisset. Nusquam enim fragmentum occurrit, quod ex hoc libro repetitum esse dicitur. Exstat vero locus Athenæi (fr. 11), ubi ex Charone ἐν Ὥροις, i. e. *in annalibus*, poculum Alcmenæ a Lacedæmoniis monstratum commemoratur. Nullus dubito quin Ὧροι alius titulus sit operis chronologici a Suida Πρυτάνεις appellati, in quo donaria commemorari horum librorum indoli optime convenit.

Hæc manu nos ducunt ad aliud Charonis opus, Ὅροι Λαμψακηνῶν ἐν βιβλίοις δʹ inscriptum. Sic Suidas; atque egisse Charonem de finibus agri Lampsaceni docet locus Polyæni (fr. 10), quem, quamvis nulla adjecta sit fontis notitia, ad Nostrum referendum esse acute vidit summus Creuzerus. Videtur igitur hoc ipso fragmento titulus operis a Suida allatus quam maxime confirmari. Verum sunt quæ scrupulum injiciant et dubitationem, atque pro ὅροις legendum esse suadeant ὥροις. Qua in re proficiscendum nobis est a docta disputatione Schweighæuseri ad Athenæum (Animadv. ad verba Νεάνθης ἐν πρώτῳ Ὥρων, IV, c. 76, tom. II, p. 645 sqq.). Is enim quum apud Athenæum aliosque scriptores animadvertisset fluctuare libros inter vocabula ὥρων, ὡρῶν et ὅρων, ubi scriptorum historicorum tituli excitantur, atque a vett. grammaticis ὡρογράφους i. e. ἱστοριογράφους, τὰ κατ᾽ ἔτος πραττόμενα γράφοντας sæpe laudari vidisset, « mirum vero omnino, ait, debebat videri, quum omnes isti lexicographi nos doceant, ὡρογράφους dictos olim fuisse *Annalium scriptores,* et ὡρογραφίας dictas esse *Descriptiones rerum memorabilium* in civitatibus gestarum juxta annorum seriem digestas; quid ergo esset, quod in infinito numero librorum historicorum, quorum tituli ab iis scriptoribus, qui ad nostram ætatem supersunt, commemorantur, ne unus quidem reperiatur (in Vossii quidem toto opere De historicis Græcis nullum reperire mihi con-

(1) Res illustratur ex Herodoto I, 138, ubi Persæ dicuntur et λέπρῃ vel λεύκῃ morbo affectos (i. e. leprosos) aversati esse et λευκὰς περιστεράς. De his apponere liceat notam Bæhrii : « Hæc vulgo de *albis* intelligunt columbis, quas propter albi coloris similitudinem cum vitiligine laborantibus, quorum pallida facies et albescens, ejecerint. Album enim colorem Persis invisum dictitant. Sed omnium sanctissimum Persis haberi hunc colorem, qui innocentiæ, integritatis adeoque pietatis indicium sit, optime commonstravit Hammer. in *Wiener Jahrbb.* IX, p. 17, 18. Unde consequens est, hic non de albis columbis sermonem institui, sed de *columbis et ipsis leprosis,* quas pariter atque homines leprosos a se remotas voluerint Persæ. Plura Hammer. l. l. » Quod si recte disputatum, in Charonis quoque fragmenti versione pro *albæ columbæ* scribendum esset *leprosæ columbæ.* Sed vehementer dubito.

(2) Hoc indicari mihi videtur fr. 12 de Rhœco, qui, ut Schol. Theocrit. Idyll. III, 13, dicit, Nini in Assyria habitavit. A Nini temporibus Hellanicus quoque Persicorum suorum exordium posuit.

tigit) cujus in titulo vestigium conspiceretur vocabuli ὧρος, a quo ὡρογράφοι nomen habuere. At salva res est. In Ionicorum præsertim et Ioniæ vicinorum scriptorum historicis operibus nomen illud quærendum, probabile ex eo fiebat, quod Erotianus, Ionicarum glossarum interpres, in Lexico suo Hippocrateo utrique vocabulo ὧρος et ὡρογράφοι locum dedisset. » Deinde multorum scriptorum operibus, in quibus antea putabatur aut de anni temporibus (ὡραῖς), aut de finibus (ὅροις) sermonem esse, verum titulum restituit. Sic præter Neanthem Cyzicenum ὥρους scripsisse videmus Theoclytum Methymnæum (Athen. XI, p. 470), Aethlium (Athen. XIV, p. 650), Malacum (Athen. XIV, p. 653, E, et 650, D), Alexin Samium (XII, p. 540; XIII, 572, F), Duridem (Athen. XV, p. 696, E, Schol. ad Hecub. 934, Porphyr. in Vita Pythag.), Creophylum. In multis quidem locis optimi libri manuscripti veram lectionem ὥρους exhibent, sed quum hæc vox minus nota esset, a librariis plerumque depravata est. — Quæ omnia si sub unum oculorum adspectum subjicias, non reprehendendus sane Schweighæuserus videtur si etiam apud Suidam pro ὅροις reponi jusserit ὥροις. Ac confirmatur viri celeberrimi sententia eo, quod præter locum Athenæi modo laudatum, ubi ex ὥροις Charonis poculum Alcmenæ commemoratur, alius legitur apud eundem scriptorem (fr. 9) ex libro secundo ὥρων. Sic enim scribitur in melioris notæ libris pro vulgata ὅρων. Narratur ibi quanam arte usi Bisaltæ vicerint Cardianos. Potuit hoc in Lampsacenorum *Annalibus* referri, sed quomodo ad fines eorum pertineat non assequor; contra sponte intelligitur in Annalibus Lampsacenorum dicendum fuisse etiam de ditionis magnitudine, deque litibus quas propter agrorum fines cum Parianis aliisque gentibus vicinis habuerint; ita ut fragm. 10 nil faciat ad consolidandam Creuzeri opinionem. « At, vir doctissimus dicit, obstat testimonium Suidæ vel ejus potius scriptoris, quem is exscripsit, qui hoc non solum dicit, Charonum ὅρους Λαμψακηνῶν conscripsisse quattuor libris, sed primum refert: illum scripsisse περὶ Λαμψάκου, et deinde, interjecta mentione de ipsius Libycis, subjicit eundem condidisse ὅρους Λαμψακηνῶν, quorum quidem quattuor ait libros fuisse, quum illius prioris scripti duo tantum volumina numerasset. » Hæc librorum de Lampsaco divisio parum veri similis est. Nam, ut statuamus Charonem duo de Lampsaco opera composuisse, quorum alterum de finibus agri Lampsaceni egerit, alterum a civitatis originibus exorsum incrementa ejus et res gestas per decursum temporis enarraverit, nonne mirum tum quod posterius posuimus duos tantum libros, alterum vero, quod multo angustiorem materiam tractabat, atque nonnisi in priori opere jam tractata nonnulla uberius persequi poterat, duplicem librorum numerum complexum esse? — Ultro quasi suspicio subnascitur duos ejusdem operis indices a Suida pro diversis operibus laudari. Nec dubitarem hanc sententiam amplecti, nisi cautius agendum esse diversus librorum numerus admoneret. Erunt fortasse qui hunc in alteroutro loco corruptum esse dicant; verum hoc est incidere nodum, non autem solvere. Quare revertendum puto ad id, quo Creuzerus apprime nititur, ut περὶ Λαμψάκου et Ὅρους Λαμψ. opera diversa fuisse demonstraret; nempe ad Λιβυκὰ, inter illa duo scripta interposita. Quod ut ad Creuzerianam sententiam parum adjumenti affert, sic alio modo viam ad veriora poterit patefacere.

Quemadmodum enim Suidas in constituenda Charonis ætate diversas sententias protulit, easque pessime in unum conglutinavit, eadem ratione etiam ad operum catalogum contexendum plures fontes adhibuisse, iisque ita usus esse videtur, ut ubi in libro aliquo indicem operis reperiret in alio fonte aut non memoratum aut aliter elatum, eum in lexicon suum sine hæsitatione inscriberet. Inde evasit uberrimus noster Charonis operum recensus. Nimirum inde a voce Λιβυκὰ nova series librorum incipit, ex alio fonte quam ex quo superior repetita. Etenim Λιβυκὰ procul dubio idem opus sunt quod initio catalogi Αἰθιοπικὰ nominaverat. Nec est cur longius exponamus, cur unus idemque liber sub duobus his titulis potuerit citari (1). Sequuntur in prima serie Περσικά, quæ quum alio nomine vix designari possent, mentio eorum ex altero fonte non iteratur. Deinde afferuntur Ἑλληνικὰ ἐν βιβλίοις δ' et in altera parte ὅροι Λαμψακηνῶν ἐν βιβλίοις δ', Πρυτάνεις ἢ ἄρχοντες οἱ τῶν Λακεδαιμονίων. Diversa hæc videntur; sed animadvertas eundem librorum numerum in utroque opere excitari; deinde reputes quod in antecedentibus monui, hunc librorum numerum admitti non posse si cum Creuzero illud ὅρους retinere velis, vel si ὥρους Λαμψακηνῶν legeris, quia tum non intelligitur quid fuerit alterum opus περὶ Λαμψάκου ἐν βιβλίοις β'; porro consideres duo hæc opera Libycorum mentione sejuncta esse, atque alterum conjunctum cum libro de Regibus Lacedæmoniorum. Quæ omnia in unum congesta persuadent, sicut

(1) Libyca ista fortasse pertinent ad Charonem Carthaginiensem.

Libyca et Æthiopica, eodem modo etiam Ἑλληνικὰ et ὧρους Λαμψακηνῶν eundem librum esse, Λαμψακηνῶν vero ab ipso Suida ut videtur corruptum esse ex Λακεδαιμονίων, Πρυτάνεις denique alium titulum ejusdem operis esse. Post hæc memorantur περὶ Λαμψάκου β′, et in altera parte Κτίσεις πόλεων β′. Tituli differunt, librorum numerus est idem. Jam si antecedentia recte disputavi, vel inde probabile fit, his quoque titulis unum laudari opus idemque. Nec id a vero abhorret. Voluit Charon, ita enim existimo, patriæ condere historiam. Sed quoniam, ut rite propositum exsequeretur, de populis illis, qui antiquam Pithyusam urbem et Bebryciam regionem tenuerant, sermo instituendus erat, deinde vero, antequam ad Lampsacum a Nelidis conditam deveniret, de ceteris Ionicis coloniis, quæ Lampsaci fundationem satis longe antecesserunt, simul vero, ut ex Pausania, Strabone, Eusebio discimus, arcte cum illa erant conjunctæ, exponendum erat; quoniam denique, ut ex ipsis fragmentis eruitur, etiam postea de finitimis Thraciæ populis plura Charon retulit, neque Lampsacenorum colonias atque oppida eorum ditioni subjecta silentio præterire poterat; facile intelligitur quomodo aliquis, præsertim si ad priorem libri partem respexerit, totum opus appellare potuerit κτίσεις πόλεων. Sed neque περὶ Λαμψάκου neque κτίσεις πόλεων verus libri index fuisse videtur. Ex more scriptorum Ionicorum et ad similitudinem operis de Lacedæmoniis, hoc quoque inscripsit: Ὧροι Λαμψακηνῶν. Rem ita esse apparet ex fr. 9, ubi quod ex altero libro ὥρων affertur, non potuit locum habere in Annalibus Lacedæmoniorum. Sine dubio Suidas hunc quoque titulum in fontibus suis repperit, sed quum duos libros inusitato hoc vocabulo inscriptos videret, alterum omisit, in altero vero Λακεδαιμονίων mutavit in Λαμψακηνῶν, quum Lacedæmonios denuo inveniret in verbis Πρυτάνεις ἢ ἄρχοντες Λακεδαιμονίων.

Restat, ut moneam nullum exstare fragmentum quod ex opere κτίσεις πόλεων inscripto excitetur: duo tamen sunt, quæ Creuzerus huc referenda putavit. Sine ulla caussa. Primum ad Persica verisimiliter referri dixi in antecedentibus. Alterum, quo ex Charone refertur Arcadem esse Jovis vel Apollinis ex Callistone filium, probabiliter ex ὥροις Λακεδαιμονίων depromtum est.

Quæ præterea Suidas Charoni opera tribuit, ea ab Nostro aliena, ad alium hujus nominis auctorem pertinere videntur.

XANTHUS.

Xanthus, Candaulæ filius, Lydus ex Sardibus. Verba sunt Suidæ (1). Ut jam mittam celebre nomen patris, Lydiam auctoris nostri terram fuisse natalem communi scriptorum consensu confirmatur, verum Sardibus eum oriundum vulgata quidem sententia fuisse videtur, nec ita tamen firma, ut nullus dubitationi locus esset relictus. Patet hoc ex verbis Strabonis (XIII, p. 931): Ξάνθος ὁ παλαιὸς συγγραφεύς, ait, Λυδὸς μὲν λέγεται, εἰ δὲ ἐκ Σάρδεων, οὐκ ἴσμεν.

Quod ad ætatem scriptoris attinet, eum Ephorus (fr. 19) Herodoto antiquiorem dicit atque huic historiæ scribendæ fuisse auctorem. Nec multum tamen ætate historiæ patrem superare potuit, quum Dionysius Halicarnassensis (De jud. Thuc. p. 818) Xanthum cum iis componat auctoribus, qui fuerint ὀλίγῳ πρεσβύτεροι τῶν Πελοποννησιακῶν καὶ μέχρι τῆς Θουκυδίδου παρεκτείναντες ἡλικίας. Itaque natus esse videtur circa Olymp. septuagesimam. Scripsisse eum sub Artaxerxe, qui Ol. 78, 4 regnum suscepit, ex fragmento tertio luculenter apparet. Jam quum Suidæ Xanthus dicatur γεγονὼς ἐπὶ τῆς ἁλώσεως Σάρδεων, hoc si ad nostras rationes revocare volueris, necessario cogitandum est de Sardibus ab Ionibus captis (Ol. 69, 1), et γεγονὼς pro *natus* accipi debet. Quæ vocis interpretatio quoniam vix admittenda sit, Creuzerus putavit « peccatum esse a librario, qui perperam repetiverit Σάρδεων, aberrantibus oculis ab altera linea ad priorem, unde nobis obstrusum sit molestum illud: ἐκ Σάρδεων ... ἁλώσεως Σάρδεων, quum posteriore loco scribendum esset Ἀθηνῶν, ut Suidas floruisse Xanthum dicat, quo tempore Athenæ a Persis Xerxe rege captæ sunt (Ol. 75, 1). » Ut ingenue fatear, magis hæc vir venerandus disputasse videtur, ut Suidæ testimonium ad rei veritatem traduceret, quam ut ejus, quem grammaticus exscripsit, opinionem nobis aperiret. Sed de his paullo inferius erit sermo instituendus.

Scripsit Xanthus Lydiaca, quorum quattuor erant libri (2). Verum quæstio est multum diuque agitata, utrum ea, quæ apud veteres scriptores ex Xanthi Lydiacis laudantur, revera sint Xanthi,

(1) Suidas: Ξάνθος, Κανδαύλου, Λυδὸς ἐκ Σάρδεων· ἱστορικός· γεγονὼς ἐπὶ τῆς ἁλώσεως Σάρδεων· Λυδιακὰ βιβλία δ′. — De reliquis Xanthis v. Spanhemius ad Callimach. Del. v. 41. *Cf.* Fabric. Bibl. Gr. ed. Harles. tom. II, p. 159.

(2) Xanthi Lydiaca Menippus quidam in compendium redegit, teste Diog. Laert. VI, 101: (Μένιππος) ὁ γράψας τὰ περὶ Λυδῶν καὶ Ξάνθον ἐπιτεμόμενος.

an Dionysii Scytobrachionis, qui, ut Artemon contendit, sub Xanthi nomine Lydiaca composuerit. Etenim Athenæus (fr. 19), ubi dicit Lydis deberi feminas castrandi inventum, subjicit : ὡς ἱστορεῖ Ξάνθος, ἢ ὁ εἰς αὐτὸν τὰς ἀναφερομένας ἱστορίας συγγεγραφὼς, Διονύσιος ὁ Σκυτοβραχίων, ὡς Ἀρτέμων φησὶν ὁ Κασανδρεὺς ἐν τῷ περὶ συναγωγῆς βιβλίων. Creuzerus, quamvis certi quidquam de hac re statui posse neget, tamen propter Athenæum suam ab Artemonis auctoritate opinionem sejungentem, deinde vero propter Dionysii Halicarnassensis de Xantho judicium (quod eo majoris faciendum esse existimat, quo minus ille spuriis libris imponi sibi passus esset) pronior est in eam sententiam, ut Lydiaca nostra genuina putet, nec a serioris ævi homine profecta. Alteram sententiam probare studuit Welckerus in Seebodii *Archiv*. 1830, p. 70 sqq. Nec possum, quin ex animo ei assentiar. Nam quod Athenæus Artemoni opponit nullius est momenti. Nimirum post verba modo laudata pergit: ἀγνοῶν (sc. Ἀρτέμων) ὅτι Ἔφορος ὁ συγγραφεὺς μνημονεύει αὐτοῦ ὡς παλαιοτέρου ὄντος καὶ Ἡροδότῳ τὰς ἀφορμὰς δεδωκότος. Profecto nemo negabit exstitisse Xanthum antiquum historiographum, quamquam illud quod Ephorus dicit de vi, quam in Herodotum Xanthi opus exercuerit, nescio an recte, in dubium vocavit Dahlmannus (De Herodoto p. 121). Quid vero hoc impedit, quin postea Dionysius Scytobrachion, non uno nomine ille suspectus (1), aut novum plane opus sub Xanthi nomine ederet, aut vetus illud Xanthi tantopere interpolaret, ut pristinam ejus faciem non amplius posses agnoscere? Complura quidem inter fragmenta occurrunt, quæ quominus ex vero Xantho deprompta putemus non modo nil obstat, sed tantopere sigillo veri et antiquitatis signata sunt, ut libenter ea Lydo nostro vindicaveris : illa dico quæ fragmento tertio, quarto, quinto, octavo ex Strabone exscripsimus. Sed quum fr. 3 Strabo disertis verbis Eratosthenem tamquam fontem suum laudet, haud vana est Welckeri suspicio, cetera quoque, quæ Strabo e Xantho commemorat, ex eodem fluxisse Eratosthene, qui Scytobrachione, æquali fere Apollodori, paullo antiquior fuit.

Restat Dionysius Halicarnassensis, a quo Xanthus prædicatur ἱστορίας παλαιᾶς εἰ καί τις ἄλλος ἔμπειρος ὤν, τῆς δὲ πατρίου καὶ βεβαιωτὴς ἂν οὐδενὸς ὑποδεέστερος νομισθείς. Laus magnifica, quæ non cadere videatur in impostorem. At eidem Dionysio (I, 49, 72) Cephalon Gergithius ἀρχαῖος est καὶ λόγου ἄξιος συγγραφεύς. Igitur hic quoque repudiandum erit testimonium Athenæi (IX, p. 393, D), qui Troica, quæ Cephalionis nomen in fronte habebant, ab Hegesianacte ex Alexandria in Troade, histrione olim, postea poeta (III, p. 80, D; IV, p. 155, B), confecta esse affirmat. Et tamen verissimum est, quod monet Welckerus, dubitationem de γνησιότητι operis alicujus ab uno tantum alterove prolatam in hoc genus disquisitionibus multo majoris esse faciendam, quam silentium multitudinis in titulorum auctoritate bona fide acquiescentis. Quod si in universum valet, nonne tanto acrius insistendum est, ubi falsitatem libri alicujus asseverari videmus a viro, qui ut Artemon opere suo περὶ βιβλίων συναγωγῆς ex professo in hanc rem inquisivisse putandus est? At neque Dionysius, dixeris, passus est sibi falsis libris imponi. Quod nescio quomodo probaturus sis. Nolo denuo excitare Cephalionem; verum non anxie Dionysium veterum scriptorum fidem et veritatem in examen vocasse, sed satis habuisse in aliorum judicio acquiescere, locus arguit a Welckero allatus ex libro de Thuc. p. 864 Reisk. : Οὐδὲ γὰρ διασώζονται τῶν πλειόνων αἱ γραφαὶ μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων, οὐθ' αἱ διασωζόμεναι παρὰ πᾶσιν ὡς ἐκείνων οὖσαι τῶν ἀνδρῶν πιστεύονται· ἐν αἷς εἰσιν αἵ τε Κάδμου τοῦ Μιλησίου καὶ Ἀριστέου τοῦ Προκοννησίου καὶ τῶν παραπλησίων τούτων. Nemo profecto ex hisce verbis contrariam sententiam eruere voluerit. Itaque quod Xanthus prædicatur ἱστορίας εἰ καί τις ἄλλος ἔμπειρος, id ita explicandum esse videtur, ut rerum mythicarum expositionem, qualem Dionysius Scytobrachion sectabatur, haud absimilem fuisse illi credamus, cujus ipse Halicarnassensis in Antiquitatibus Romanis luculenta edidit specimina. Præterea Mytilenensis satis multa veterum scriptorum subsidia ad librum suum contexendum adhibuisse potest, ut eruditionis laude dignus videretur : quod tanto probabilius est, quanto magis Halicarnassensis non tam veram Lydiacarum antiquitatum cognitionem spectasse existimandus est quam rerum narratarum multitudinem. Adde Lydi auctoris nomen oculorum aciem præstrinxisse, atque historiarum obscuritatem verum de earum fide judicium reddidisse difficillimum.

Quodsi igitur ex hac parte Artemonis sententia non possit infringi, ipsis fragmentis ea quam maxime consolidatur. Plurima quæ de ea re Welckerus in medium protulit ad fragmenta paucis jam indicavi. Quare hic nonnisi potiora attingam. Inter ea numerandum est, quod Lesches Arctinum vicisse narratur Olympiade decima

(1) V. Welcker. l. l., ubi disserit admodum sagaciter de Dionysii cognomine, et in libro de Cyclo Hom. p. 82, sqq.

octava (fr. 27). Temporum secundum Olympiades computationem a Xanthi ætate alienam esse nemo nescit. Tueri hoc possis a seriore dicens homine Xanthi calculos ad Olympiadum annos exactos esse, neque ipse refragarer quominus simile quid Xanthi Lydiacis accidisse statuerem ac Hellenicis Xenophontis, nisi aliam hujus anachronismi causam doceret Artemon. Sicut in temporibus notandis Scytobrachion contra morem antiquitatis peccavit, eodem modo Alexandrinus grammaticus in ista sese prodit genealogia, quæ Tantalum et Ascalum filios facit Hymenæi (fr. 23). Aliud fraudis indicium inest Plinii loco (fr. 19, p. 40), quem ex Xantho petitum esse acute vidit Creuzerus. Narratur ibi Candaules, rex Lydorum, picturam Magnetum excidii pari rependisse auro. Quod quam sit absurdum, vix est cur pluribus ostendam. Præterea quæ de Magnete et de rogo Crœsi e Xantho apud Nicolaum leguntur, ipsius narrationis tenore et adornatione seriorem ætatem redolent, aliisque de caussis, de quibus Welckerum adeas, suspecta sunt. Huc accedit quod eidem Xantho de Magis opus adscribitur, quod, quum in auctoris nostri tempora omnino non cadat, suppositum esse jam a priori concludere liceret, nisi alterum ex duobus fragmentis, quæ servata habemus, aperta præ se ferret signa falsitatis. Apta vero hæc materia fuit, in qua Alexandrinus homo commentis suis et hariolationibus indulgeret, iisque Xanthi nomine studeret fidem conciliare et auctoritatem. Ut magorum historia, sic etiam vita Empedoclis multa suppeditavit miraculosa liberumque campum reliquit fingendi libidini. De his quoque Xanthus librum scripsisse dicitur. Quem uti summo jure viri docti Lydo auctori abjudicaverunt, sic ad eundem eum referendum esse qui Magica consarcinavit, probabilis est conjectura Welckeri. Igitur quum in tanta fragmentorum paucitate tot occurrant fraudis vestigia, his si Artemonis judicium adjungas, omnis de veritate ejus dubitatio rescinditur. Nec tamen propterea existimandum nihil nos habere ex vero Xantho servatum. Nam, ut mittam quæ de Lydiæ natura apud Strabonem ex Nostro citantur, alia exstant complura, quæ antiquo historiographo optime conveniant. Inter hæc cum Welckero pono, quæ leguntur de Cario et Torrhebo (fr. 2), de Tyrrhenorum et Lydorum cognatione (fr. 1), de Alyatte et Phrygia muliere (fr. 8), de Alcimo et Mopso (fr. 10, 11), de Camblete (fr. 12), de Niobe (fr. 13). Videtur itaque Dionysius Mytilenensis nova quidem Lydiaca condidisse, ita tamen, ut veteris Xanthi historias, prout res et consilium ferebant, iis admiscuerit.

Nimirum veterum historicorum simplicitas sermonis, rerum traditarum paucitas aridaque earum enumeratio non potuit valde placere illius hominibus ætatis, quæ omne genus doctrina abundabat, quæ historicos noverat judicii acumine præstantes summaque pollentes eloquentia, ubi denique rerum mythicarum tractatio invaluerat, qua ad communis historiæ veritatem fabulas revocare studerent. Cujus interpretationis quamvis prima initia ad ipsos logographos pertineant, tamen sobrie admodum et religiositate quadam temperata adhibebatur, totoque cœlo distabat ab Alexandrinorum licentia et insulsitate (1). Ergo antiqua illa scripta in ingenti novorum librorum multitudine plurimi obliviscebantur, doctis et philosophis erant contemtui. Verum hoc ipso tempore (inde ab longinquis expeditionibus Alexandri) multitudinis animos mirus quidam amor invasit narrationum mirabilium, phantasiam excitantium, incredibilium. Neque defuerunt scriptores, qui huic ætatis ingenio indulgentes populi benevolentiam captarent. Atque hi fuisse videntur, qui haud parvum in veteres quosdam scriptores beneficium conferre, simulque suis ipsorum commodis optime consulere putarent, si nomina eorum ex oblivione in vitam revocata suis lucubrationibus præfigerent, ut eas doctis fortasse tamquam novam, locupletatam ætatisque indoli adaptatam veteris operis editionem probarent, præcipue autem, ut apud multitudinem veteris nominis præstigio commentis suis veritatis speciem præberent. Quæ vero materies tali consilio commodior sese obtulit quam historia regum Lydorum? quod deinde nomen ad fucum faciendum vulgo magis idoneum quam illud Xanthi Lydi? Quid, si Welckerum audias, non contenti erant suis libris antiquorum auctorum nomina inscribere, sed eodem consilio eorum familiam, patriam, ætatem mendaciter mutaverunt. Ne dicam de Ceba, neque de Pandione, quorum ille Acusilai, hic Cadmi Milesii pater fuisse dicitur; Candaulen illum Xanthi parentem Welckerus putat a Scytobrachione effictum esse, neque solum patrem celeberrimum, a rege Candaule sine dubio genus ducentem, sed etiam Sardes patriam clarissimam, cujus urbis expugnationi Xanthus tot nominibus jam ornatus non potuit non interfuisse. Conjecturis hæc nituntur, nec tamen ab omni specie veri destitutis.

(1) Videas e. g. quomodo Mnaseas apud Athenæum explicaverit quæ Xanthus fr. 11 de Atergate narravit.

Nam offendit Lydium nomen cum Græco compositum(1), dubitat Strabo de Sardibus patria, non quadrat Suidæ de Xanthi ætate testimonium cum iis quæ scimus aliunde.

Redeo ad locum Plinii, ubi Candaules dicitur Bularchi picturam pari rependisse auro. Si quidem omnino fuerit Bularchus celeber pugnarum pictor, ex artis hujus apud Græcos progressu, nonnisi illa demum ætate esse potuit, qua floruit Xanthus. Nec quidquam refragatur, quominus hic talem picturam Bularchi cujusdam memoraverit, præsertim quum valde celebratum esset Magnesiæ infortunium, ita ut Μαγνήτων κακά in proverbium abiissent. Scytobrachion igitur Bularchum ad Candaulæ tempora retulit; pictori impune faciens, quod historico facere non licebat. Sed alia inde quæstio oritur. Etenim de Magnetum excidio sub Candaule nihil constat. Strabo XIV, p. 186 Tauchn. dicit : Καὶ τὸ πάλαι συνέβη τοῖς Μάγνησιν ὑπὸ Τρηρῶν ἄρδην ἀναιρεθῆναι, Κιμμερικοῦ ἔθνους. Treres hi iidem sunt, ut mihi persuasum est, atque illi qui a Scythis ex Europa pulsi Sardes ceperunt regnante Ardye, ut narrat Herodotus I, 15. Res igitur ex Herodoti calculo accidisse debet post Ol. 25. Candaules secundum eundem jam Ol. 16 e vita decesserat. Quare Xanthus (nescio utrum verus an falsus), ut rem ad Candaulen referre posset, aut hunc multo seriorem, aut Cimmeriorum invasionem multo priorem fecit. Ut quod primo loco posui probem, movet me Tatianus (Strom. I, p. 327, B), qui Gygem ponit Ol. 23. Ne ibi cum Clintone (p 310 ed. Krüger) medium regni tempus, sed primum ejus annum designatum credam, suadet Plinius (H.N. XXXV, 8), qui « Duodevicesima Olympiade (Ol. 18, 4), ait, interiit Candaules, aut, ut quidam tradunt, eodem anno quo Romulus. » Igitur duas habemus chronologias, septem Olympiadibus inter se distantes, quarum alteram Herodotus sequitur, alteri Xanthus addictus fuisse debet. Sic enim dicere potuit Magnetes excisos esse sub Candaule. Jam si Strabo (XIII, p. 627, et XIV, p. 647) duplicem Cimmeriorum et Trerum invasionem Sardiumque expugnationem statuit, quum tamen Herodotus non nisi unam agnoscat, simplicissime hæc res, de qua multum disputarunt viri dd., explicatur ex duplice illa quam indicavi chronologia. Differentiam illam septem Olympiadum per omnium regum imperia regnasse, fortasse inde licet concludere, quod Solon, cum Crœsi historia arcte conjunctus, a Tatiano (Orat. adv. Gent. p. 141) Ol. 40, a Suida vero Ol. 47 leges tulisse dicitur. Ut Herodoti calculi ab illis Xanthi septem Olympiadibus distant, sic Eusebius totidem annis discrepat a Marmore Pario. Alyattes regnum suscipit sec. Euseb. 612, sec. M. Par. 605; Crœsus rex factus sec. Euseb. 563, sec. M. Par. 556; Cyrus capit Sardes, sec. Euseb. 548, sec. M. 541. Eandemque diversitatem apud alios auctores deprehendi Sic secundum Sosicratem (ap. Diogen. Laert., I, 95; v. Clinton, l. l., p. 310) Gyges rex factus est 715, sec. Euphorionem (v. Fréret in *Mém de l'Acad.*, V, p. 317) Candaules moritur 708. Accuratius de his omnibus disputare jam non licet. Illud tantum moneo, non fortuitas esse illas discrepantias, neque in solis regnis regum Lydorum, sed per totam Græciæ historiam obvias, ejusque rei caussas in veterum ἀναγραφῶν constitutione esse quærendas.

HELLANICUS.

Hellanicus, Lesbius ex Mytilene (2). Patrem habuit, teste Suida, aut Andromenem, qui idem,

(1) Verum patris nomen fortasse erat Κάνδαλος, quod facile in Κανδαύλης (quod fortasse ejusdem vocis forma Lydia est, ut Κανδαύλης sit *Illustris*) transformari potuit, atque propter significationem vocis locum habere in familia Xanthi. Nam Κάνδαλος, sicut ξανθός, primitiva vocabuli significatione, est : *candidus*, *splendidus*. Quare Κάνδαλος nominatur Solis filius, et Κανδάων nomen (Bœoticum) est Orionis. Tzetz. ad Lycophr. 328. Ut in Lycia Xanthus fluvius et urbs, sic etiam Κανδύβα oppidum.

(2) Suidas : Ἑλλανικος, Μυτιληναῖος, ἱστορικὸς, υἱὸς Ἀνδρομένους, οἱ δὲ Ἀριστομένους, οἱ δὲ Σκάμωνος, οὗ ὁμώνυμον ἔσχε υἱόν. Διέτριψε δὲ Ἑλλάνικος και σὺν Ἡροδότῳ παρὰ Ἀμύντᾳ τῷ Μακεδόνων βασιλεῖ, κατὰ τοὺς χρόνους Εὐριπίδου καὶ Σοφοκλέους· καὶ Ἑκαταίῳ τῷ Μιλησίῳ ἐπέβαλε γεγονότι κατὰ τὰ Περσικὰ καὶ μικρῷ πρός, ἐξέτεινε δὲ καὶ μέχρι τῶν Περδίκκου χρόνων, καὶ ἐτελεύτησεν ἐν Περπερήνῃ, τῇ κατ' ἀντικρὺ Λέσβου. Συνεγράψατο δὲ πλεῖστα πεζῶς τε καὶ ποιητικῶς.

Præter Hellanicum Mytilenensem memorantur : *Hellanicus grammaticus*, Agathoclis discipulus, Aristarchi, ut videtur, æqualis, qui sectabatur Ptolemæum grammaticum, teste Suida *v.* Πτολεμαῖος γραμματικός. Facile hic cum nostro confundi potest. Plura quæ ad eum referenda sunt, indicavi ad calcem fragmentorum. *Cf.* fragm. 7. Adde Schol. Vatican. ad Eurip. Orest. 1347 : Τῷ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα πεποιηκότι· ὃν οἱ μὲν Θεστορίδην, Φωκέα φασίν, οἱ δὲ Κιναιθῶνα Λακεδαιμόνιον, ὡς Ἑλλάνικος. *V.* Welcker. De Cycl. Hom. p. 251.

Hellanicus Syracusanus, qui vixit Dionis temporibus. Plutarch. Vit. Dion. p. 976 D, E ed. Wechel. Ad hunc fortasse referendum fr. 179, ubi Hellanicus una cum Sophrone laudatur; porro fr. 178 : — ἀναῤῥιχᾶται δ' ὥσπερ πίθηκος ἐπ' ἄκρα τὰ δένδρα, quæ ab Lesbio quidem aliena esse videntur. Quod propterea moneo, quia ex his fragmentis Sturz. colligere voluit Hellanicum Doric e scripsisse.

Hellanicus Eleus, inter eos fuit, qui Aristotimum,

nescio an rectius, aliis dicebatur Aristomenes, aut Scamonem vel potius Scammonem. Quem priorem posui propter vocabuli significationem Hellanico nostro optime convenit, alter eo sese commendat, quod cognominem Hellanicus filium habuisse narratur. Nota enim res est in nepote avi nomen repeti. Sturzius nihil dijudicat, Marxius (ad Ephorum p. 11) Andromeni præferendum ducit Scammonem. Mihi aliter videtur. Etenim Eudocia verba οἱ δὲ Σκάμμωνος ... υἱόν omisit, ut ideo vel ab ipso Suida aliena videri possint; neque dubito quin is, qui hunc Scammonem apposuit, aut de Hellanico cogitaverit ab nostro diverso, aut quæ ad hominem spectant Hellanici nomen mentitum, ad Mytilenensem auctorem retulerit. Error facillimus erat. Apud Clementem Alex. (Stromm. I, p. 361) legitur : Σκάμμων ὁ Μυτιληναῖος καὶ Θεόφραστος ὁ Ἐρέσιος .... ἐν τοῖς περὶ Εὑρημάτων (1). Hunc Scammonem eundem esse qui a Suida Hellanici filius dicitur conjectura est Marxii, quæ sponte quasi unicuique sese offert; quanquam id quod hic Scammon περὶ Εὑρημάτων librum scripsissse narratur potest offendere. Nihilominus ulterius progredior idem Scammonis nomen dicens depravatum esse in *Sandon*, apud Suidam, ubi hæc: Σάνδων, Ἑλλανίκου, φιλόσοφος, ἔγραψεν ὑποθέσεις εἰς Ὀρφέα, βιβλίον α'. Hic vero qui de Orpheo scripsit procul dubio filius erat illius Hellanici, qui et ipse Orphicam theologiam, a plurimis Hieronymo tributam, condidisse putabatur (Damascius De principiis c. 13 in Wolf. Anecd. Gr. tom. III, p. 253). Hunc denique Hellanicum de Orphica doctrina scriptorem non esse Lesbium historicum, res ipsa quidem clamare videtur, a multis tamen ejus scripta, neque sine veri quadam specie ad nostrum Hellanicum esse relata paullo infra, ubi de scriptis Hellanici dicendum est, probare studebo. Inde explicandus erit nominum ordo in canone historico apud Anonymum in libello De Artium et Disciplinarum Inventoribus (Bibl. Coislin. p. 597 et Fabric. Bibl. Gr. IX, p. 600 edit. prim.) : Θουκυδίδης, Ἡρόδοτος, Ξενοφῶν, Φίλιστος, Θεόπομπος, Ἔφορος, Ἀναξιμένης, Καλλισθένης, Ἑλλάνικος, Πολύβιος. Sicuti quisque intelligit non potuisse auctorem de alio ac de notissimo illo Hellanico cogitare, eodem modo qui ei inter Callisthenem et Polybium locus assignatur, subfuisse indicat, cur Hellanicum eodem fere tempore vixisse crederet, quo scripsit Hieronymus. Propter hæc igitur de Scammone vel Sandone Hellanici Lesbii filio vehementer dubito. Cum nepote concidit avus.

Vixit Hellanicus, si Suidam sequamur, sub regno Amyntæ (Ol. 56, 4—69, 1) usque ad tempora Perdiccæ, qui ex Marmore Pario regnum adeptus est Ol. 79, 4, 461 a. Chr. Itaque quum Lucianus (De Macrobb. tom. III, p. 224 Reitz.) Hellanicum vixisse dicat annos octoginta quinque, si Ol. 80, 1 vel 81, 1 Noster e vita decesserit, natus est Ol. 57, 3 vel 58, 3; 550 vel 546 a. Chr. Falsum hoc esse jam inde apparet, quod Hellanicum Suidas æqualem facit Sophoclis, Herodoti, Euripidis, quorum natales incidunt in Olymp. 71, 74, 75. Neque tamen hos calculos ipsius Suidæ ingenio deberi, sed pluribus fuisse probatos colligitur ex Chronico Paschali, ubi ad Ol. 67 ponitur Ἑλλάνικος ἱστοριογράφος καὶ Δημόκριτος φιλόσοφος. Quæ quum ita sint, Sturzius omnibus bonarum literarum studiosis summopere commendat Gellii Noctes Atticas, ubi (XV, 23) notus ille locus Pamphilæ : *Hellanicus, Herodotus, Thucydides, historiæ scriptores, in iisdem temporibus fere laude ingenti floruerunt, et non nimis longe distantibus fuerunt ætatibus. Nam Hellanicus initio belli Peloponnesiaci fuisse quinque et sexaginta annos natus videtur, Herodotus tres et quinquaginta, Thucydides quadraginta.* Verum quantacunque sit feminæ Ægyptiæ eruditio et auctoritas, non possumus in ejus testimonio acquiescere. Nam Hellanicum post pugnam ad Arginusas commissam (Ol. 93, 3, 406 a. Chr.) in condendis historiis adhuc occupatum fuisse probatur fragm. 80. Primus hoc vidit Dahlmannus (*Forschungen auf dem Gebiete der Geschichte* vol. II, P. I, p. 124), qui itaque erroris incusat Lucianum, Hellanicum putans annos natum nonaginta adhuc operam dedisse scribendæ Atthidi. Parum hoc verisimile; multo minus vero audiendus est Sturzius, qui omnem difficultatem facile dicit ac funditus tolli, si in fragmento modo laudato non historicum sed grammaticum Hellanicum intellexeris, aut Hellanico substitueris Callimachum. Etenim simpliciter dicendum est errasse Pamphilam, neque dubitandum quin ad verum proxime accedat auctor Vitæ Euripidis, qui γεννηθῆναι, ait, τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ Ἑλλάνικον, ᾗ ἐνίκων περὶ Σαλαμῖνα ναυμαχίαν οἱ Ἕλληνες

Eleorum tyrannum, urbe ejecerunt. V. Pausan. V, 5. *Hellanici duo Ephesii*, alter pancratiasta, Pausan. VI, 4, alter Olymp. 89 ἐπὶ πυγμῇ παίδων victor, Pausan. VI, 7. His alios addere possis non magis quam hi ad nos pertinentes. Verum repetendum hoc loco est, quod jam in Hecatæi vita monuimus, Hellanicum Milesium, quem Suidas ἱστορίας καὶ γῆς περίοδον scripsisse ait, confusum esse cum Hecatæo.

(1) Idem Scammonis opus laudat Suidas v. Φοινικήϊα γράμματα.

(Ol. 75, 1, 480 a. Chr.). Accuratissime hæc dicta esse vix contenderim, quum valde probabile sit huncce annum diemque natalem ad nomen Hellanici accommodatos esse. Quare si contra expressa verba testimonii conjecturæ indulgere liceret, natalem annum Hellanici in veteribus catalogis positum putarem Ol. 74, 3, 482 a. Chr., ita ut verus calculus ab illo Pamphilæ differat bis septem annis, quam eandem distantiam in aliis nonnullis quæ ad hanc ætatem spectant deprehendi. Vixerit igitur Hellanicus ab Ol. 74, 3—95, 4; 482-397 a. Chr.

Herodoto materiam scribendi suppeditasset. Xanthus igitur, l. 2 Lyd., Adramyten, ait, Lydorum regem, primum feminas castrasse, eisque usum esse loco virorum eunuchorum.—(Xanthus, Lyd., narrat) primum Gygem, Lydorum regem, mulieres castrasse, ut iis semper ætate et forma florentibus uteretur.

Θεοχαρίδου εὖ μάλα εὐπόρου. Οὗτος ὁρῶν τὴν Κροίσου σπουδὴν, ἐδεήθη τοῦ πατρὸς χιλίους στατῆρας δοῦναί οἱ πάσῃ μηχανῇ. Τυχὼν δὲ παρ' αὐτοῦ, δίδωσι Κροίσῳ. Ἀνθ' ὧν μέγαν τε αὐτὸν Κροῖσος ὕστερον ἐποίησε βασιλεὺς γενόμενος, καὶ εἰς τὴν ἀκρόπολιν εἰσαγαγὼν ἅμαξαν αὐτῷ ἔδωκεν μεστὴν χρυσίου· τὸν δὲ τοῦ ἐμπόρου οἶκον Ἀρτέμιδι καθιέρωσε, καὶ αὐτὰ τὰ θεμέλια ἀποδόμενος διὰ τὴν εὐχὴν, ὡς μηδὲν λείποιτο. Ὁ δὲ Κροῖσος τοὺς χιλίους λαβὼν χρυσοῦς, στράτευμά τε ἤγειρε, καὶ πρῶτος εἰς τὴν κυρίαν ἡμέραν ἄγων ἔδειξε τῷ πατρὶ, καὶ συνεισέβαλεν εἰς τὴν Καρίαν. Κρείττων δὲ ἐξ ἐκείνου τοῦ ἔργου τῶν αὐτὸν διαβαλλόντων γίνεται.

Ὅτι Κῦρος ὁ Περσῶν βασιλεὺς ἦν φιλοσοφίας, εἴ καί τις ἄλλος, ἔμπειρος, ἥντινα παρὰ τοῖς μάγοις ἐπαιδεύθη. Δικαιοσύνην τε καὶ ἀλήθειαν ἐδιδάχθη κατὰ δή τινας πατρίους νόμους καθεστῶτας Περσῶν τοῖς ἀρίστοις· ὃς καὶ μετεπέμψατο Σίβυλλαν ἐξ Ἐφέσου τὴν Ἡροφίλαν καλουμένην χρησμῳδόν.

Ὅτι ὁ Κῦρος ᾤκτειρε Κροῖσον τὸν Λυδῶν βασιλέα διὰ τὴν ἀρετήν. Καὶ οἱ Πέρσαι μεγάλην ἔνησαν πυρὰν Κροίσῳ ὑπό τινα ὑψηλὸν τόπον, ἀφ' οὗ ἔμελλον θεάσασθαι τὰ γινόμενα. Καὶ μετὰ ταῦτα Κῦρος ἐξήλαυνεν ἐκ τῶν βασιλείων, καὶ ἡ δύναμις παρῆν ἅπασα, πολύς τε ὅμιλος καὶ ἀστῶν καὶ ξένων. Ὀλίγον δ' ὕστερον θεράποντες ἦγον Κροῖσον δεσμώτην, καὶ Λυδῶν δὶς ἑπτά. Ὡς δὲ ἐθεάσαντο Λυδοὶ, πάντες οἰμωγῇ καὶ στόνῳ ἀνέκλαυσαν, καὶ ἔπληξαν τὰς κεφαλάς. Τοσοῦτος δ' ἐκ τοῦ ὁμίλου κωκυτὸς ἀνδρῶν ὁμοῦ καὶ γυναικῶν μετὰ δακρύων καὶ βοῆς ἐξεῤῥάγη, ὁπόσος οὐδὲ ἁλισκομένης τῆς πόλεως. Τότε δή τις ἂν καὶ τὴν τύχην ᾤκτειρε, καὶ Κροῖσον ἐθαύμασε τῆς πρὸς τοὺς ἀρχομένους φιλίας. Ὥσπερ γὰρ πατέρα ἑωρακότες, οἱ μὲν τὰς ἐσθῆτας κατεῤῥήγνυντο, οἱ δὲ τὰς κόμας ἔτιλλον· γυναικῶν δὲ ἡγεῖτο πληθὺς μυρία μετὰ κόμμου καὶ ὀλολυγῆς. Αὐτὸς δὲ ἄδακρυς προσῄει καὶ σκυθρωπός. Ὁ δὲ Κῦρος ταῦθ' ὁρῶν γινόμενα οὐκ ἐκώλυε, βουλόμενος καὶ τοὺς Πέρσας οἶκτόν τινα λαβεῖν αὐτοῦ. Ὡς δὲ προϊὼν κατ' αὐτὸν γίνεται ὁ Κροῖσος, ἐφθέγξατο μεγάλῃ τῇ φωνῇ, δεόμενος τὸν υἱὸν ἀχθῆναί οἱ, ὃς οὐκέτι ἐπεπήρωτο τὴν φωνὴν, ἐξότου τὸ πρῶτον ἐφθέγξατο· ἦν δὲ καὶ τἄλλα ἔμφρων. Καὶ ὁ Κῦρος ἄγειν ἐκέλευσε τὸν νεανίσκον. Καὶ μετ' οὐ πολὺ ἤγετο ἑπομένων αὐτῷ πολλῶν ἡλίκων. Θεασάμενος δὲ αὐτὸν ὁ Κροῖσος οὐκέθ' ὁ αὐτὸς ἦν, ἀλλὰ τότε πρῶτον ἐδάκρυσεν. Ὁ δὲ μετὰ κλαυθμοῦ καὶ βοῆς προσπεσὼν πρὸς τὸν Κροῖσον, Οἴ μοι, πάτερ, ἔφη, ἡ σὴ εὐσέβεια. Πότε δ' ἡμῖν οἱ θεοὶ βοηθήσουσιν; Ἀποβλέψας δὲ εἰς τοὺς Πέρσας, Ἄγεθ', ἱκετεύω, κἀμὲ, ἔφη, καὶ συνεμπρήσατε· κἀγὼ γὰρ ὑμῶν πολέμιος εἰμὶ οὐχ ἧττον ἢ ὁ πατήρ. Καὶ ὁ Κροῖσος, Οὐκ ὀρθῶς λέγεις, ἔφη, μόνος γὰρ ἐγὼ τὸν πόλεμον ἐξήνεγκα, ὑμῶν δὲ καὶ τῶν ἄλλων Λυδῶν οὐδείς· ἐμὲ χρὴ καὶ τὴν τιμωρίαν ὑποσχεῖν. Ἐμφυεὶς δὲ τῷ πατρὶ ὁ νεανίσκος οὐκέτ' ἀφίστατο· ἀλλ' ὀδυρόμενος οἴκτου πάντα ἐνέπλησεν, ἀφιεὶς καὶ ἑαυτὸν ἄγειν ἐπὶ τὴν πυράν. Οὐ γὰρ, ἔφη, λελείψομαι τῆς σῆς μοίρας, ὦ πάτερ. Εἰ δὲ νῦν με οὐκ ἐάσουσιν, ἀλλὰ προσδέχου μοι ταχύ. Τίς ἔτι μοι τοῦ βίου ἐλπίς; ὃς, ἐξ ὅτου περ ἔφυν, ἀεὶ μέν σοι λυπηρὸς ἦν, ἀεὶ δ' ἐμαυτῷ· εὐτυχοῦντα μὲν ἐκτρεπόμενος ὑπ' αἰδοῦς διὰ τὴν τότε μοι προσοῦσαν ἀφωνίαν τε καὶ λώβην· ἐπεὶ δ' ἠρξάμεθα δυστυχεῖν, τότε πρῶτον φωνὴν ἀφῆκα, καί μ' εἰς τοῦτο μόνον ἤρθρωσαν οἱ θεοὶ, ὅπως ἂν ὀδύρωμαι τὰς ἡμετέρας τύχας. Ὁ δὲ πατὴρ ἔφη· Μὴ παντάπασιν, ὦ παῖ, σεαυτὸν ἀπογνῷς νέος ὢν, καὶ πολλοῦ σοι ἔτι ὄντος τοῦ λοιποῦ βίου, ὅπου γε κἀμοὶ λείπεταί τις ἐλπὶς ὅμως, καὶ οὔπω τὰκ θεοῦ ἀπέγνων. Ἅμα δὲ ταῦτα λέγοντι προσῄεσαν πολλαὶ δή τινες θεράπαιναι, κομίζουσαι ἐσθῆτας πολυτελεῖς καὶ ἄλλον παμπληθῆ κόσμον, ὃν ἔπεμψαν συγκατακαησόμενον αἱ τῶν Λυδῶν γυναῖκες. Ὁ δὲ τὸν υἱὸν ἀσπασάμενος καὶ τοὺς ἐν κύκλῳ Λυδοὺς, ἐπὶ τὴν πυρὰν ᾔει. Καὶ ὁ παῖς εἰς τὸν οὐρανὸν τὰς χεῖρας ἀνασχὼν, Ὦναξ Ἄπολλον καὶ θεοὶ πάντες, εἶπεν, οὕστινας ὁ πατὴρ ἐτίμησεν, ἔλθετε νῦν γε ἡμῖν βοηθοὶ, καὶ μὴ συναπόλλυται Κροίσῳ πᾶσα ἀνθρώπων εὐσέβεια. Ταῦτα εἰπόντα μόλις ἀπῆγον οἱ φίλοι, βιαζόμενον εἰς τὴν πυρὰν αὐτὸν συνεμβάλλειν. Κροίσου δὲ ἐπιβαίνοντος αὐτῇ, ἡ Σίβυλλα ὤφθη ἀπό τινος ὑψηλοῦ χωρίου καταβαίνουσα, ἵνα καὶ αὐτὴ ἴδῃ τὰ γινόμενα. Ταχὺ δὲ θροῦς ἦλθε διὰ τοῦ ὁμίλου, ὅτι ἡ χρησμῳδὸς ἥκει, καὶ ἐν προσδοκίᾳ πάντες ἐγένοντο, εἴ τι πρὸς τὰ παρόντα θειάσειε. Καὶ μετ' οὐ πολὺ ἔντονόν τι φθεγξαμένη βοᾷ·

> Ὦ μέλεοι, τί σπεύδεθ' ἃ μὴ θέμις; οὐ γὰρ ἐάσει
> Ζεὺς ὕπατος Φοῖβός τε καὶ ὁ κλυτὸς Ἀμφιάραος.
> Ἀλλά γ' ἐμῶν ἐπέων πείθεσθε ἀψευδέσι χρησμοῖς,
> μὴ κακὸν οἶτον ὅλοισθε παρὲκ θεοῦ ἀφραίνοντες.

Κῦρος δ' ἀκούσας ἐκέλευσε τὸν χρησμὸν διενεγκεῖν τοῖς Πέρσαις, ὡς ἐξευλαβηθεῖεν ἁμαρτάνειν. Οἱ δὲ δι' ὑποψίας γίνονται, ὡς κατεσκευασμένης, ἵνα σώζοιτο Κροῖσος. Ὁ δ' ἤδη ἐπὶ τῆς πυρᾶς καθῆστο, καὶ σὺν αὐτῷ δὶς ἑπτὰ Λυδῶν, ἐν κύκλῳ δὲ Πέρσαι δᾷδας ἔχοντες ἧπτον. Σιωπῆς δὲ γενομένης στενάξας μέγα εἰς τρὶς ἀνακαλεῖται πάλιν Σόλωνα. Καὶ ὁ Κῦρος ἀκούσας ἐδάκρυσεν, ἐννοηθεὶς ὅτι νεμεσητὰ δρᾷ, βιασθεὶς ὑπὸ Περσῶν, βασιλέα οὐδὲν ἐλάττονα αὐτοῦ τὴν τύχην ἐμπιπράς. Συνεκέχυντο δὲ ἤδη καὶ Πέρσαι τὰ μὲν ἐπὶ Κροίσῳ, τὰ δὲ ἐπὶ τῷ σφετέρῳ βασιλεῖ, ὁρῶντες ἀχθόμενον ἐπὶ τούτοις, καὶ ἐκέλευον σώζειν Κροῖσον. Ταχὺ δὲ Κῦρος πέμψας τοὺς ἀμφ' αὐτὸν, ἐκέλευσε τὴν πυρὰν σβεννύναι. Ἡ δὲ ἧθετο, καὶ οὐκέθ' οἷόν τ' ἦν ἐξημμένην ἐν κύκλῳ προσιέναι τινά. Φασὶ δὴ Κροῖσον ἐμβλέψαντα εἰς τὸν οὐρανὸν εὔξασθαι τῷ Ἀπόλλωνι ἀρῆξαί οἱ, ὁπότε καὶ οἱ ἐχθροὶ σώζειν αὐτὸν ἐθέλοντες οὐ δύναιντο. Χειμὼν δ' ἔτυχε τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἐξ ἠοῦς, οὐ μὴν ὑετός γε. Κροίσου δ' εὐξαμένου ζοφερὸς ἐξαίφνης ἀὴρ συνέδραμε νεφούμενος πάντοθεν, βρον-

ταί τε γίνονται καὶ ἀστραπαὶ συνεχεῖς· τοσοῦτος δὲ κατεῤῥάγη ὑετὸς, ὥστε μὴ μόνον τὴν πυρὰν σβεσθῆναι, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀνθρώπους μόλις ἀντέχειν. Κροίσῳ μὲν οὖν ταχὺ στέγασμα πορφυροῦν ὑπερέτεινον· τοῖς δὲ ἀνθρώποις τὰ μὲν ὑπὸ ζόφου καὶ λαίλαπος ταραττομένοις, τὰ δὲ ὑπὸ τῶν ἀστραπῶν, καταπατουμένοις ὑπὸ τῶν ἵππων τραχυνομένων πρὸς τὸν ψόφον τῶν βροντῶν, δείματα δαιμόνια ἐνέπιπτεν, καὶ οἵ τε τῆς Σιβύλλης χρησμοὶ καὶ τὰ Ζωροάστρου λόγια εἰσήει. Κροῖσον μὲν οὖν ἐβόων ἔτι μᾶλλον ἢ πάλαι σώζειν· αὐτοὶ δὲ καταπίπτοντες εἰς γῆν προσεκύνουν, εὐμένειαν παρὰ τοῦ θεοῦ αἰτούμενοι. Φασὶ δέ τινες Θαλῆν προειδόμενον ἔκ τινων σημείων ὄμβρον γενησόμενον καὶ ἀναμένειν τὴν ὥραν ἐκείνην. Τόν γε μὴν Ζωροάστρην Πέρσαι ἀπ' ἐκείνου διεῖπαν, μήτε νεκροὺς καίειν, μήτ' ἄλλως μιαίνειν πῦρ, καὶ πάλαι τοῦτο καθεστὼς τὸ νόμιμον τότε βεβαιωσάμενοι. Κῦρος δ' εἰς τὰ βασίλεια Κροῖσον ἄγων παρεκάλει τε καὶ ἐφιλοφρονεῖτο, πειθόμενος εἶναι θεοσεβέστατον· ἐκέλευέ τε, εἴ τι βούλεταί οἱ γενέσθαι, μὴ ὀκνεῖν, ἀλλ' αἰτεῖσθαι. Ὁ δὲ εἶπεν· Ὦ δέσποτα, ἐπεί μέ σοι θεοὶ ἔδοσαν, σύ τε χρηστὰ ἐπαγγέλλεις, αἰτοῦμαί σε δοῦναί μοι πέμψαι Πυθῶδε τὰς πέδας τάσδε, καὶ τὸν θεὸν ἐρέσθαι, τί παθὼν ἐξηπάτα με τοῖς χρησμοῖς ἐπάρας στράτευειν ἐπὶ σὲ ὡς περιεσόμενον, ἐξ ὅτου αὐτῷ τάδε ἀκροθίνια πέμπω (δείξας τὰς πέδας), καὶ τί δήποτε ἀμνημονοῦσι χάριτος οἱ τῶν Ἑλλήνων θεοί. Κῦρος δὲ γελάσας καὶ τάδε ἔφη δώσειν καὶ ἄλλων οὐκ ἀτυχήσειν αὐτὸν μειζόνων. Κῦρος δὲ ὀλίγου χρόνου φίλον ἐπεποίητο Κροῖσον, ἐξιών τε ἐκ Σάρδεων ἀπέδωκε παῖδας καὶ γυναῖκας, καὶ σὺν αὐτῷ ἀπήγετο. Φασὶ δέ τινες καὶ ἐπιτρέψαι ἂν αὐτῷ τὴν πόλιν, εἰ μὴ ᾤετο νεωτεριεῖν. Cum iis, quæ in Crœsi historia de rogi flamma pluvia exstincta narrantur, confer Mythogr. Vatic. I, 196 et II, 190 ed. Bode.

«Quæ in Nicolai fragmentis de Crœsi et avo et patre narrantur, gemina fere intelliguntur esse iis, quæ Suidas habet in Ἀλυάττης (e Nicolao sine dubio) et Xenophilus apud Anonymum l. l.

Ἀλυάττης Λυδῶν βασιλεύς· ὃς ἦν μὲν τὰ πολέμια γενναῖος, ἄλλως δὲ ἀκόλαστος· καὶ γάρ ποτε τὴν ἑαυτοῦ ἀδελφὴν ᾔσχυνεν· ἐγέννησε δὲ Ἀλυάττην· ὅστις ἕως μὲν νέος ἦν, ὑβριστὴς ἦν καὶ ἀκόλαστος. Ἐκβὰς δὲ ἐς ἄνδρας, σωφρονέστατος καὶ δικαιότατος καὶ ἀνδρικώτατος· ἐπολέμησε δὲ Σμυρναίοις, καὶ εἷλε τὸ ἄστυ· οὗτος γεννᾷ τὸν Κροῖσον· στρατεύσας δὲ ἐπὶ Καρίαν, παρήγγειλε τοῖς ἑαυτοῦ στρατὸν ἄγειν ἐς Σάρδεις, ἐν οἷς καὶ Κροίσῳ, ὅστις ἦν αὐτῷ πρεσβύτατος τῶν παίδων, ἄρχων ἀποδεδειγμένος Ἀδραμυττείου τε καὶ Θήβης πεδίου. Ἀλυάττου πολιορκοῦντος Πριήνην φησίν. Suidas. Locus in extremis videtur mutilus, et obliteratum scriptoris, unde hæc desumta, nomen.

Λύδη. Ταύτην φησὶ Ξενόφιλος ὁ τὰς Λυδικὰς ἱστορίας γράψας, γυναῖκά τε καὶ ἀδελφὴν εἶναι Ἀλυάτεω τοῦ Κροίσου προπάτορος. Ταύτης υἱὸς Ἀλυάτης διαδεξάμενος τὴν τοῦ πατρὸς βασιλείαν, ἐγένετο δεινὸς ὑβριστὴς, ὡς καὶ τὰ ἱμάτια ἀξιολόγων ἀνδρῶν περισχίσαι, καὶ προσπτύειν πολλοῖς. Αὐτὴ δὲ τὸν υἱὸν, ὅσον ἠδύνατο, κατέστελλεν· τοὺς δὲ ὑβριζομένους καὶ λόγοις χρηστοῖς καὶ ἔργοις ἠμείβετο· πᾶσαν δὲ τῷ υἱῷ φιλοφροσύνην προσφέρουσα, εἰς στοργὴν ἑαυτῆς πολλὴν περιέτρεψε. Νομίσασα δὲ αὐταρκῶς ἀγαπᾶσθαι, σκηψαμένη, σίτου καὶ τῶν λοιπῶν ἀπέσχετο. Τὸν δὲ παρεδρεύοντα καὶ ὁμοίως [illegible]ιτοῦντα κατασταλῆναι, καὶ εἰς τοῦτο μεταβάλλεσθαι, ὥστε φησὶν ὀρθότατον καὶ δικαιότατον αὐτὸν γενέσθαι.

«Hoc solo discrepant inter sese, quod Nicolaus Crœsi avum Sadyattem dicit, patrem autem Alyattem, plane sicuti Herodotus: illi contra utrumque, et patrem et avum Alyattem. Quod si reputaveris, has res argumento persimiles inter sese ex uno fonte repetitas videbis, h. e. ex Xanthi Λυδιακοῖς: fortasse in universis his scriptoribus excepto Herodoto, sicubi Crœsi avus cogitandus sit, reponendum censeas vel Σαδυάττης, vel, si forte Nicolai textus a librariis ad Herodoteum refictus videatur, Ἀλυάττης. Quid? in Anonymi loco fortasse præterea Ξενόφιλος emendandum est in Ξάνθος. Quo fiet, ut ab uno certe horum scriptorum, Anonymo nimirum historici nostri tanquam harum rerum auctoris nomen diserte proditum dicatur. Cui conjecturæ hoc videtur favere, quod hujus Xenophili nullum aliud per veterum monimenta reperiatur vestigium.

Alyattis alicujus nomine nonnulla reperiuntur in scriptoribus, quæ e Xantho fortasse aut alio Lydiacarum historiarum auctore profecta videri possint, v. c. quæ Polyænus VII, 2, de bello adversus Cimmerios itemque adversus Colophonios gesto refert; nec minus quæ Diogenes Laert. I, 83, de Biantis congressu sermoneque cum Alyatte narrat, nisi forte in iis potius Xanthus latet, quos Herodotus I, 27 dicit tradidisse de Biantis colloquio cum Crœso rege.» Cr.

LIBER TERTIUS.

20.

Stephan. Byz.: Εὐπάτρια, πόλις Λυδῶν· οἱ πολῖται Εὐπατρίδαι, μᾶλλον δὲ Εὐπατρεῖς. Ξ. ἐν γ' Λυδικῶν

LIBER TERTIUS.

20.

Eupatria, oppidum Lydorum, cujus oppidani Eupatridæ; sed præstat Eupatrenses dicere, ut auctor est X.

LIBER QUARTUS.

21.

Stephan. Byz.: Ἀστελέβη, πόλις Λυδίας. Ξάνθος ἐν τετάρτῃ Λυδιακῶν· οἱ οἰκοῦντες Ἀστελεβαῖοι.

22.

Stephan. Byz.: Ἀστερία, πόλις Λυδίας· Ξάνθος ἐν τετάρτῃ Λυδιακῶν λέγεται καὶ Ἀστερίς· ὁ πολίτης Ἀστεριώτης καὶ Ἀστέριος.

Pro Λυδίας Codd. Mscr. et Eustathius ad Iliad. Συρίας exhibent, perperam. Quæ his fr. urbes memorantur Eupatria, Astelebe, Asteria, Welckerus fictas esse putat a falso illo Xantho, similiter ac Pyrrha in Etym. M. ex eodem fortasse Xantho, qui eam Gygis arcem vel urbem mentitus sit.

23.

Stephan. Byz.: Ἀσκάλων, πόλις Συρίας πρὸς τῇ Ἰουδαίᾳ. Ξάνθος ἐν τετάρτῃ Λυδιακῶν φησιν, ὅτι Τάνταλος καὶ Ἄσκαλος, παῖδες Ὑμεναίου· τὸν δὲ Ἄσκαλον ὑπὸ Ἀκιαμοῦ τοῦ Λυδῶν βασιλέως αἱρεθέντα στρατηγὸν, εἰς Συρίαν στρατεῦσαι· κἀκεῖ παρθένου (ἐρασθέντα), πόλιν κτίσαι, ἣν ἀφ' ἑαυτοῦ οὕτως ὠνόμασε· τὰ αὐτὰ καὶ Νικόλαος ἐν τετάρτῃ ἱστορίᾳ (vid. Fragm. ed. Orell. pag. 116).... Λέγεται καὶ Ἀσκαλώνιον ἡ πόλις. Τὸ ἐθνικὸν Ἀσκαλωνίτης καὶ Ἀσκαλώνιος, ὡς Ξάνθος ὁ Λυδὸς, καὶ Ἀσκαλωνὶς θηλυκόν. In eo quod Hymenæus Tantali et Ascali pater dicitur, Welckerus Alexandrini hominis doctrinam agnoscere sibi videtur.

24.

Stephan. Byz.: Σιδήνη, πόλις Λυκίας, ὡς Ξάνθος ἐν Λυκιακῶν (scr. Λυδιακῶν) τετάρτῳ. τὸ ἐθνικὸν Σιδηνὸς, ὡς Σοφηνός.

25.

Stephan. Byz.: Μελάμπεια, πόλις Λυδίας, ἀπὸ Μελάμπου, ὡς Ξάνθος ἐν Λυκιακοῖς (scr. Λυδιακοῖς). Hæc quoque urbs, ut Welckerus putat, Dionysii Scytobrachionis ingenio deberi videtur.

26.

Stephan. Byz.: Ἔλγος, πόλισμα Λυκίας (Λυδίας Ald.) ὡς Ξάνθος ἐν Λυκιακοῖς (scr. Λυδιακοῖς).

27.

Clemens Alex. Stromat. I, pag. 398 Potter.: Ναὶ μὴν καὶ Τέρπανδρον ἀρχαΐζουσί τινες· Ἑλλάνικός γ' οὖν τοῦτον ἱστορεῖ κατὰ Μίδαν γεγονέναι. Φανείας δὲ πρὸ Τερπάνδρου τιθεὶς Λέσχην τὸν Λέσβιον, Ἀρχιλόχου νεώτερον φέρει τὸν Τέρπανδρον· διημιλλῆσθαι δὲ τὸν Λέσχην Ἀρκτίνῳ, καὶ νενικηκέναι· Ξάνθος δὲ ὁ Λυδὸς περὶ τὴν ὀκτωκαιδεκάτην Ὀλυμπιάδα.

Temporis ex Olympiadibus computatio docet hæc non esse Xanthi, sed potius Dionysii, ad cujus Lydiaca, ut Welckerus monet, satis apte referri possunt, si quidem ex iisdem Nicolaus narraverit Gygem Græcorum poetas benevolentissime excepisse. Johnsius in Histor. phil. I, p. 121, hoc frag. Xantho Atheniensi, Theophrasti æquali, quippe qui librum de vitis eruditorum scripserit, assignandum putavit. Sed omnino non constat Xanthum illum musicum librum aliquem composuisse.

ΜΑΓΙΚΑ.

28.

Clem. Alex. Strom. III, p. 515 Pott.: Ξάνθος (δὲ) ἐν τοῖς ἐπιγραφομένοις Μαγικοῖς, Μίγνυνται δὲ, φησὶν, οἱ μάγοι μητράσι καὶ θυγατράσι· καὶ ἀδελφαῖς μίγνυσθαι θεμιτὸν εἶναι· κοινάς τε εἶναι τὰς γυναῖκας, οὐ βίᾳ καὶ λάθρα, ἀλλὰ συναινούντων ἀμφοτέρων, ὅταν θέλῃ γῆμαι ὁ ἕτερος τὴν τοῦ ἑτέρου.

LIBER QUARTUS.

21.

Astelebe, urbs Lydiæ, auctore X. Incolæ, Astelebæi.

22.

Asteria, oppidum Lydiæ, cujus X. meminit. Vocatur quoque Asteris. Oppidanus, Asteriotes et Asterius.

23.

Ascalon, urbs Syriæ, juxta Judæam. X. refert, Tantalum et Ascalum Hymenæi fuisse filios; Ascalum autem ducem electum a Lydorum rege Aciamo in Syria militasse, et virginis amore captum, urbem ibi a se conditam de suo nomine appellasse. Eadem quoque narrat Nicolaus libro quarto Historiarum.—Urbs quoque Ascalonium appellatur. Gentile, Ascalonita et Ascalonius, uti Xanthus Lydus perhibet; et Ascalonitis femininum est.

24.

Sidene, urbs Lyciæ, ut X. Gentile, Sidenus, ut Sophenus.

25.

Melampia, urbs Lydiæ, a Melampo.

26.

Elgus, oppidulum Lydiæ.

27.

Porro autem nonnulli quoque Terpandrum inter priscos referunt. Hellanicus certe eum refert fuisse tempore Midæ. Phanias autem ponens Leschen Lesbium ante Terpandrum, refert Terpandrum esse Archilocho recentiorem, Leschen autem concertasse cum Arctino et vicisse. Xanthus autem Lydius circa octavam decimam Olympiadem.

MAGICA.

28.

Xanthus autem in iis quæ inscribuntur Magica: Coeunt, inquit, Magi cum matribus suis et filiabus: et fas esse aiunt coire cum sororibus, et communes esse uxores, non vi et clam, sed utrisque consentientibus, quum velit alter ducere uxorem alterius

29.

Ex iisdem Μαγικοῖς desumta G. J. Vossius censet illa apud Diogenem Laert. procem. § 2 :

Ἀπὸ δὲ τῶν Μάγων, ὧν ἄρξαι Ζωροάστρην τὸν Πέρσην, Ἑρμόδωρος μὲν ὁ Πλατωνικὸς ἐν τῷ περὶ μαθημάτων φησὶν, εἰς τὴν Τροίας ἅλωσιν ἔτη γεγονέναι πεντακισχίλια. Ξάνθος δὲ ὁ Λυδὸς, εἰς τὴν Ξέρξου διάβασιν ἀπὸ τοῦ Ζωροάστρου, ἑξακόσια (duo Mss. ἑξακισχίλια) φησί· καὶ μετ' αὐτὸν γεγονέναι πολλούς τινας Μάγους κατὰ διαδοχὴν, Ὀστάνας καὶ Ἀστραψύχους (Ἀστραμψύχους Suidas), καὶ Γωβρίας καὶ Παζάτας, μέχρι τῆς Περσῶν ὑπ' Ἀλεξάνδρου καταλύσεως.

Ne hunc librum a Xantho profectum putes res ipsa vetat. Verba μετ' αὐτὸν—κατὰ διαδοχήν Alexandrinorum de scholis philosophorum statuendi morem arguunt. Illa autem quæ de Zoroastri ætate hic traduntur omnino non conci-nunt cum illis quæ de Cyro Crœsoque ex eodem Xantho legimus apud Nicolaum Dam. Quæ animadvertit Welcker. l. l.

30.

ΠΕΡΙ ΕΜΠΕΔΟΚΛΕΟΥΣ

Xanthum egisse intelligitur ex loco Diogenis Laertii in illius philosophi Vita VIII, 63 :

Φησὶ δ' αὐτὸν (Ἐμπεδοκλέα) καὶ Ἀριστοτέλης ἐλεύθερον γεγονέναι, καὶ πάσης ἀρχῆς ἀλλότριον, εἴ γε τὴν βασιλείαν αὐτῷ διδομένην παρητήσατο, καθάπερ Ξάνθος ἐν τοῖς περὶ αὐτοῦ λέγει, τὴν λιτότητα δηλονότι πλέον ἀγαπήσας.

Hoc quoque opus Xantho abjudicavit Johnsius, nec Creuzerus refragatur quin de alio auctore cogites, qui, secundum Welckerum, Dionysius fuit sæpius ille laudatus.

29.

Enimvero a Magis, quorum principem fuisse Zoroastrem Persam memoriæ proditum est, Hermodorus Platonicus in libro De disciplinis usque ad excidium Trojæ annos quinquies mille computat : Xanthus vero Lydus a Zoroastre usque ad Xerxis transitum sexcentos (*al.* sexies mille) numerat : post hunc Magos plurimos sibi invicem successisse, Ostanas, Astrapsychos, Gobryas ac Pazatas, donec ab Alexandro eversum est Persarum regnum.

DE EMPEDOCLE.

Fuisse vero eum (Empedoclem) in primis liberum atque ab omni imperandi fastu remotissimum Aristoteles tradit, siquidem et regnum quum sibi offerretur, constanter renuit, sicuti Xanthus in libris de ipso meminit, simplicitatem vitæ potius amplectens.

HELLANICI

FRAGMENTA.

ΦΟΡΩΝΙΣ.

1.

Dionys. Halic. Archæol. I, 28 : Ἑλλάνικος ὁ Λέσβιος τοὺς Τυῤῥηνούς φησι, Πελασγοὺς πρότερον καλουμένους, ἐπειδὴ κατῴκησαν ἐν Ἰταλίᾳ, παραλαβεῖν ἣν ἔχουσι προσηγορίαν. Ἔχει δὲ αὐτῷ ἐν Φορωνίδι ὁ λόγος ὧδε· « Τοῦ Πελασγοῦ, τοῦ βασιλέως αὐτῶν, καὶ Μενίππης τῆς Πηνειοῦ, ἐγένετο Φράστωρ· τοῦ δὲ, Ἀμύντωρ· τοῦ δὲ, Τευταμίδης· τοῦ δὲ, Νάνας. Ἐπὶ τούτου βασιλεύοντος, οἱ Πελασγοὶ ὑφ' Ἑλλήνων ἀνέστησαν, καὶ ἐπὶ Σπινῆτι ποταμῷ ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ τὰς νῆας καταλιπόντες, Κρότωνα πόλιν ἐν μεσογείῳ εἷλον· καὶ ἐντεῦθεν ὁρμώμενοι τὴν νῦν καλουμένην Τυῤῥηνίαν ἔκτισαν.»

2.

Schol. Apollon. III, 1178 : Περὶ τῆς Κάδμου εἰς Θήβας παρουσίας Λυσίμαχος ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν Θηβαϊκῶν παραδόξως ἱστορεῖ· καὶ Ἑλλάνικος ἐν α' Φορωνίδος, ἱστορῶν ὅτι καὶ τοὺς ὀδόντας ἔσπειρε τοῦ δράκοντος κατὰ Ἄρεος βούλησιν. Καὶ ἐγένοντο πέντε ἄνδρες ἔνοπλοι, Οὐδαῖος, Χθόνιος, Πέλωρ, Ὑπερήνωρ, Ἐχίων. Et ad v. 1185 : Λέγει δὲ καὶ Ἑλλάνικος, ὅτι Κάδμος ἐξελὼν τοῦ ὄφεως τοὺς ὀδόντας ἔσπειρεν. Ἐκ δὲ αὐτῶν πέντε ἄνδρες ἔφυσαν, Οὐδαῖος, Χθόνιος, Πέλωρ, Ἐχίων, Ὑπερήνωρ. Καὶ ὁ μὲν Ἑλλάνικος μόνους φησὶ τούτους βεβλαστηκέναι, ὁ δὲ Ἀπολλώνιος πολλοὺς καὶ ἄλλους, καὶ ἀλλήλους πεφονευκέναι.

3.

Athenæus IX, p. 410, F : Τὸν δὲ τῷ χερνίβῳ ῥάναντα παῖδα, διδόντα κατὰ χειρὸς Ἡρακλεῖ ὕδωρ, ὃν ἀπέκτεινεν ὁ Ἡρακλῆς κονδύλῳ, Ἑλλάνικος μὲν ἐν ταῖς ἱστορίαις Ἀρχίαν φησὶ καλεῖσθαι, δι' ὃν καὶ ἐξεχώρησε Καλυδῶνος· ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ τῆς Φορωνίδος Χερίαν αὐτὸν ὀνομάζει.

4.

Harpocration in v. Στεφανηφόρος : Στεφανηφόρου ἡρῷον, ὡς ἔοικεν, ἦν ἐν ταῖς Ἀθήναις· εἴη δ' ἂν ὁ Στεφανηφόρος, ἤτοι τῶν Ἡρακλέους υἱέων εἷς, τῶν γενομένων ἐκ τῶν Θεστίου θυγατέρων, οὗ μνημονεύει Ἑλλάνικος ἐν δεκάτῳ Φορωνίδος, ἢ μήποτε τοῦ Ἀττικοῦ Στεφανηφόρου τὸ ἡρῷον ἦν, οὗ πάλιν ὁ αὐτὸς Ἑλλάνικος ἐν δευτέρᾳ Ἀτθίδος μέμνηται.

PHORONIS.

1.

At vero Hellanicus Lesbius dicit, Tyrrhenos, qui ante vocabantur Pelasgi, postquam in Italia cœperunt habitare, nomen id assumsisse quod nunc habent. In libro autem quem Phoronidem inscripsit, ita loquitur : « Ex Pelasgo ipsorum rege et ex Menippe Penei filia natus est Phrastor; ex hoc, Amyntor ; ex Amyntore, Teutamides ; ex Teutamide, Nanas. Hoc regnante Pelasgi a Græcis ex suis sedibus pulsi fuerunt, et, navibus ad Spinetem fluvium in Ionico sinu relictis, urbem Crotonem in locis mediterraneis sitam ceperunt: atque, hac belli sede usi, eam quæ nunc Tyrrhenia vocatur, condiderunt.»

2.

De Cadmo, qui Thebas venerat, contra vulgarem opinionem narrat Lysimachus in rerum Thebaicarum collectione, nec non Hellanicus in Phoronidis libro primo. Tradit enim ex Martis voluntate Cadmum sparsisse dentes draconis, ex iisque quinque natos esse viros armatos, Udæum, Chthonium, Pelorem, Echionem, Hyperenorem; eos quidem solos, non plures, quæ est aliorum narratio.

3.

Puero vero illi, qui, quum Herculi aquam ministrans manibus lavandis ipsum aqua conspersisset, talitro occisus est ab Hercule, Hellanicus quidem in Historiis *Archiæ* fuisse nomen scribit; propter cujus cædem Hercules etiam Calydone excessit : libro secundo vero Phoronidis *Cheriam* eumdem vocat.

4.

Athenis heroum Stephanephori fuisse apparet : qui vel unus filiorum Herculis, quos e filiabus Thestii sustulit, cujus meminit Hellanicus libro decimo Phoronidis ; aut forte Attici Stephanephori heroum fuit, cujus idem meminit in secundo Atthidis.

Eadem habent Suidas s. h. v. et Photius in Lex. p. 396; qui ante Θεστ. inserunt τοῦ, verba οὗ μνημονεύει — Φορωνίδος omittunt, atque adeo deinceps legunt simpliciter ὥς φησιν Ἑλλάνικος ἐν ϐ′ (Photius adeo ἐν κ′) Ἀτθίδος, denique pro Ἀττικοῦ habent ἀστικοῦ, quod verum videtur.

5.

Proclus ad Hesiod. p. 141, b: Ἑλλάνικος Φορωνίδι ἀπὸ Ὀρφέως φησὶν εἶναι τὸν Ἡσίοδον.

6.

Proclus in Vita Homeri, quæ auctior edita est e cod. Escurialensi in *Bibliothek der alt. Litter. und Kunst*, part. I, Inedit. p. 8: Ἑλλάνικος καὶ Δαμάστης καὶ Φερεκύδης εἰς Ὀρφέα τὸ γένος παράγουσιν αὐτοῦ. Μαίονα γάρ φασι τὸν Ὁμήρου πατέρα, καὶ Δῖον τὸν Ἡσιόδου γενέσθαι Ἀπελλίδος, τοῦ Μελανωποῦ, τοῦ Ἐπιφραδέως, τοῦ Χαριφήμου, τοῦ Φιλοτερπέως, τοῦ Ἰδμονίδα, τοῦ Εὐκλέους, τοῦ Δωρίωνος, τοῦ Ὀρφέως.

7.

Idem Proclus in eadem Vita Homeri, p. 11: Γέγραφε ποιήσεις δύο, Ἰλιάδα καὶ Ὀδύσσειαν, ἣν Ξένων καὶ Ἑλλάνικος ἀφαιροῦσιν αὐτοῦ· οἱ μέντοι γε ἀρχαῖοι καὶ τὸν Κύκλον ἀναφέρουσιν εἰς αὐτόν.

« Pro Ξένων fortasse reponendum est Ζήνων, neque tamen hunc bene cum Hellanico jungi, Heynius ostendit. Equidem vellem nominasset bonus Proclus illos scriptores, qui adeo antiqui essent, ut opponi recte possent Hellanico, historiarum quidem auctori. Quidni vero Hellanicus grammaticus hoc loco intelligatur? Saltem is cum Zenone aliquo grammatico, v. c. Myndio, jungi recte potest. Magis tamen mihi placeret, qui nomen corruptum Ξένων mutaret in Ἰξίων, ut intelligeretur Demetrius Adramyttenus, qui non raro simpliciter hoc cognomine Ἰξίων appellatur. » Sturz. Adjeci ἣν ante Ξένων ex codice. Hellanicum grammaticum dici hodie satis constat.

ΒΟΙΩΤΙΑΚΑ.

8.

Schol. Homer. Il. B, 494, p. 80, 43 ed. Bekk.: Ἡ Βοιωτία τοπρότερον Ἀονία ἐκαλεῖτο, ἀπὸ τῶν κατοικούντων ἐν αὐτῇ Ἀόνων. Μετωνομάσθη δὲ Βοιωτία κατὰ μέν τινας, ἀπὸ Βοιωτοῦ τοῦ Ποσειδῶνος (sic Venet.: vulgata scholia, υἱοῦ Ἰτώνου, ἢ Ποσειδῶνος) καὶ Ἄρνης. [Ἔτι δὲ Βοιωτοὶ τιμῶσι τὸν προπάτορα αὐτῶν, Βοιωτὸν, υἱὸν Ποσειδῶνος. Quæ omittit Ven.] Καθ' ἑτέρους δὲ, ἀπὸ τῆς ἐλαθείσης κατὰ τὸ) πυθόχρηστον ὑπὸ Κάδμου βοός. Εὐρώπης γὰρ, τῆς Φοίνικος θυγατρὸς, ἐκ Σιδῶνος ὑπὸ Διὸς ἁρπαγείσης, Κάδμος ὁ ἀδελφὸς αὐτῆς, κατὰ ζήτησιν πεμφθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς, ὡς οὐχ εὗρεν αὐτὴν (Hæc omnia videntur esse verba Scholiastæ, qui narrationes Hellanici et Apollodori (III, 1, 1) in unam conflaverit. Quæ mox sequuntur, ea fere ad verbum habet Apollodor. III, 4, 1, ita ut ea videri possit ex Hellanico hausisse), ἧκεν εἰς Δελφοὺς ἐρωτήσων τὸν θεόν. Ὁ δὲ θεὸς εἶπεν αὐτῷ, περὶ μὲν Εὐρώπης μὴ πολυπραγμονεῖν, χρῆσθαι δὲ καθοδηγῷ βοῒ, καὶ πόλιν ἐκεῖ κτίζειν, ἔνθα ἂν αὕτη εἰς τὰ δεξιὰ πέσῃ καμοῦσα. Τοιοῦτον λαβὼν χρησμὸν, διὰ Φωκέων ἐπορεύετο. Εἶτα, βοῒ συντυχὼν παρὰ τοῖς Πελάγονος βουκολίοις, ταύτῃ πορευομένῃ κατόπιν εἵπετο. Ἡ δὲ διεξιοῦσα πᾶσαν Βοιωτίαν, ὀκνήσασα ἀνεκλίθη, ἔνθα νῦν εἰσὶν αἱ Θῆβαι. Βουλόμενος δὲ Ἀθηνᾷ τὴν βοῦν καταθῦσαι, πέμπει τινὰς τῶν μεθ' ἑαυτοῦ, ληψόμενους (Viloison.

5.

Hellanicus in Phoronide Hesiodum dicit ab Orpheo ducere originem.

6.

Hellanicus et Damastes et Pherecydes Homeri genus ad Orpheum referunt. Mæonem enim, patrem Homeri, et Dium, Hesiodi patrem, filium esse dicunt Apellidis, Melanopi, Epiphradei, Chariphemi, Philoterpei, Idmonidæ, Eucleis, Dorionis, Orphei.

7.

Homerus scripsit duo carmina, Iliadem et Odysseam, quam postremam ab Homero profectam esse negant Zeno et Hellanicus; sed antiqui non solum hæc, sed etiam Cyclum ei attribuunt.

BOEOTICA.

8.

Bœotia prius Aonia appellabatur ab Aonibus incolis, quod in Bœotiæ nomen mutatum esse nonnulli contendunt a Bœoto, (Itoni aut) Neptuni ex Arne filio. [Atque etiamnum Bœoti primum auctorem celebrant Bœotum, Neptuni filium.] Contra alii a bove, quam oraculi jussu Cadmus egit, nomen desumtum esse dicunt. Etenim postquam Europam, Phœnicis filiam, e Sidone Jupiter rapuerat, Cadmus frater, ut sororem quæreret a patre missus, quum eam non inveniret, Delphos venit deum consulturus, qui illi ne curiose de Europa quæreret respondit, sed bove viæ duce uti jussit atque urbem condere ubicunque illa ambulando defessa procumberet. Quo ille accepto responso per Phocensium terram iter faciebat; mox bovi

τινὰ ... ληψόμενον) χέρνιβα ἀπὸ τῆς Ἀρητιάδος κρήνης. Ὁ δὲ φρουρῶν τὴν κρήνην δράκων, ὃν Ἄρεως ἔλεγον εἶναι, τοὺς πλείονας τῶν πεμφθέντων διέφθειρεν. Ἀγανακτήσας δὲ Κάδμος, κτείνει τὸν δράκοντα· καὶ τῆς Ἀθηνᾶς αὐτῷ ὑποθεμένης, τοὺς τούτου ὀδόντας σπείρει. Ἀφ' ὧν ἐγένοντο οἱ γηγενεῖς. (Hactenus Apollodori cum Hellanico consentientis verba. Quæ sequuntur, solius Hellanici esse videntur.) Ὀργισθέντος δὲ Ἄρεως καὶ μέλλοντος Κάδμον ἀναιρεῖν, ἐκώλυσεν ὁ Ζεύς. Καὶ Ἁρμονίαν αὐτῷ συνῴκισε, τὴν Ἄρεως καὶ Ἀφροδίτης. Πρότερον δὲ ἐκέλευσεν αὐτὸν ἀντὶ τῆς ἀναιρέσεως τοῦ δράκοντος ἐνιαυτὸν θητεῦσαι, ἐν δὲ τῷ γάμῳ Μούσας ᾆσαι, καὶ τῶν θεῶν ἕκαστον Ἁρμονίᾳ δῶρον δοῦναι. Ἱστορεῖ Ἑλλάνικος ἐν Βοιωτιακοῖς, καὶ Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ γ'.

9.

Eurip. Phœn. 666 : Ὁ μὲν Ἑλλάνικος λίθῳ φησὶν ἀναιρεθῆναι τὸν δράκοντα, ὁ δὲ Φερεκράτης ξίφει.

10.

Scholia in Platonem p. 376 : Κόδρος ἦν ἀπὸ Δευκαλίωνος, ὥς φησιν Ἑλλάνικος. Γίνεται γὰρ Δευκαλίωνος μὲν καὶ Πύρρας, ὡς δὲ τινὲς, Διὸς καὶ Πύρρας, Ἕλλην· Ἕλληνος δὲ καὶ Ὀθρηΐδος, Ξοῦθος, Αἴολος, Δῶρος, Ξενοπάτρα· Αἰόλου δὲ καὶ Ἴφιδος τῆς Πηνειοῦ, Σαλμωνεύς· Σαλμωνέως δὲ καὶ Ἀλκιδίκης, Τυρώ, ἧς καὶ Ποσειδῶνος, Νηλεύς· Νηλέως δὲ καὶ Χλωρίδος, Περικλύμενος· Περικλυμένου δὲ καὶ Πεισιδίκης, Βῶρος· Βώρου δὲ καὶ Λυσιδίκης, Πένθιλος· Πενθίλου δὲ καὶ Ἀγχιρόης, Ἀνδρόπομπος· Ἀνδροπόμπου δὲ καὶ Ἡνιόχης, τῆς Ἀρμενίου, τοῦ Ζευξίππου, τοῦ Εὐμήλου, τοῦ Ἀδμήτου, Μέλανθος. Οὗτος, Ἡρακλειδῶν ἐπιόντων, ἐκ Μεσσήνης εἰς Ἀθήνας ἀνεχώρησε· καὶ αὐτῷ γίνεται παῖς Κόδρος.

11.

Schol. Pindar. Pyth. VIII, 68, de Adrasto, Talai filio, rege Argivorum : Πρότερον μὲν ἐσώθη μόνος· κατὰ δὲ τὴν δευτέραν στρατείαν πάντων σωθέντων, αὐτὸς μόνος τὸν υἱὸν ἀπέβαλεν, Αἰγιαλέα, ὥς φησιν Ἑλλάνικος, λέγων, ἐν Γλίσαντι τὴν συμβολὴν γεγενῆσθαι.

12.

Schol. Eurip. Phœn. 71 : Ἑλλάνικος δὲ ἱστορεῖ, κατὰ συνθήκας αὐτὸν (Polynicen) συγχωρῆσαι τὴν βασιλείαν Ἐτεοκλεῖ, λέγων, αἵρεσιν αὐτῷ προτεῖναι τὸν Ἐτεοκλῆ, εἰ βούλοιτο τὴν βασιλείαν ἔχειν, ἢ τὸ μέρος τῶν χρημάτων λαβεῖν, καὶ ἑτέραν πόλιν οἰκεῖν. Τὸν δὲ λαβόντα τὸν ὅρμον καὶ τὸν χιτῶνα Ἁρμονίας, ἀναχωρῆσαι εἰς Ἄργος, κρίναντος τοῦ μέρους τὴν βασιλείαν Οἰδίποδός που χωρῆσαι (Matthiæ suspicatur τὸν δὲ—κρίναντα ἀντὶ τοῦ μέρους τὴν βασιλείαν Οἰδ. συγχωρῆσαι). Ὧν τὸν μὲν ὅρμον Ἀφροδίτη (Ἀφροδίτη Wesseling.), τὸν δὲ χιτῶνα Ἀθηνᾶ (Ἀθηνᾶ idem) ἐχαρίσατο, ᾧ (alii ἃ) καὶ δέδωκε τὴν θυγατρα Ἄδραστος Ἀργείαν. « Malim vel servare lectionem ᾧ—τὴν θύγατρα — Ἀργείαν, ut ᾧ pertineat ad Polynicen, vel certe legere, ἃ — τῇ θυγατρὶ Ἀδράστου Ἀργείᾳ, posita post ἐχαρίσατο distinctione majori. Quæ posterior ratio mihi præferenda videtur etiam ideo, quia sic tollitur difficultas illa, quæ oritur e forma accusativi contracta θύγατρα, quæ non quidem defendi non

---

inter Pelagonis armenta obviam factus, eam pone sequebatur. Hæc postquam totam Bœotiam percurrerat, defatigata humi procubuit, ubi nunc exstant Thebæ. Deinde bovem illam Minervæ mactaturus e sociis suis quosdam ex Martio fonte haustam aquam apportaturos misit. Sed draco fonti custos appositus erat, quem Marte satum fuisse perhibebant. Is ex aquaturis plerosque absumsit. Quare indignatus Cadmus draconem interemit, ac Minervæ consilio dentes ejus serit ; quibus satis , armati ex terra viri exorti sunt. Mars vero iratus atque Cadmum interfecturus, hoc quominus faceret impeditus est a Jove, qui dedit illi Harmoniam , Martis ex Venere filiam. Antea vero , ut dracontis occisi pœnam solveret , per annum ei servire jussit, in nuptiis vero canere Musas, et quemque deorum nuptiale munus dare Harmoniæ. — Historia legitur apud Hellanicum in Bœoticis et in Apollodori libro tertio.

9.

Hellanicus lapide dicit dracontem interfectum esse, Pherecrates autem ferro.

10.

Codrus ex Deucalionis posteris erat, auctore Hellanico. Nam Deucalionis, vel, ut nonnulli dicunt, Jovis ex Pyrrha filius est Hellen ; Hellenis ex Othreide Xuthus , Æolus , Dorus, Xenopatra ; Æoli ex Iphide, Penei filia, Salmoneus; Salmonei ex Alcidice Tyro ; hujus et Neptuni Neleus ; Nelei ex Chloride Periclymenus ; Periclymeni e Pisidice Borus; Bori e Lysidice Penthilus; Penthili ex Anchirhoe Andropompus ; Andropompi ex Henioche , Armenii , Zeuxippi, Eumeli, Admeti, Melanthus, qui sub Heraclidarum adventu Messene Athenas emigravit, eique filius est Codrus.

11.

In prima contra Thebas expeditione solus Adrastus servatus est , in altera vero , reliquis omnibus servatis , ille solus Ægialeum filium amisit , ut ait Hellanicus , qui pugnam ad Glisantem pugnatam esse commemorat.

12.

Hellanicus narrat Polynicen pactione regnum concessisse Eteocli fratri, hunc dicens optionem ei dedisse utrum vellet regiam habere dignitatem, an, accepta opum parte, in alia urbe vitam degere. Illum vero, postquam monile illud aureum et Harmoniæ peplum accepisset, pro hac portione Œdipi regnum concedere non dubitantem Argos sese contulisse. Et monile quidem Venus, peplum vero Minerva Harmoniæ donaverant : quæ deinde Adrasti filiæ, Argiæ, dedit Polynices. — Hellanicus de excæcatione Œdipodis similia narraverat Euripidi.

potest, sed in tali scriptore, qualis est vel Hellanicus vel scholiastes, h. e. vel antiquissimo vel novo, eoque prosaico, videtur mihi habere insolens quid. Conf. Schol. ad Phœn. 61, ubi ad illa verba, quibus poeta dicit Œdipum sibi oculos eruisse, hæc addit: ὅμοια καὶ Ἑλλάνικος.» Sturz.

13.

Stephan. Byz.: Ἄλμων, πόλις Βοιωτίας, ὡς Ἑλλάνικος· καὶ Σάλμον αὐτήν φησι. κακῶς.

ΑΣΩΠΙΣ.

14.

Marcellinus in Vita Thucydidis, non procul ab initio (p. 313 ed. Popp.), postquam Pherecydem dixerat Miltiadis genus ab Ajace et Æaco deducere, Μαρτυρεῖ τούτοις, inquit, καὶ Ἑλλάνικος ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Ἀσώπιδι.

ΔΕΥΚΑΛΙΩΝΕΙΑ.

15.

Schol. Apollon. Rhod. III, 1084, et Phavorin. in v. Θεσσαλία: Ὅτι δὲ Προμηθέως υἱὸς Δευκαλίων ἐβασίλευσε Θεσσαλίας, Ἑλλάνικος φησί· καὶ ὅτι δώδεκα θεῶν βωμὸν ἱδρύσατο. Hæc e Deucalioniæ libro primo petita esse docent idem Schol. v. 1085, et ex eo Phavor. in v. Δευκαλίων· Ὅτι δὲ ὁ Δευκαλίων ἐβασίλευσε Θεσσαλίας, Ἑλλάνικος ἐν τῷ πρώτῳ τῆς Δευκαλιωνίας φησὶν, καὶ ὅτι τῶν δώδεκα θεῶν βωμοὺς ὁ Δευκαλίων ἱδρύσατο, Ἑλλάνικος ἐν τῷ αὐτῷ φησι συγγράμματι.

16.

Schol. Pindar. Olymp. IX, 64: Ἡ δὲ Πύῤῥα καὶ Δευκαλίων, ἐκ τοῦ Παρνασοῦ ἐλθόντες ἐν τῇ λάρνακι, πρῶτον ᾤκησαν ἐν τῇ Ὀποῦντι, πλησίον Παρνασοῦ. Ἔνιοι δὲ οὐκ ἐν τῇ Ὀποῦντί φασι Δευκαλίωνα καὶ Πύῤῥαν οἰκῆσαι· ὁ γὰρ Ἀπολλόδωρος οὕτω γράφει· « οἰκῆσαι δὲ ἐν Κύνῳ τὸν Δευκαλίωνα λέγεται καὶ τὴν Πύῤῥαν, καὶ τὴν Πρωτογένειαν ἐκεῖ τετράφθαι φασίν. » Ἱστορεῖ δὲ ταῦτα καὶ Ἑλλάνικος. Δυσχεραίνοι δ' ἄν τις, πῶς τινές φασι Πύῤῥας καὶ Δευκαλίωνος εἶναι Πρωτογένειαν, τοῦ Πινδάρου ἐξ Ὀποῦντός τινος Ἠλείου λέγοντος αὐτὴν γεγενῆσθαι. Ὁ δὲ Ἑλλάνικος καὶ τὴν λάρνακα οὐ τῷ Παρνασῷ φησι προσενεχθῆναι, ἀλλὰ περὶ τὴν Ὄθρυν τῆς Θεσσαλίας.

17.

Athenæus X, p. 416, A: Ἑλλάνικος ἐν πρώτῳ Δευκαλιωνείας Ἐρυσίχθονα φησὶ τὸν Μυρμιδόνος, ὅτι ἦν ἄπληστος βορᾶς, Αἴθωνα κληθῆναι.

18.

Steph. Byz.: Ἀγάθεια, πόλις Φωκίδος, ὡς Ἑλλάνικος πρώτῳ Δευκαλιωνείας.

19.

Steph. Byz.: Ἄλπωνος, πόλις καὶ ὄρος ἐν Μακεδονίᾳ.—Ἔστι καὶ ἄλλη Λοκρῶν τῶν Ἐπικνημιδίων, ὡς Ἑλλάνικος ἐν πρώτῃ Δευκαλιωνίας.

20.

Steph. Byz.: Ἄσπενδος, πόλις Παμφυλίας, Ἀσπένδου κτίσμα, ὡς Ἑλλάνικος ἐν πρώτῳ Δευκαλιωνίας.

21.

Steph. Byz.: Θηγώνιον, πόλις Θεσσαλίας· Ἑλλάνικος πρώτῃ Δευκαλιωνείας.

22.

Steph. Byz.: Καλλίαρος, πόλις Λοκρῶν, ἀπὸ Καλ-

13.

Almon, urbs Bœotiæ, ut Hellanicus, qui eam Salmum vocat, sed male.

ASOPIS.

14.

Miltiadem genus ab Ajace et Æaco ducere testatur et Hellanicus in eo libro qui inscribitur Asopis.

DEUCALIONIA.

15.

Prometheum, Deucalionis filium, Thessaliæ regem fuisse atque aras duodecim diis exstruxisse Hellanicus dicit primo libro Deucalioniæ.

16.

Pyrrha et Deucalion ex Parnasso navigio descendentes primum habitabant Opunte, quæ urbs Parnasso adjacet. Non omnes tamen ita statunt. Apollodorus enim scribit hæc: « Deucalion et Pyrrha Cyni habitasse dicuntur, ibique Protogeniam educatam esse aiunt. » Eadem narrat Hellanicus. Improbandum vero putares, quod nonnulli Protogeniam Deucalionis e Pyrrha filiam faciunt, quum Pindarus eam ab Elio quodam Opuntio oriundam dicat. Sed Hellanicus etiam navigium illud non ad Parnassum, sed ad Othryn, Thessaliæ montem, delatum esse tradit.

17.

Hellanicus, primo libro Deucalioniæ, Erysichthonem ait, Myrmidonis filium, quoniam inexplebilis esset helluo, Æthonem fuisse appellatum.

18.

Agathea, oppidum Phocidis, ut Hellanicus primo Deucalioniæ.

19.

Alponus, urbs et mons in Macedonia. — Est item alia Locrorum Epicnemidiorum, uti Hellanicus libro primo Deucalioniæ perhibet.

20.

Aspendus, urbs Pamphyliæ ab Aspendo condita, ut Hellanicus libro primo Deucalioniæ.

21.

Thegonium, urbs Thessaliæ, ut Hellanicus libro primo Deucalioniæ.

22.

Calliarus, urbs Locrorum a Calliaro, Odœdoci ex Lao-

λιάρου, τοῦ Ὀδοιδόκου καὶ Λαονόμης, ὡς Ἑλλάνικος ἐν πρώτῃ Δευκαλιωνείας.

23.

Steph. Byz.: Λακέρεια, πόλις Μαγνησίας· Ἑλλάνικος Δευκαλιωνείας πρώτῳ. V. Holsten. ad h. l.

24.

Steph. Byz.: Μισγομεναὶ, πόλις Θετταλίας· Ἑλλάνικος πρώτῳ Δευκαλιωνείας.

25.

Steph. Byz.: Φημίαι, πόλις τῆς Ἀρναίας, ἀπὸ Φημίου, τοῦ Ἄμπυκος. Ἑλλάνικος πρώτῃ Δευκαλιωνείας.

26.

Steph. Byz.: Μιδάειον, πόλις Φρυγίας· Ἑλλάνικος ἐν δευτέρῳ Δευκαλιωνείας.

27.

Steph. Byz.: Σάλμος, πόλις Βοιωτίας, ἧς οἱ πολῖται Σαλμόνιοι, ὡς Ἑλλάνικος ἐν δευτέρῳ Δευκαλιωνίας.

ΘΕΤΤΑΛΙΚΑ.

28.

Harpocration in v. Τετραρχία: Τεττάρων μερῶν ὄντων τῆς Θετταλίας, ἕκαστον μέρος Τετρὰς ἐκαλεῖτο, καθά φησιν Ἑλλάνικος ἐν τοῖς Θετταλικοῖς· ὄνομα ἐ φησιν εἶναι ταῖς τετράσι Θετταλιῶτιν, Φθιῶτιν, Πελασγιῶτιν, Ἑστιαιῶτιν.

29.

Schol. Apollon. Rh. I, 40, et ex eo Phavorin.: Λάρισσα, πόλις Θεσσαλικὴ, ἣν ἔκτισεν Ἀκρίσιος· ἥτις ὠνομάσθη ἀπὸ Λαρίσσης τῆς Πελασγοῦ, ὥς φησιν Ἑλλάνικος.

30.

Pausan. II, 3, p. 118 extr., de Medeæ filio: Ἑλλάνικος αὐτὸν Πολύξενον καλεῖ, καὶ πατρὸς Ἰάσονός φησιν εἶναι.

31.

Schol. Theocr. XVI, 49: Κύκνον λέγει τὸν Ποσειδῶνος καὶ Κήϋκος, τὸν ἀνῃρημένον ὑπὸ Ἀχιλλέως. Λευκὸς γὰρ ἦν τὴν χροιὰν ἐκ γενετῆς, ὥς φησιν Ἑλλάνικος.

32.

Schol. Apollon. III, 335: Ὁ Ἰάσων ἀπὸ Αἰόλου τὸ γένος κατάγει, ὡς Ἑλλάνικος.

33.

Schol. Pind. Nem. III, 64: Ἑλλάνικος πάντας τοὺς ἐν τῇ Ἀργοῖ πλεύσαντας Ἡρακλεῖ συστρατεῦσαι φησίν.

34.

Schol. Eur. Med. 9: Περὶ δὲ τῆς εἰς Κόρινθον μετοικήσεως Ἱππεὺς (leg. Ἵππυς) καὶ Ἑλλάνικος.

35.

Steph. Byz.: Ἀφεταὶ, πόλις τῆς Μαγνησίας. Ἑλλάνικος.

36.

Steph. Byz.: Σπαλέθρη, πόλις Θεσσαλίας. Ἑλλάνικος δὲ Σπάλαθραν αὐτήν φησι.

ΑΡΓΟΛΙΚΑ.

37.

Schol. Homer. Il. Γ, 75: Ἴασος καὶ Πελασγὸς,

---

noma filio, condita, ut Hellanicus ait libro primo Deucalioniæ.

23.

Laceria, urbs Magnesiæ. Hellanicus libro primo Deucalioniæ.

24.

Misgomenæ, urbs Thessaliæ, Hellanicus libro primo Deucalioniæ.

25.

Phemiæ, urbs Arnææ, a Phemio, Ampycis filio, nominata. Hellanicus libro primo Deucalioniæ.

26.

Midaeum, urbs Phrygiæ. Hellanicus in libro secundo Deucalioniæ.

27.

Salmus, urbs Bœotiæ, cujus cives Salmonii, ut Hellanicus in secundo Deucalioniæ.

THESSALICA.

28.

Quattuor totius Thessaliæ partium unaquæque Tetras vocabatur, auctore Hellanico in Thessalicis; quarum tetradum nomina recenset Thessaliotidem, Phthiotidem, Pelasgiotidem, Hestiæotidem.

29.

Larissa, urbs Thessaliæ, quam condidit Acrisius, nomen accepit a Larissa, Pelasgi filia, auctore Hellanico.

30.

Hellanicus Medeæ filium Polyxenum nominat et patrem ei Iasonem fuisse scribit.

31.

Cycnum dicit Neptuni et Ceycis filium, quem Achilles interfecit. Nam ab ortu albam cutem habebat, ut dicit Hellanicus.

32.

Iason ab Æolo genus ducit, ut ait Hellanicus.

33.

Hellanicus omnes Argonautas Herculem in expeditionem contra Amazones secutos esse dicit.

34.

De Iasone Corinthum profecto Hippys exponit et Hellanicus.

35.

Aphetæ, urbs Magnesiæ, cujus Hellanicus meminit.

36.

Spalethre, urbs Thessaliæ; Hellanicus vero Spalathram eam vocat.

ARGOLICA.

37.

Iasus et Pelasgus, Triopæ filii, post mortem patris re-

Τριόπα παῖδες, τελευτήσαντος αὐτοῖς τοῦ πατρὸς, διείλοντο τὴν βασιλείαν. Λαχὼν δὲ Πελασγὸς μὲν τὰ πρὸς Ἐρασῖνον ποταμὸν, ἔκτισε Λάρισσαν· Ἴασος δὲ τὰ πρὸς Ἦλιν. Τελευτησάντων δ' αὐτῶν, ὁ νεώτατος ἀδελφὸς Ἀγήνωρ ἐπεστράτευσε τῇ χώρᾳ, πολλὴν ἵππον ἐπαγόμενος. Ὅθεν ἐκλήθη Ἱππόβοτον μὲν τὸ Ἄργος, ἀπὸ τῆς Ἀγήνορος ἵππου· ἀπὸ δὲ Ἰάσου, Ἴασον· καὶ Πελασγικὸν, ἀπὸ Πελασγοῦ. Ἱστορεῖ Ἑλλάνικος ἐν Ἀργολικοῖς.

Eustath. ad eundem Homeri locum p. 385 : Φησὶ δὲ Ἑλλάνικος, παῖδας τρεῖς Φορωνέως γενέσθαι, οἳ τοῦ πατρὸς θανόντος διενείμαντο τὴν Ἀργείαν. Καὶ ἡ μὲν πρὸς Ἐρασίνῳ τῷ ποταμῷ, Πελασγῷ ἔλαχε, τῷ καὶ τὴν ἐκεῖ Λάρισσαν κτίσαντι. Ἰάσῳ δὲ, τὰ πρὸς Ἦλιν. Ἀγήνωρ δὲ, ἀναλωθείσης τῆς γῆς, τὴν πατρικὴν εἴληφεν ἵππον. Ὅθεν ἐν ταὐτῷ χρόνῳ ὠνομάσθη τὸ Ἄργος τριχῶς· Ἴασον, ὡς καὶ ἡ Ὀδύσσεια δηλοῖ, Πελασγικὸν, καὶ Ἱππόβοτον. Τινὲς δὲ μετὰ τὸν θάνατον τῶν δύο ἀδελφῶν ἐπιστρατεῦσαί φασι τὸν Ἀγήνορα, πολλὴν ἐπαγόμενον ἵππον· ἀφ' ἧς κληθῆναι τὸ Ἄργος Ἱππόβοτον. Quocum consentit fere scholiastes Victorianus. Cf. Phavorin. s. v. Ἄργος.

38.

Phavorin. : Φινέα, Ἀγηνορίδην Ἑλλάνικος εἶπε, καθὸ Ἀγήνορός ἐστι παῖς. Ex Schol. Apollon. III, 178, qui insuper addit: Ἔνιοι δὲ αὐτὸν ἐν τῇ Παφλαγονίᾳ βασιλεῦσαι ἱστοροῦσιν, ἥτις ἐστὶ τῆς Ἀσίας, ὥς φησιν Ἑλλάνικος.

39.

Schol. Apollon. I, 131, et Phavorin. : Ὕλας, Ἡρακλέους ἐρώμενος, υἱὸς Θειοδάμαντος τοῦ Δρύοπος (Schol. Theocr. in argumento Idyllii 18, corrupte exhibet δρυτόμου). Οὕτω Μνασέας. Ἑλλάνικος δὲ Θειομένητα Θειοδάμαντος καλεῖ.

« Hellanici sententia haud dubie fuit alia, et locus emendandus est sic: Ἑλλάνικος δὲ Θειομένητα (vel Θειομένη) ἀντὶ Θειοδάμαντος καλεῖ. Nam in iisdem scholiis ad v. 1207 exstat Θειομένους· Hylæ pater igitur Hellanico auctore fuit Θειομένης. » Sturz.

40.

Schol. Platon. (ad Phædon. p. 89, C) pag. 381 : Ἡρόδωρος καὶ Ἑλλάνικός φασιν ὡς, ὅτε τὴν ὕδραν Ἡρακλῆς ἀνῄρει, τὴν Ἥραν αὐτῷ καρκίνον ἐφορμῆσαι· πρὸς δύο δὲ οὐ δυνάμενον μάχεσθαι, σύμμαχον ἐπικαλέσασθαι τὸν Ἰόλεων (Ἰόλαον ap. Sieb.)· καὶ ἐντεῦθεν ῥηθῆναι τὴν παροιμίαν (πρὸς δύο οὐδ' ὁ Ἡρακλῆς). Ἐμνήσθη δὲ ταύτης Πλάτων καὶ ἐν ια' Νόμων (p. 919, B).

41.

Schol. Hesiodi Theog. 293 : Τὸν Εὐρυτίωνά φησιν Ἑλλάνικος γεγενῆσθαι ἀπὸ Ἄρεος καὶ Ἐρυθείας. Hæc ex Herculis historia petita videntur.

42.

Schol. Homer. Il. B, 105 : Πέλοψ, ἐκ προτέρας γυναικὸς ἔχων παῖδα Χρύσιππον, ἔγημεν Ἱπποδάμειαν τὴν Οἰνομάου, ἐξ ἧς ἱκανοὺς (vulgo ἱκανῶς) ἐπαιδοποίησεν. Ἀγαπωμένου δὲ ὑπ' αὐτοῦ σφόδρα τοῦ Χρυσίππου, ἐπιφθονήσαντες ἥ τε μητρυιὰ καὶ οἱ παῖδες, μή πως καὶ τὰ σκῆπτρα αὐτῷ καταλείψῃ, θάνατον ἐπεβούλευσαν Ἀτρεὺς καὶ Θυέστης, οἱ πρεσβύτατοι τῶν παίδων, αὐτῷ. (De his v. infra.) Ἀναιρεθέντος οὖν τοῦ Χρυσίππου, Πέλοψ ἐπιγνοὺς, ἐφυγάδευσε τοὺς αὐτόχειρας τῆς σφαγῆς (Villois. αὐτόχ. αὐτῶν) γενομένους παῖδας, ἐπαρασάμενος αὐτοῖς καὶ τῷ γένει, δι' αὐτῶν (Villois. τῷ γένει αὐτῶν) ἀναιρεθῆναι. Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι ἀλλαχῇ ἐκπίπτουσι τῆς Πίσης·

---

gnum inter se diviserunt. Pelasgus regionem Erasino fluvio adjacentem obtinuit condiditque Larissam; Iaso quæ ad Elin sita sunt obtigerunt. His defunctis Agenor, frater natu minimus, expeditionem in hanc terram suscepit multum educens equitatum; ab hoc equitatu Argos appellatum est Hippobotum (equos pascens), ab Iaso autem Iasum, a Pelasgo denique dictum est Pelasgicum.

Hellanicus tres fuisse dicit Phoronei filios, qui post patris obitum regnum inter se diviserunt. Quæ Erasino fluvio adjacent, Pelasgo, qui Larissam ibi condidit; quæ autem Elidi sunt proxima, Iaso contigerunt. Terra hac ratione distributa, Agenor paternum accepit equitatum. Ita factum est, ut eodem tempore triplex Argos nomen haberet, *Iasum*, quod ex Odyssea quoque intelligas, *Pelasgicum*, *Hippobotum*. Sunt etiam qui Agenorem post mortem fratrum multo cum equitatu expeditionem suscepisse dicant, ab eaque re Argos nominatum esse Hippobotum.

38.

Phineum Hellanicus Agenoridam dicit, quia Agenoris filius est. — Nonnulli tradunt eum regnasse in Paphlagonia, quæ est Asiæ regio, ut ait Hellanicus.

39.

Hylas, Herculis amasius, filius erat Theodamantis, Dryopis. Ita Mnaseas. Hellanicus vero Theomenetem Theodamantis filium nominat (*vel potius*: Theomenetem Theodamantis loco nominat).

40.

Herodorus et Hellanicus narrant, quum Hydram Hercules interficere vellet, Junonem immisisse ei cancrum. Illum vero, quum contra duo certamen non posset sustinere, auxilio advocasse Iolaum, unde natum esset proverbium, Contra duo ne Hercules quidem, cujus Plato mentionem fecit in Phædone et Legum libro undecimo.

41.

Eurytionem Hellanicus natum dicit ex Marte et Erythea.

42.

Pelops, postquam ex priore uxore filium susceperat Chrysippum, in matrimonium duxit Hippodamiam, Œnomai filiam, et plures ex ea liberos genuit. Quum vero Chrysippus vehementer ab eo amaretur, et noverca ejusque filii, ne huic pater sceptrum relinqueret metuentes, inviderent, Atreus et Thyestes, filii natu maximi, de cæde ejus agitarunt [*sive ut Veneta*, Atreum et Thyestem, filios natu maximos, huic rei præficientes, de cæde ejus agitarunt]. Ita Chrysippus interemtus est. Quod quum Pelops comperisset, qui suis manibus cædem perpetrassent filios in exilium misit, et ut ipsi eorumque genus mutua cæde interirent imprecatus est. Illi igitur Pisa expulsi

τελευτήσαντος δὲ τοῦ Πέλοπος, Ἀτρεὺς κατὰ τὸ πρεσβύτερον (Villoison. legit τὸ πρεσβυτέριον, vulgo τὸν πρεσβ.) σὺν στρατῷ πολλῷ ἐλθὼν ἐκράτησε τῶν τόπων. Ἱστορεῖ Ἑλλάνικος. Pro ἐπεβούλευσαν ... αὐτῷ, codex Venetus ἐπεβούλησαν, Ἀτρέα καὶ Θυέστην, τοὺς πρεσβυτάτους τῶν παίδων, εἰς τοῦτο προστησάμενοι.

43.

Pausan. II, 16, extr.: Ἑλλάνικος ἔγραψε, Μέδοντα καὶ Στρόφιον γενέσθαι Πυλάδῃ παῖδας ἐξ Ἠλέκτρας.

ΙΕΡΕΙΑΙ ΤΗΣ ΗΡΑΣ.

44.

Steph. Byz.: Σίπυλος, πόλις Φρυγίας· Ἑλλάνικος Ἱερειῶν πρώτῳ.

45.

Steph. Byz.: Φαίαξ, καὶ Φαιακία, ἀπὸ Φαίακος. Ἑλλάνικος Ἱερείων α'· «Φαίαξ ὁ Ποσειδῶνος καὶ Κερκύρας τῆς Ἀσωπίδος, ἀφ' ἧς ἡ νῆσος Κέρκυρα ἐκλήθη, τὸ πρὶν Δρεπάνη τε καὶ Σχερία κληθεῖσα.»

46.

Constantin. Porphyrog. Thematt. II, 2, p. 84 ed. Meurs. (Ludg. Bat. 1617): Μακεδονία ἡ χώρα ὠνομάσθη ... ἀπὸ Μακεδόνος τοῦ Αἰόλου, ὡς Ἑλλάνικος Ἱερίων (leg. Ἱερειῶν) πρώτῃ τῶν ἐν Ἄργει· «Καὶ Μακεδόνος Αἰόλου· οὗ (leg. ἀφ' οὗ) τονῦν Μακεδόνες καλοῦνται, μόνοι μετὰ Μυσῶν τότε οἰκοῦντες.»

47.

Steph. Byz.: Νισαία, ἐπίνειον Μεγαρίδος, καὶ αὐτὴ ἡ Μεγαρὶς, ἀπὸ Νίσου τοῦ Πανδίονος· Ἑλλάνικος ἐν Ἱερειῶν πρώτῳ. Καὶ ἐν δευτέρῳ· «Καὶ Νισαίαν εἷλε, καὶ Νίσον τὸν Πανδίονος, καὶ Μεγαρέα τὸν Ὀγχήστιον.»

48.

Steph. Byz.: Φρίκιον, ὄρος ὑπὲρ Θερμοπυλῶν Λοκρικὸν, ἀφ' οὗ Φρίκανες καὶ Φρικανεῖς οἱ αὐτόθι οἰκήσαντες Αἰολεῖς, ὡς Ἑλλάνικος ἐν Ἱερειῶν Ἥρας β'.

49.

Steph. Byz.: Χαιρώνεια, πόλις πρὸς τοῖς ὅροις Φωκίδος, ... τὸ πρῶτον κέκληται ἀπὸ Χαίρωνος. — Τοῦτον δὲ μυθολογοῦσιν Ἀπόλλωνος καὶ Θηροῦς, ὡς Ἑλλάνικος ἐν δευτέρῳ Ἱερειῶν Ἥρας· «Ἀθηναῖοι καὶ μετ' αὐτοὺς ἐπὶ τοὺς Ὀρχομενίζοντας τῶν Βοιώτων (sc. ἰόντες), ἐπὶ Ὀρχομενοῖς καὶ Χαιρώνειαν πόλιν Ὀρχομενῶν εἷλον.» Plura excidisse videntur.

Ad aliam Orchomenum, Phthiotidis urbem, referendus est Schol. Apollon. Rh. III, 265: Ἑλλάνικός φησι τὸν Ἀθάμαντα Ὀρχομενὸν (sic) ᾠκηκέναι.

50.

Steph. Byz.: Χαλκὶς, πόλις Εὐβοίας. — Ἑλλάνικος Ἱερειῶν Ἥρας δευτέρῳ· «Θεοκλῆς ἐκ Χαλκίδος μετὰ Χαλκιδέων τὴν Ναξίων ἐν Σικελίῃ πόλιν ἔκτισε.»

51.

Constantin. Porphyrog. Thematt. II, 10, p. 102 (s. vol. VI Opp. Meursii p. 1464): Ὁ γραμματικὸς Στέφανος γράφει· Σικελία ἡ νῆσος Σικανία πρότερον ὠνομάζετο. Εἶτα Σικελία ἐκλήθη, ὥς φησιν Ἑλλάνικος, Ἱερειῶν τῆς Ἥρας β'.

52.

Steph. Byz.: Χαονία, μέση τῆς Ἠπείρου. — Ἑλλάνικος Ἱερειῶν Ἥρας τρίτῳ· «Ἀμβρακιῶται, καὶ οἱ μετ' αὐτῶν Χάονες, καὶ Ἠπειρῶται.»

---

huc illuc discesserunt. Sed post obitum Pelopis, Atreus, quippe qui natu maximus esset, magno cum exercitu adveniens ista regione potitus est.

43.

Hellanicus scriptum reliquit Medontem et Strophium Pyladæ genitos esse ex Electra.

SACERDOTES JUNONIS ARGIVÆ.

44.

Sipylus, urbs Phrygiæ. Hellanicus libro Sacerdotum primo.

45.

Phæax, et Phæacia, a Phæace. Hellanicus Sacerdotum primo: « Phæax, filius Neptuni et Cercyræ Asopidis, a qua insula Cercyra vocata fuit, prius et Drepane et Scheria nominata. »

46.

Macedonia appellata est a Macedone, Æoli filio, ut Hellanicus libro primo de Sacerdotibus Argivis: « Et Macedonis, Æoli filii, a quo Macedones appellantur qui soli cum Mysis isto quidem tempore hanc terram incolebant.

47.

Nisæa, navale Megaridis, et ipsa Megaris sic dicebatur a Niso Pandionis filio, cujus meminit Hellanicus libro primo de Sacerdotibus Junonis; etiam libro secundo: « Et Nisæam cepit, et Nisum Pandionis, et Megarea Onchestium.»

48.

Phricium, mons supra Thermopylas Locrensis, a quo Phricanes et Phricanenses inibi habitantes Æoles, ut Hellanicus secundo Sacerdotum Junonis.

49.

Chæronea, urbs ad fines Phocidis ... primum vocata fuit a Chærone. Hunc autem fabulantur Apollinis et Therus filium, ut Hellanicus in secundo Sacerdotum Junonis: « Athenienses, et post ipsos adversus Orchomenizontes Bœotorum profecti, post Orchomenos etiam Chæroneam urbem Orchomenorum cepere. »

Hellanicus dicit Athamantem Orchomeni habitasse.

50.

Chalcis, urbs Eubœæ. — Hellanicus Sacerdotum Junonis secundo: « Theocles ex Chalcide una cum Chalcidensibus Naxiorum in Sicilia urbem condidit. »

51.

Stephanus grammaticus scribit: Sicilia insula prius Sicania dicebatur, deinde Siciliæ nomen accepit, ut Hellanicus ait libro secundo de Junonis sacerdotibus.

52.

Chaonia, media Epiri. Hellanicus Junonis Sacerdotum tertio: « Ambraciotæ, et qui cum eis Chaones, et Epirotæ. »

53.

Dionys. Halicar. Archæol. I, 22: Τὸ Σικελικὸν γένος ἐξέλιπεν Ἰταλίαν· ὡς μὲν Ἑλλάνικος ὁ Λέσβιός φησι, τρίτῃ γενεᾷ πρότερον τῶν Τρωϊκῶν, Ἀλκυόνης ἱεραμένης ἐν Ἄργει κατὰ τὸ ἕκτον καὶ εἰκοστὸν ἔτος. Δύο γὰρ ποιεῖ στόλους Ἰταλικοὺς διαβάντας εἰς Σικελίαν· τὸν μὲν πρότερον, Ἐλύμων, οὕς φησιν ὑπὸ Οἰνώτρων ἐξαναστῆναι· τὸν δὲ μετὰ τοῦτον ἔτει πέμπτῳ γενόμενον, Αὐσονίων Ἰάπυγας φυγόντων· βασιλέα δὲ τούτων ἀπαφαίνει Σικελὸν, ἀφ' οὗ τοὔνομα τοῖς τε ἀνθρώποις καὶ τῇ νήσῳ τεθῆναι.

Sturz.: «Pro ἱεραμένης sine ulla dubitatione legi debet ἱερωμένης. Nam sic est apud Thucyd. II, 2. Sed pro Ἀλκυόνης, quæ fuit una ex Hyadibus (v. fragm. XXIV), Heynius ad Apollod. p. 685, non male conjicit Ἀλκινόης, quæ filia fuit Stheneli et Nicippes, atque adeo Pelopis neptis et soror Eurysthei (v. Apollod. II, 4, 5).

Non dubito, quin Hellanicus intelligendus sit apud eundem Dionysium I, c. 72, ubi, Ὁ τὰς ἱερείας τὰς ἐν Ἄργει, inquit, καὶ τὰ καθ' ἑκάστην πραχθέντα συναγαγὼν, Αἰνείαν φησὶν ἐκ Μολοττῶν εἰς Ἰταλίαν ἐλθόντα μετ' Ὀδυσσέως, οἰκιστὴν γενέσθαι τῆς πόλεως. Ὀνομάσαι δ' αὐτὴν ἀπὸ μιᾶς τῶν Ἰλιάδων Ῥώμης. Ταύτην δὲ λέγει ταῖς ἄλλαις Τρωάσι παρακελευσαμένην, κοινῇ μετ' αὐτῶν ἐμπρῆσαι τὰ σκάφη, βαρυνομένην τῇ πλάνῃ. Ὁμολογεῖ δ' αὐτῷ καὶ Δαμάστης ὁ Σιγεὺς, καὶ ἄλλοι τινές.

ΑΤΛΑΝΤΙΣ.

54.

Schol. Eurip. ad Phœn. 162: Ἑλλάνικος ἐν τῇ ἐπιγραφῇ Ἀτλαντίδος (leg. ἐπιγραφομένῃ Ἀτλαντίδι), ἄρσενας δ' φησὶ (nempe Niobes), Ἀρχήνορα, Μενέστρατον,... Ἀρχαγόραν· θυγατέρας δὲ τρεῖς, Ὠγυγίαν, Ἀστυκράτειαν,....

55.

Harpocration: Ὁμηρίδαι· ... Ἑλλάνικος ἐν τῇ Ἀγλαντιάδι (leg. Ἀτλαντιάδι), ἀπὸ τοῦ ποιητοῦ φησιν ὠνομάσθαι.

56.

Schol. Homer. Il. Σ, 486, ubi agit de Hyadibus, Atlantis filiabus, p. 506 extr.: Φησὶ δὲ καὶ Ἑλλάνικος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ἀτλαντιδῶν, τὰς μὲν ἐξ θεοῖς συνελθεῖν, Ταϋγέτην Διΐ, ὧν γενέσθαι Λακεδαίμονα· Μαίαν Διΐ, ἀφ' ὧν Ἑρμῆς· Ἠλέκτραν Διΐ, ὧν Δάρδανος· Ἀλκυόνην Ποσειδῶνι, ὧν Ὑριεύς· Στερόπην Ἄρει, ὧν Οἰνόμαος· Κελαινὼ Ποσειδῶνι καὶ αὐτὴν συγγένεσθαι, ὧν Λύκος· Μερόπην δὲ Σισύφῳ θνητῷ ὄντι, ὧν Γλαῦκος, διὸ (sic codex Venet.: vulgo ἦν) καὶ ἀμαυρὰν εἶναι. Ὑάδας δὲ εἰρῆσθαι, ἤτοι παρὰ τὸ σχῆμα τῆς τῶν ἀστέρων θέσεως· τῷ γὰρ υ στοιχείῳ παραπλήσιόν ἐστιν· ἢ ἐπεὶ ἀνατελλουσῶν αὐτῶν καὶ δυνουσῶν ὕει ὁ Ζεύς. «Pro Ἀτλαντιδῶν Ἀτλαντίδων rescribendum esse, nemo non videt. Sed Villois. cum Bekkero, sine dubio ex cod.) edidit Ἀτλαντικῶν atque idem, Anecdot. Gr. II, p. 158 auctor est, in Scholiis ad Dionysii Τέχνην, quæ codex Marcianus 489 habet, sæpe citari Hellanicum ἐν πρώτῳ τῶν Ἀτλαντικῶν. Etiam Valckenarius, ad Eur. Phœnn. p. 628 et in Dissertatione de Scholiis in Homerum (vol. 2 Opusc., Lips. 1809) p. 121, in codice Leidensi reperiri testatur ἐν τῷ α' τῶν Ἀτλαντικῶν.» Sturz.

57.

Schol. Homer. Il. M. 1: Πάτροκλος ὁ Μενοιτίου τρεφόμενος ἐν Ὀποῦντι τῆς Λοκρίδος, περιέπεσεν ἀκουσίῳ πταίσματι. Παῖδα γὰρ ἡλικιώτην Ἀμφιδάμαντος οὐκ ἀσήμου Κλησώνυμον (cod. Venetus Κλισώνυμον), ἤ, ὥσπερ τινὲς, Αἰάνην (idem Αἴαν)

53.

Genus Siculum Italiam reliquit, ut refert Hellanicus Lesbius, tribus ætatibus ante bellum Trojanum, anno vigesimo sexto sacerdotii quod Alcyone Argis exercebat. Duas enim classes Italicas in Siciliam trajecisse tradit: priorem Elymorum, quos ab Œnotris pulsos dicit: posteriorem vero Ausonum Iapygas fugientium, quæ quinto post anno eo trajecit. Horum autem regem Siculum fuisse dicit, a quo tam ipsi genti quam insulæ nomen inditum.

Sed is qui de sacerdotibus quæ Argis erant scripsit, et ea collegit quæ cujusque tempore facta sunt, ait Æneam cum Ulysse e Molossis Italiam appulsum urbem condidisse; eamque de unius Iliadum Romæ nomine vocavisse. Hanc autem dicit, nimio errore fatigatam, alias virgines Trojanas impulisse, ut una secum naves incenderent. Eique assentitur Damastes Sigensis, et alii quidam.

ATLANTIS.

54.

Hellanicus in eo libro, qui *Atlantis* inscribitur, filios Niobes dicit quattuor, Archenorem, Menestratum, ... Archagoram; filias vero tres, Ogygiam, Astycratiam, ...

55.

Homeridas Hellanicus in Atlantiade, ab Homero nomen habuisse scribit.

56.

Hellanicus in libro primo de Atlantis filiabus sex cum diis concubuisse dicit, Taygeten cum Jove, ex quibus Lacedæmon; Majam cum Jove, ex quibus Mercurius; Electram cum Jove, ex quibus Dardanus; Alcyonen cum Neptuno, ex quibus Hyrieus; Steropen cum Marte, ex quibus Œnomaus; Celæno cum Neptuno, ex quibus Lycus; Meropen vero cum Sisypho, homine mortali, ex quibus Glaucus, eamque propterea obscurato lumine esse. Hyadas autem dici eas propter stellarum figuram, quæ literæ Υ non dissimilis esset, aut quod sub earum ortu et occasu plueret.

57.

Patroclus, Menœtii filius, Opunte, Locridis urbe, educatus, insons commisit delictum. Etenim æqualem Amphidamantis haud ignoti filium, Clisonymum, vel, ut nonnulli tradunt, Æanen, in talorum ludo ira abreptus

Jupiter cum Antiopa, Nyctei filia, concumbit, ex eaque nascuntur Zethus et Amphion, Thebarum conditores, qui Dioscuri Leucopôli (qui albis equis utuntur) cognominantur. Zethus uxorem ducit Aedona, ex qua Itylum et Naidem suscipit. Sed Itylum Aedon mater interfecit putans eum filium esse Amphionis, cujus uxori invidebat quod illi sex, ipsi duo tantum filii essent. Quam ob rem pœnam ei immisit Jupiter, et quum peteret ut in avem commutaretur, fecit eam lusciniam, quæ continuo plorat Itylum, ut ait Pherecydes.

102 a.

Post Amphionis et Zethi mortem Eurymachus (dux Phlegyarum) Thebas devastavit.

Amphion et Zethus Thebas muris cinxerunt, ut contra Phlegyarum, Cadmo regi infestorum, impetum urbem munirent.

τοὺς Φλεγύας ἐχθροὺς ὄντας καὶ ὁμόρους. quæ lectio sane præstat.» Sturz. Contra Unger. in Thebanis Paradoxis : « Alia nobis mens est. Nam et Eudocia p. 19 præter Phavorinum illa verba transcripsit et de Cadmo bello lacessito quædam minime protrita narrat Diodorus XIX, p. 359, 96 : Τοὺς μὲν τότε κατοικήσαντας ὕστερον Ἐγχελεῖς καταπολεμήσαντες ἐξέβαλον· ὅτε δὴ συνέβη καὶ τοὺς περὶ Κάδμον εἰς Ἰλλυριοὺς ἐκπεσεῖν. μετὰ δὲ ταῦτ' Ἀμφίων καὶ Ζῆθος (ἐκράτησαν τοῦ τόπου).»

Schol. Homer. Il. N, 302 : Γυρτῶνα Φλεγύαι κατοικοῦντες, παρανομώτατον καὶ ληστρικὸν διῆγον βίον, καὶ κατατρέχοντες τοὺς περιοίκους χαλεπῶς ἠδίκουν. Θηβαῖοι δὲ, πλησιόχωροι ὄντες, ἐδεδοίκεσαν καὶ μέχρι πολλοῦ, εἰ μὴ Ἀμφίων καὶ Ζῆθος, οἱ Διὸς καὶ Ἀντιόπης, ἐτείχισαν τὰς Θήβας. Εἶχε γὰρ Ἀμφίων λύραν, παρὰ Μουσῶν αὐτῷ δεδομένην, δι' ἧς κατέθελγε καὶ τοὺς λίθους, ὥστε καὶ πρὸς τὴν τειχοδομίαν αὐτομάτους ἐπέρχεσθαι. Τούτων μὲν οὖν ζώντων, οὐδὲν οἱ Φλεγύαι τοὺς Θηβαίους ἠδύναντο διαθεῖναι (κακόν addit vulg. schol.). Θανόντων δὲ αὐτῶν, ἐπελθόντες σὺν Εὐρυμάχῳ τῷ βασιλεῖ, τὰς Θήβας εἷλον. Πλείονα δὲ τολμῶντες ἀδικήματα κατὰ Διὸς προαίρεσιν ὑπὸ Ἀπόλλωνος διεφθάρησαν, ὡς ἱστορεῖ Φερεκύδης. Cod. Ven. διεφθ.· οὗτοι δὲ ἐνέπρησαν καὶ τὸν ἐν Δελφοῖς ναὸν τοῦ Ἀπόλλωνος. Ἡ ἱστορία παρὰ Φερεκύδει.

Pro Γυρτῶνα vulgo legitur Γόρτυναν, de qua commutatione v. C. O. Müller. in libro de Minyis p. 194.

Schol. Apollon. I, 741 : Λύραν Φερεκύδης ἐν τῇ δεκάτῃ ἱστορίᾳ (Phav. ἱστοριῶν) δοθῆναι Ἀμφίονι φησὶ ὑπὸ Μουσῶν.

102 b.

Schol. Eurip. Phœn. 162 : Φερεκύδης φησὶν, αὐτὴν (τὴν Νιόβην) ἔχειν παῖδας ϛ'. Ἀλαλκομενέα, Φηρέα, Εὔδωρον, (Νιόβην) Λύσιππον, Ξάνθον, Ἀργεῖον. Θυγατέρας δὲ ϛ'. Χιόνην, Κλυτίαν, Μελίαν, Ὥρην, Λαμίππην, Πελοπίαν.

102 c.

Schol. Eurip. Phœn. 1111 : Νηΐταις πύλαις] ἢ ἀπὸ Νηΐδος τῆς Ἀμφίονος καὶ Νιόβης. Ἢ ἐπεὶ νέαται εἰσίν. Ὁ δὲ Φερεκύδης ἀπὸ Νηΐδος τῆς Ζήθου θυγατρός. Conf. Unger. Paradox. Theb. I, p. 313 sq.

103.

Schol. Apollon. 3, 62 : Φερεκύδης· Αἴτωνος (υἱὸς Ἰξίων). Φησὶ δὲ ὡς γαμήσας Δίαν τὴν Ἠϊονέως θυγατέρα, πολλὰ ὑπέσχετο δώσειν δῶρα (cod. Paris. ἕδνα). Ἐλθόντος δὲ ἐπὶ ταῦτα τοῦ Ἠϊονέως, βέρεθρον ποιήσας καὶ πυρακτώσας σκεπάζει αὐτὸ λεπτοῖς ξύλοις καὶ κόνει λεπτῇ. Ἐμπεσὼν δὲ ὁ Ἠϊονεὺς ἀπόλλυται. Λύσσα δὲ τῷ Ἰξίονι ἐνέπεσε διὰ τοῦτο, καὶ οὐδεὶς αὐτὸν ἤθελεν ἁγνίσαι οὔτε θεῶν οὔτε ἀνθρώπων. Πρῶτος γὰρ ἐμφύλιον ἄνδρα ἀπέκτεινεν. Ἐλεήσας δὲ αὐτὸν ὁ Ζεὺς ἁγνίζει, καὶ ἁγνισθεὶς ἠράσθη τῆς Ἥρας. Ὁ δὲ Ζεὺς νεφέλην ὁμοιώσας Ἥρᾳ, παρακοιμίζει αὐτῷ. Καὶ ὕστερον ποιήσας τετράκνημον τροχὸν, καὶ δεσμεύσας αὐτὸν, τιμωρεῖται. — Schol. Pindar. Pyth. II, 40 : Τὸν Ἰξίονα οἱ μὲν Ἀντίωνος γενεαλογοῦσιν, ὡς Αἰσχύλος· Φερεκύδης δὲ, Πεισίωνος· ἔνιοι δὲ, Ἄρεος· οἱ δὲ, Φλεγύα· Ἀσκληπιάδης δὲ ἐν τῷ τρίτῳ τῶν τραγῳδουμένων οὕτω γράφει. Προσιστοροῦσι δὲ ἔνιοι, ὡς καὶ μανείη ὁ Ἰξίων, ὡς καὶ Φερεκύδης. Καὶ τὴν ἐπὶ τοῦ τροχοῦ δὲ κόλασιν αὐτῷ παρεγκεχειρήκασιν. Ὑπὸ γὰρ δίνης καὶ θυελλῶν αὐτὸν ἐξαρπασθέντα φθαρῆναί φασιν. cf. Schol. ad Eur. Phœn. 1185 Matthiæ. Sturzius lacunam statuit in Sch. Apollon., quam ita vult expleri : οἱ δὲ Ἀντίωνος γενεαλογοῦσιν, Φερεκύδης δὲ Πεισίωνος. Wesselingio ad Diod. Sic. IV, 69, scribendum videtur: Φερεκύδης δὲ, Πείσωνος· Αἰσχύλος, Ἀντίωνος. Sed haud dubie pro Αἴτωνος, scribendum est Αἴθωνος (de quo nomine vide O. Müller. de Minyis p. 202), idemque apud Schol. Pind. pro

---

Phlegyæ Gyrtonem incolentes contra jus fasque latrocinia et deprædationes exercebant, atque per incursiones vicinas gentes summis injuriis afficiebant. Thebani vero multum adhuc tempus eos timuerant, nisi Amphion et Zethus, Jovis ex Antiope filii, muris Thebarum urbem cinxissent. Amphion enim lyram habuit a Musis ei donatam, qua lapides ita demulsit, ut ipsi sponte sua ad muri exstructionem convenirent. His viventibus Phlegyæ malum Thebanis inferre non poterant : sed post mortem eorum sub Eurymacho rege Thebas aggressi urbem ceperunt. Quum vero plura facinora injuste auderent, ex Jovis consilio ab Apolline interfecti sunt. Nam ipsum Apollinis Delphici templum incenderant.

Amphion lyra a Musis donatus est.

102 b.

Pherecydes dicit Nioben, Amphionis uxorem, filios habuisse sex : Alalcomena, Pherea, Eudorum, Lysippum, Xanthum, Argium; totidemque filias : Chionam, Clytiam, Meliam, Horam, Lamippen, Pelopiam.

102 c.

Pherecydes dicit Neitas portas nominatas esse a Neide, Zethi filia.

103.

Ixion filius est Æthonis. Qui quum Diam, Eionei filiam, uxorem ducere vellet, multa promisit se daturum esse munera sponsalia; sed ad ea petenda quum Eioneus venisset, foveam fecit, quam candentibus carbonibus impletam minutis lignis et pulvere leviter operuit. In quam Eioneus delapsus periit. Ixionem vero hoc facinus ad insaniam adegit, neque quisquam deorum hominumve voluit eum expiare. Primus enim hominem popularem interfecerat. Sed Jupiter misericordia commotus eum lustravit; lustratus vero captus est Junonis amore. Tum nubem, quam Junoni similem reddidit Jupiter, juxta eum in lecto collocavit, atque postea quattuor radiorum quam fecerat rotæ illigavit eum, atque ita pœna affecit.

Ixionem nonnulli, ut Æschylus, Antionis, Pherecydes vero Pisionis filium fuisse tradunt. — Sunt etiam qui Ixionem rabie affectum esse dicant, ut Pherecydes.

Πεισίωνος restituendum esse putarem, nisi propter significationem hujus nominis, quod pariter atque Ἀντίων Ixioni quam maxime convenit (v. Welker de Trilog. p. 549), probabilius esset diversas Pherecydem genealogias in medium protulisse.

104.

Schol. Apollon. I, 211: Περὶ δὲ τῆς Θρᾳκίας Σαρπηδονίας πέτρας, ὅτι πρὸς τῷ Αἵμῳ ὄρει ἐστὶ, Φερεκύδης φησὶ, περὶ τῆς ἁρπαγῆς ἱστορῶν τῆς Ὠρειθυίας.

105.

Schol. Sophocl. Œdip. Colon. 463: Περὶ οὗ (Δαιδάλου) Φερεκύδης φησὶν οὕτω· «Μητίνῳ (leg. Μητίονι) δὲ τῷ Ἐρεχθέως καὶ Ἰφινόῃ γίγνεται Δαίδαλος, ἀφ' οὗ ὁ δῆμος καλεῖται Δαιδαλίδαι Ἀθήνησι.»

106.

Schol. Homer. Odyss. Λ, 320: Θησεὺς ὁ Αἰγέως λαχὼν μετὰ τῶν ἠϊθέων εἰς Κρήτην πλεῖ, τῷ Μινωταύρῳ παρατεθησόμενος πρὸς ἀναίρεσιν. Ἀφικομένου δὲ αὐτοῦ ἐρωτικῶς πρὸς αὐτὸν διατεθεῖσα ἡ τοῦ Μίνωος θυγάτηρ Ἀριάδνη, δίδωσιν ἀγαθίδα μίλτου (Buttm. conj. μίτου) λαβοῦσα παρὰ Δαιδάλου τοῦ τέκτονος, καὶ διδάσκει αὐτὸν, ἐπειδὰν εἰσέλθῃ, τὴν ἀρχὴν τῆς ἀγαθίδος ἐκδῆσαι περὶ τὸν ζυγὸν τῆς [τὸν?] ἄνω θύρας καὶ ἀνελίσσοντα ἰέναι, μέχρις ἂν ἀφίκηται εἰς τὸν μυχόν. Καὶ ἐὰν αὐτὸν καθεύδοντα μάρψῃ, κρατήσαντα τῶν τριχῶν τῆς κεφαλῆς, τῷ Ποσειδῶνι θῦσαι, καὶ ἀπιέναι ὀπίσω ἀνελίσσοντα τὴν ἀγαθίδα. Ὁ δὲ Θησεὺς λαβὼν τὴν Ἀριάδνην εἰς τὴν ναῦν ἐμβάλλεται, καὶ τοὺς ἠϊθέους καὶ παρθένους οὐ δήπω φθάσαντας τῷ Μινωταύρῳ παρατεθῆναι. Καὶ ταῦτα ποιήσας, νυκτὸς μέσης ἀποπλεῖ. Προσορμίσας δὲ τῇ Δίᾳ νήσῳ, ἐκβὰς ἐπὶ τῆς ἠϊόνος μετακοιμᾶται. Καὶ αὐτῷ ἡ Ἀθηνᾶ παραστᾶσα, κελεύει τὴν Ἀριάδνην ἐᾶν, καὶ ἀφικνεῖσθαι εἰς Ἀθήνας. Συντόμως δὲ διαναστὰς ποιεῖ τοῦτο. Κατολοφυρομένης δὲ τῆς Ἀριάδνης ἡ Ἀφροδίτη ἐπιφανεῖσα θαῤῥεῖν αὐτῇ παραινεῖ· Διονύσου γὰρ ἔσεσθαι γυναῖκα, καὶ εὐκλεῆ γενέσθαι. Ὅθεν ὁ θεὸς ἐπιφανεὶς μίσγεται αὐτῇ. Καὶ δωρεῖται στέφανον αὐτῇ χρυσοῦν, ὃν αὖθις οἱ θεοὶ κατηστέρισαν τῇ τοῦ Διονύσου χάριτι. Ἀναιρεθῆναι δὲ αὐτὴν ὑπ' Ἀρτέμιδος, προεμένην τὴν παρθενίαν. Ἡ ἱστορία παρὰ Φερεκύδῃ.

Macrob. Saturnn. 1, 17: *Pherecydes refert, Thesea, quum in Cretam ad Minotaurum duceretur, vovisse pro salute atque reditu suo* Ἀπόλλωνι Οὐλίῳ καὶ Ἀρτέμιδι Οὐλίᾳ.

Plutarch. in Theseo p. 8, A: Ἐπεὶ κατέπλευσεν εἰς Κρήτην, ὡς μὲν οἱ πολλοὶ γράφουσι καὶ ᾄδουσι, παρὰ τῆς Ἀριάδνης ἐρασθείσης τὸ λίνον λαβὼν, καὶ διδαχθεὶς ὡς ἔστι τοῦ λαβυρίνθου τοὺς ἑλιγμοὺς διεξελθεῖν, ἀπέκτεινε τὸν Μινώταυρον, καὶ ἀπέπλευσε τὴν Ἀριάδνην ἀναλαβὼν καὶ τοὺς ἠϊθέους. Φερεκύδης δὲ καὶ τὰ ἐδάφη τῶν Κρητικῶν νεῶν φησιν ἐκκόψαι τὸν Θησέα, τὴν δίωξιν ἀφαιρούμενον.

107.

Steph. Byz.: Ἀλόπη, πόλις Θεσσαλίας, ἀπὸ Ἀλόπης τῆς Κερκυόνος, ὡς Φερεκύδης. ... Ἔστι δὲ μεταξὺ Λαρίσσης τῆς Κρεμαστῆς καὶ Ἐχίνου.

108.

Schol. Pindar. Nem. V, 89: Φερεκύδης ἡνίοχον τὸν Φόρβαντα, φησὶ, Θησέως. Σὺν ᾧ καὶ τὴν Ἀμαζόνα ἁρπάζει.

109.

Athenæus XIII, p. 557, A: Ἴστρος ἐν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τῶν Ἀττικῶν, καταλέγων τὰς τοῦ Θησέως γενομένας γυναῖκας, φησὶ τὰς μὲν αὐτῶν ἐξ ἔρωτος

104.

Thraciæ petram Sarpedoniam ad Hæmum montem sitam esse dicit Pherecydes ubi de raptu Orithyiæ agit.

105.

Metioni, Erechthei filio, et Iphinoæ natus erat Dædalus, a quo Dædalidarum demus Atheniensis nomen accepit.

106.

Theseus, Ægei filius, sorte ductus cum juvenibus in Cretam trajecit, ut Minotauro ad cædem traderetur. Ubi quum advenisset, Ariadne, Minois filia, amore ejus capta dedit ei fili glomum minio tinctum, quem a Dædalo architecto acceperat; et Theseo præcepit, ut quum ingrederetur initium glomi alligaret limini supero portæ, et progrederetur filum evolvens, usque dum ad recessum interiorem perveniret; ubi si taurum dormientem prehenderet, capillos ejus arriperet, eosque sacrificaret Neptuno, deinde regrederetur glomum revolvens.

His peractis Theseus cum Ariadne et cum juvenibus, qui jam in eo fuerant, ut tauro traderentur, in navem descendit, et deinde media nocte discessit. Appellit in Diam insulam, ubi egressus in littore dedit se quieti. Tum Minerva adstans eum jubet, Ariadne relicta, Athenas redire. Statim surrexit jussumque exsecutus est. Verum lacrimanti Ariadnæ Venus apparuit eamque cohortata est, ut bono animo esset: nam Bacchi se uxorem futuram esse, magna fruentem gloria. Bacchus apparuit, cum eaque concubuit; et donavit eam corona aurea, quam postea dii inter sidera collocarunt, Baccho gratificantes. Occisa vero est a Diana, quod prostituerit virginitatem.

Postquam Cretam appulit, ut multi scriptores et poetæ tradunt canuntque, accepto ab amante Ariadna filo, doctus quemadmodum evolvere se Labyrinthi ambagibus valeret, Minotaurum occidit, solvitque inde, Ariadnam et impuberes secum asportans. Pherecydes funda etiam a Theseo Creticarum navium prodit, ne se insequi possent, excisa.

107.

Alope, urbs Thessaliæ, ab Alope, Cercyonis filia, nomen accepit, ut ait Pherecydes.

108.

Phorbas erat Thesei auriga, cum quo etiam Amazonem rapuit.

109.

Ister libro decimo quarto rerum Atticarum uxores Thesei recensens ait, alias earum ex amore uxores ejus factas

γεγενῆσθαι, τὰς δ' ἐξ ἁρπαγῆς, ἄλλας δ' ἐκ νομίμων γάμων. Ἐξ ἁρπαγῆς μὲν Ἑλένην, Ἀριάδνην, Ἱππολύτην· καὶ τὰς Κερκύονος καὶ Σίνιδος θυγατέρας· νομίμως δ' αὐτὸν γῆμαι Μελίβοιαν, τὴν Αἴαντος μητέρα, γυναῖκα· Ἡσίοδος δέ φησιν καὶ Ἵππην καὶ Αἴγλην, δι' ἣν καὶ τοὺς πρὸς Ἀριάδνην ὅρκους παρέβη, ὥς φησι Κέρκωψ. Φερεκύδης δὲ προστίθησι καὶ Φερέβοιαν.

110.

Pollux X, 128: Δρεπάνη, καὶ ὡς Φερεκύδης ὠνόμασε, κρώπιον· περὶ γὰρ τοῦ Κόδρου λέγων, ὅτι ὡς ἐπὶ φρυγανισμὸν ἐξῆλθεν ἐν ἀγροίκῳ τῇ σκευῇ βουλόμενος λαθεῖν, φησὶν ὅτι τῷ κρωπίῳ τινὰ παίσας ἀπέκτεινε.

111.

Strabo XIV, p. 632, C: Ταύτης (τῆς Ἰωνικῆς παραλίας) φησὶ Φερεκύδης Μίλητον μὲν, καὶ Μυοῦντα, καὶ τὰ περὶ Μυκάλην καὶ Ἔφεσον, Κᾶρας ἔχειν πρότερον· τὴν δ' ἑξῆς παραλίαν μέχρι Φωκαίας, καὶ Χίου, καὶ Σάμου, ἧς Ἀγκαῖος ἦρχε, Λέλεγας· ἐκβληθῆναι δ' ἀμφοτέρους ὑπὸ τῶν Ἰώνων, καὶ εἰς τὰ λοιπὰ μέρη τῆς Καρίας ἐκπεσεῖν. Ἄρξαι δέ φησιν Ἄνδροκλον τῆς τῶν Ἰώνων ἀποικίας, ὕστερον τῆς Αἰολικῆς, υἱὸν γνήσιον Κόδρου τοῦ βασιλέως Ἀθηνῶν· γενέσθαι τοῦτον Ἐφέσου κτίστην.

112.

Scholiastes in Platonem p. 335 ed. Bekk.: Παρὰ δὲ Φερεκύδῃ καὶ τοὔνομα τῆς Ἰωνικῆς πόλεως, λέγω δὲ τῆς Τέω, κείμενον εὗρον, ὅθεν ἦν Ἀνακρέων ὁ μελοποιὸς, ἀπὸ τοῦ τέως. Ὁ γὰρ Ἀθάμας, φησὶν, ἀναχωρῶν ἐκ τῆς χώρας, εὑρὼν Ἄρεαν τὴν θυγατέρα ἀθύρουσαν καὶ λίθους συμφοροῦσαν τοὺς νῦν ὄντας ἐν Τέῳ, ἤρετο ταύτην, τί ποιεῖς; Ἡ δὲ εἶπε· Τέως σὺ ἐζήτεις, ἵνα πόλιν κτίσῃς, εὗρον. Ἀφ' οὗ ἀνακινηθεὶς, τὴν πόλιν ὠνόμασε Τέω.

113.

Clem. Alex. Strom. V, p. 567 C. D: Φασὶ καὶ Ἰδανθούραν τὸν Σκυθῶν βασιλέα, ὥς ἱστορεῖ Φερεκύδης ὁ Σύριος, Δαρείῳ διαβάντι τὸν Ἴστρον, πόλεμον ἀπειλοῦντα πέμψαι σύμβολον ἀντὶ τῶν γραμμάτων, μῦν, βάτραχον, ὄρνιθα, ὀϊστὸν, ἄροτρον. Ἀπορίας δὲ οὔσης, οἷας εἰκὸς, ἐπὶ τούτοις, Ὀροντοπάγας μὲν ὁ χιλίαρχος ἔλεγεν, παραδώσειν αὐτοὺς τὴν ἀρχήν· τεκμαιρόμενος ἀπὸ μὲν τοῦ μυὸς, τὰς οἰκήσεις· ἀπὸ δὲ τοῦ βατράχου, τὰ ὕδατα· τὸν ἀέρα τε ἀπὸ τῆς ὄρνιθος· καὶ ἀπὸ τοῦ ὀϊστοῦ, τὰ ὅπλα· ἀπὸ δὲ τοῦ ἀρότρου, τὴν χώραν. Ξιφόδρης δὲ ἔμπαλιν ἡρμήνευσεν· ἔφασκε γὰρ, ἐὰν μὴ ὡς ὄρνιθες ἀναπτῶμεν, ἢ ὡς μύες κατὰ τῆς γῆς, ἢ ὡς οἱ βάτραχοι καθ' ὕδατος δύωμεν, οὐκ ἂν φύγοιμεν τὰ ἐκείνων βέλη· τῆς γὰρ χώρας οὐκ ἐσμὲν κύριοι. Ἀνάχαρσίν τε τὸν Σκύθην φησὶ καὶ αὐτὸν κοιμώμενον κατέχειν, τῇ μὲν λαιᾷ, τὰ αἰδοῖα· τῇ δεξιᾷ δὲ, τὸ στόμα· αἰνιττόμενον, δεῖν μὲν ἀμφοῖν, μεῖζον δὲ εἶναι γλώττης κρατεῖν ἢ ἡδονῆς. Pro ὁ Σύριος legendum esse ὁ Λέριος putant Vossius, Wesseling., Sturz.

FRAGMENTA SEDIS INCERTÆ.

114.

Etymol. M.: Ἄρυπες, Φερεκύδης, ἀντὶ τοῦ Ῥύπες. Πρόδηλον τὸ εἰρημένον. Ῥύπες γὰρ λέγονται οἱ Ἀχαιοί. Κατὰ πλεονασμὸν τοῦ α, Ἄρυπες.

---

esse, alias raptu, alias vero legitimis nuptiis. Ex raptu quidem Helenam, Ariadnen, Hippolytam et Cercyonis et Sinidis filias: legitimo vero matrimonio eum habuisse Melibœam, Ajacis matrem. Præter has Hesiodus nominat Hippen et Æglam, propter quam jusjurandum Ariadnæ datum non servavit, ut dicit Cercops. Illis vero Pherecydes addit Pherebœam quoque.

110.

Bipalium, et pastinum, secundum Pherecydem: de Codro enim loquens, quod quasi ad sarmenta colligenda exiverit rustico habitu, ne agnosceretur, dicit eum pastino quendam percussum interemisse.

111.

De hac (Ioniæ parte maritima) Miletum, Myuntem, et quæ sunt circa Mycalen atque Ephesum loca, Pherecydes scribit Cares quondam tenuisse, reliquam usque ad Phocæam, Chium et Samum oram, cui Ancæus præfuit, Leleges: utrosque autem ab Ionibus ejectos in reliquas Cariæ partes demigrasse. Ducem coloniæ Ionum ait fuisse Androclum, Codri Atheniensium regis filium legitimum: qui eam post Æolicam deduxerit, Ephesumque condiderit.

112.

Athamas ex patria discedens Aream filiam ludentem invenit et lapides colligentem, qui nunc Tei sunt. Interrogat eam: « *Quid tu facis?* » Respondet illa: Dum tu quærebas, ubi urbem conderes, ego inveni. Quibus verbis commotus urbem appellavit Teum.

113.

Aiunt quidem certe Idanthuram quoque Scytharum regem, ut refert Pherecydes Syrius, Dario qui Istrum trajecerat, bellum minantem, symbolum misisse pro literis, murem, ranam, avem, jaculum, aratrum. Quum autem de his, ut erat consentaneum, exorta esset dubitatio, Orontopagas quidem tribunus militum, dicebat eos tradituros imperium, conjectans ex mure quidem habitationes; ex rana autem, aquas; ex ave vero, aerem; ex jaculo autem, arma; ex aratro vero, regionem. Xiphodres autem contra est interpretatus. Dicebat enim: Nisi tanquam aves evolaverimus, aut tanquam mures terram, vel tanquam ranæ aquam subierimus, illorum tela non effugiemus: non sumus enim domini regionis. Anacharsin quoque Scytham dicit dormientem, sinistra quidem continuisse pudenda, os autem dextera, significantem oportere quidem utrumque, sed majus esse, linguam cohibere, quam voluptatem.

FRAGMENTA SEDIS INCERTÆ.

114.

Arypes pro *Rhypes* (i. e. Achæi) dicit Pherecydes.

114 a.

Epimerism. Hom. ap. Cramer. Anecd. vol. I, p. 62, 10: Ἀλάστωρ ὁ Ζεύς, ἐπὶ τῶν χαλεπόν τι πρασσόντων· παρηκτικὴ δὲ ἡ εὐθεῖα παρὰ τὴν ἀλάστορος γενικήν. ... καὶ Φερεκύδης· «Ὁ Ζεὺς δὲ Ἱκέσιος καὶ Ἀλάστορος καλεῖται.»

115.

Schol. Apollon. I, 831: Αἰγαῖος γὰρ οὗτος ὁ θεὸς (Neptunus) προσαγορεύεται, ὥς φησι Φερεκύδης.

116.

Steph. Byz.: Διόπη, πόλις Ἀρκαδίας, ὡς Φερεκύδης.

117.

Steph. Byz.: Φρίξα, πόλις. Ἡ δὲ Φρίξα κεῖται μὲν τῆς Ὀλυμπίας ἀπέχουσα στάδια λ'. Φερεκύδης δὲ Ἀρκαδίας αὐτὴν γράφει.

118.

Schol. Homer. Il. B, 592: Φερεκύδης ὁ Ἀθηναῖος τὸ μὲν ἐΰκτιτον, κύριον ὄνομα παρέλαβεν, τὸ δὲ αἶπυ, ἐπίθετον.

119.

Chœroboscus ad Theodosii Canones in Bekkeri Anecdoctis vol. III, p. 1196: Σπανιωτέρα ἐστὶν ἡ εἰς α (αἰτιατικὴ) οἷον τὸν βόα· εὑρέθη δὲ σπανίως παρὰ Φερεκύδει τῷ Ἀθηναίῳ.

Addo locos in quibus Pherecydis nomen corruptum est. Phavorin. in v. Παλλάδα: Πάλλαντες παρὰ τοῖς ἀρχαίοις οἱ νέοι, ὥς φησι Φερεκύδης. Hæc descripta sunt ex Eustathio ad Hom. Il. A, p. 84, ubi pro ὥς φ. Φερεκύδης legitur, ὥς φ. Φιλιστίδης ἐν Συγγενικοῖς. Similem permutationem v. in fr. 33, g.

Etym. M.: Βοηδρομιών, μὴν παρὰ Ἀθηναίοις εἴρηται· ὅτι ἐν αὐτῷ ἐτιμᾶτο Βοηδρόμιος Ἀπόλλων. Τὴν δὲ ἀρχὴν ἔλαβεν, ὅτι πολέμου συστάντος Ἀθηναίοις καὶ Ἐλευσινίοις, συμμαχήσαντος Ἴωνος κατὰ συγγένειαν, ἐνίκησαν οἱ Ἀθηναῖοι. Ἀπὸ οὖν τῆς τοῦ στρατεύματος βοῆς τῆς ἐπὶ τῷ ἄστει δραμούσης, ὅ τε Ἀπόλλων Βοηδρόμιος ἐκλήθη. Καὶ ἡ θυσία, καὶ ὁ μήν. Καὶ τὰ Βοηδρόμια ἐτελεῖτο ἑορτή. Φερεκύδης δὲ ἐν τοῖς Αὐτόχθοσι, διὰ τῆς φωνῆς σημεῖον, ἣν τὸ πρότερον ἀξύνετον οὖσαν εὗρε καὶ διήρθρωσεν. Ubi Sylburg. pro Φερεκύδης reponendum putat Φερεκράτης, quod probant Heyne ad Apollod. p. 995 et Sturz.

---

114 a.

Jupiter Hicesius (i. e. supplicum præses) etiam Alastorus vocatur.

115.

Neptunus vocatur Ægæus.

116.

Diope, urbs Arcadiæ, ut Pherecydes dicit.

117.

Phrixam Arcadiæ urbem esse scribit Pherecydes.

118.

Pherecydes Atheniensis in Iliade B, 592, ἐΰκτιτον pro nomine proprio, αἶπυ pro adjectivo habet.

ACUSILAI

FRAGMENTA.

ΓΕΝΕΑΛΟΓΙΑΙ.

1.

Plato Sympos. p. 178. B (quem locum Stobæus excerpsit in Eclog. phys. 1, p. 22): Ἡσίοδος πρῶτον μὲν Χάος γενέσθαι φησὶν (Stob. φησὶ γίγνεσθαι) ... μετὰ τὸ Χάος δύο τούτω γενέσθαι, Γῆν τε καὶ Ἔρωτα. ... Ἡσιόδῳ δὲ καὶ Ἀκουσίλεως ὁμολογεῖ. Οὕτω πολλαχόθεν ὁμολογεῖται ὁ Ἔρως ἐν τοῖς πρεσβυτάτοις εἶναι (Stob. Ἀκουσ. ξύμφησιν, ἐν τοῖς πρεσϐ. εἶναι), πρεσβύτατος δὲ (Stob. τε) ὢν, μεγίστων ἀγαθῶν ἡμῖν αἴτιος ἐστί.

Scholiastes Theocriti in argumento Idyllii XIII: Ἡσίοδος Χάους καὶ Γῆς (Ἔρωτα υἱὸν λέγει) ... Ἀκουσίλαος Νυκτὸς καὶ Αἰθέρος. Damascius περὶ ἀρχῶν c. 14, p. 257, in Wolfii Anecdot. Græc. t. III: Ἀκουσίλαος Χάος μὲν ὑποτίθεσθαί μοι δοκεῖ τὴν πρώτην ἀρχὴν, ὡς πάντη ἄγνωστον· τὰς δὲ δύο μετὰ τὴν μίαν· Ἔρεβος μὲν, τὴν ἄῤῥενα, τὴν δὲ θήλειαν, Νύκτα· ταύτην μὲν ἀντὶ ἀπειρίας, ἐκείνην δὲ ἀντὶ πέρατος. Ἐκ δὲ τούτων φημὶ μιχθέντων Αἰθέρα γενέσθαι, καὶ Ἔρωτα, καὶ Μῆτιν, τὰς τρεῖς ταύτας νοητὰς ὑποστάσεις.

2.

Etymol. M.: Κοῖος· ὁ πατὴρ Λητοῦς· παρὰ τὸ κοεῖν, ὅ ἐστι νοεῖν καὶ συνιέναι, ὅ ἐστι συνετός. Κοῖόν θ' Ὑπερίονά τ' Ἰαπετόν τε (ex Hesiodi Theog. 134). Οἱ Αἰολεῖς τῷ κ ἀντὶ τοῦ ν κέχρηνται. Οὗτοι δὲ Τιτᾶνες καὶ Τιτανίδες καλοῦνται, ὡς Ἀκουσίλαος.

3.

Schol. Hesiod. Theog. 870, p. 269 a: Ἀκουσίλαος τρεῖς ἀνέμους εἶναι φησὶ κατὰ Ἡσίοδον, βορᾶν, ζέφυρον, καὶ νότον. Τοῦ γὰρ ζεφύρου ἐπίθετον τὸ ἀργέστην φησίν.

4.

Schol. Nicandri Theriac. v. 11, p. 6: Περὶ τῆς τῶν δακνόντων θηρίων γενέσεως, ὅτι ἐστὶν ἐκ τῶν Τιτάνων τοῦ αἵματος, παρὰ μὲν τῷ Ἡσιόδῳ οὐκ ἔστιν εὑρεῖν· Ἀκουσίλαος δέ φησιν ἐκ τοῦ αἵματος τοῦ Τυφῶνος πάντα τὰ δάκνοντα γενέσθαι.

5.

Schol. Apollon. IV, 828: Ἀκουσίλαος Φόρκυνος καὶ Ἑκάτης τὴν Σκύλλαν λέγει. ... Ἐν δὲ ταῖς μεγάλαις Ἠοίαις Φόρβαντος καὶ Ἑκάτης ἡ Σκύλλα.

6.

Strabo X, p. 472, D: Ἀκουσίλαος ὁ Ἀργεῖος ἐκ Καβείρης καὶ Ἡφαίστου Κάμιλον λέγει. Τοῦ δὲ, τρεῖς Καβείρους, ὧν Νύμφας Καβειράδας. V. Welcker. Tril. Æschyl. p. 219.

7.

Scholia Homer. ad Odyss. K, 2, a Buttmanno

1.

Hesiodus principio Chaos exstitisse dicit ... post Chaos hæc duo exstitisse, Terram atque Amorem. ... Acusilaus quoque cum Hesiodo consentit. Atque ita passim, Amorem ex antiquissimis esse, conceditur. Quum vero talis sit, maximorum bonorum nobis est causa.

Hesiodus Amorem Chai et Terræ, Acusilaus Noctis et Ætheris filium esse dicit.

Acusilaus Chaos statuere mihi videtur primum rerum principium, ut prorsus ignotum. Post hoc unum hæc duo: Erebum, principium masculinum, et Noctem, principium femininum, hoc pro infinito, illud pro finito. Ex horum commixtione ortos esse dico Ætherem, Amorem, Intelligentiam, tres illas, quæ mente percipiuntur, substantias.

2.

Cœus, pater Latonæ, sic nominatus a κοεῖν, quod idem est ac νοεῖν et συνιέναι (scire, intelligere), ita ut κοῖος sit quasi νοῖος *prudens, intelligens*. Nam Æoles litera κ pro ν utuntur. Hesiodus: *Cœum et Hyperiona et Iapetum.* Hi vero Titanes et Titanides vocantur, ut ait Acusilaus.

3.

Acusilaus tres ventos esse dicit secundum Hesiodum: boream, zephyrum, notum. Nam ἀργέστην (velocem, vel album, i. e. albas nubes in cœlo congerentem) ait zephyri epitheton esse.

4.

Animalia, quæ morsu venenato lædunt, ex Titanum sanguine orta esse non legitur apud Hesiodum; Acusilaus vero ex Typhonis sanguine omnia animalia, quæ morsu vulnerant, nata esse dicit.

5.

Acusilaus Scyllam Phorcynis et Hecatæ filiam esse tradit; verum in Eœis magnis Scylla Phorbantis est ex Hecate.

6.

Acusilaus Argivus ex Cabira et Vulcano natum ait Cadmilum, ex hoc tres Cabiros, ex his Nymphas Cabiridas.

7.

Deucalio, sub quo diluvium, filius erat Promethei et,

ex Codd. Mss. edita: Δευκαλίων, ἐφ' οὗ ὁ κατακλυσμὸς γέγονε, Προμηθέως μὲν ἦν υἱὸς, μητρὸς δὲ ὡς πλεῖστοι λέγουσι Κλυμένης, ὡς δὲ Ἡσίοδος Πρυνείης, ὡς δὲ Ἀκουσίλαος Ἡσιόνης τῆς Ὠκεανοῦ καὶ τοῦ Προμηθέως.

Sturz. pro Ἡσιόνης, quæ h. l. Oceani filia dicitur, legendum putat Ἀσίας et pro corrupto illo Πρυνείης reponi vult Πανδώρας.

Schol. Pind. Ol. 9, 70: Κοινὰ τὰ περὶ Δευκαλίωνα καὶ Πύῤῥαν, καὶ ὅτι τοὺς λίθους κατόπιν ῥίπτοντες ἀνθρώπους ἐποίουν, μαρτυρεῖ Ἀκουσίλαος.

8.

Schol. Apollon. III, 1123: Ἀκουσίλαος καὶ Ἡσίοδος ἐν ταῖς μεγάλαις Ἠοίαις φασὶν ἐξ Ἰοφώσσης τῆς Αἰήτου (Phrixum genuisse Argum).

9.

Schol. Apoll. Rh. IV, 1147: Περὶ δὲ τοῦ δέρους, ὅτι ἦν χρυσοῦν, οἱ πλεῖστοι ἱστοροῦσιν. Ἀκουσίλαος δὲ ἐν τῷ περὶ γενεαλογιῶν πορφυρευθῆναι φησὶν ἀπὸ τῆς θαλάσσης.

10.

Schol. Apollon. IV, 57: Τὸν Ἐνδυμίωνα Ἡσίοδος μὲν Ἀεθλίου τοῦ Διὸς καὶ Καλύκης παῖδα λέγει, παρὰ Διὸς εἰληφότα δῶρον, αὐτὸν ταμίαν εἶναι θανάτου, ὅτε μέλλοι ὀλέσθαι. Καὶ Πείσανδρος δὲ τὰ αὐτὰ φησι, καὶ Ἀκουσίλαος, καὶ Φερεκύδης.

11.

Tzetzes ad Lycophr. 177: Ὠκεανοῦ καὶ Τηθύος, Ἴναχος· Ἰνάχου καὶ Μελίας τῆς Ὠκεανοῦ, Φορωνεὺς, καὶ Αἰγιαλεὺς ἄπαις, ἀφ' οὗ Αἰγιάλεια ἡ χώρα. Φορωνεὺς δυναστεύων Πελοποννήσου, ἐκ Τηλοδίκης νύμφης γεννᾷ Ἄπιν καὶ Νιόβην. Ἄπις οὖν τυραννικῶς ζῶν, ἀναιρεῖται ὑπὸ Θελξίονος καὶ Τελχῖνος, ἀφ' οὗ καὶ ἡ χώρα Ἀπία, ἡ τῆς Πελοποννήσου. Νιόβης, τῆς Ἄπιδος ἀδελφῆς, καὶ Διὸς, Ἄργος, ἀφ' οὗ ἡ χώρα. Κατὰ δὲ Ἀκουσίλαον, καὶ Πελασγὸς σὺν Ἄργῳ, ἀφ' οὗ ἡ Πελοποννήσου χώρα, ἡ καὶ Ἀπία λεγομένη, μέχρι Φαρσαλίας καὶ Λαρίσσης, Πελασγία ἐκλήθη.

11 a.

Didymus apud Macrob. Saturn. V, 18 (p. 130 Bip.): Ὁ γοῦν Ἀγησίλαος (leg. Ἀκουσίλαος) διὰ τῆς πρώτης ἱστορίας δεδήλωκεν, ὅτι Ἀχελῷος πάντων τῶν ποταμῶν πρεσβύτατος· ἔφη γὰρ Ὠκεανὸς δὲ γαμεῖ Τηθὺν ἑαυτοῦ ἀδελφήν· τῶν δὲ γίνονται τρισχίλιοι ποταμοί· Ἀχελῷος δὲ αὐτῶν πρεσβύτατος καὶ τετίμηται μάλιστα.

12.

Apollod. II, 1, 1: Νιόβης καὶ Διὸς ... παῖς Ἄργος ἐγένετο· ὡς δὲ Ἀκουσίλαός φησι, καὶ Πελασγὸς, ἀφ' οὗ κληθῆναι τοὺς τὴν Πελοπόννησον οἰκοῦντας Πελασγούς. Ἡσίοδος δὲ τὸν Πελασγὸν αὐτόχθονά φησιν εἶναι.

Idem III, 8, 1: Τὸν Πελασγὸν Ἀκουσίλαος Διὸς λέγει καὶ Νιόβης, ... Ἡσίοδος δὲ αὐτόχθονα.

13.

Ge. Syncellus Chronograph. p. 64, B, C.: Οὐδὲν ἀξιομνημόνευτον Ἕλλησιν ἱστορεῖται πρὸ Ὠγύγου, πλὴν τοῦ Φορωνέως τοῦ συγχρονίσαντος αὐτῷ, καὶ Ἰνάχου τοῦ Φορωνέως πατρὸς, ὃς πρῶτος Ἄργους ἐβασίλευσεν, ὡς Ἀκουσίλαος ἱστορεῖ.

Conf. Pausan. II. 15, p. 144 sq.

14.

Clemens Alexandr. Strom. I, p. 321, A, et ex eo Euseb. Præp. evang. X, 12, p. 497, D: Ἀκουσίλαος Φορωνέα πρῶτον ἄνθρωπον (Euseb. ἀνθρώπων) γενέσθαι λέγει. ... Ἐντεῦθεν ὁ Πλάτων ἐν Τι-

---

ut plurimi dicunt, Clymenæ, secundum Hesiodum vero Pandoræ; secundum Acusilaum natus est ex Hesione, Oceani filia, et ex Prometheo.

Tralaticia sunt illa de Deucalione et de Pyrrha, eosque lapides post tergum jacientes fecisse homines testatur Acusilaus.

8.

Acusilaus et Hesiodus in Eœis magnis dicunt ex Iophossa, Æetæ filia, Phrixum genuisse Argum.

9.

Plurimi narrant vellus illud aureum fuisse; Acusilaus vero in libro de Genealogiis dicit ex mari purpura tinctum esse.

10.

Endymionem Hesiodus dicit Aethlio, Jovis filio, ex Calyce natum, cui a Jove dono datum esset, se moriturum mortis arbitrum esse. Eadem narrant Pisander, Acusilaus, Pherecydes.

11.

Oceani et Tethyos Inachus, Inachi et Meliæ, Oceani filiæ, Phoroneus et Ægialeus liberis carens, a quo Ægialea nomen habet. Phoroneus, Peloponnesi princeps, e Telodice nympha Apin genuit et Nioben. Apis, a quo regio Peloponnesiaca Apia nominata est, quum tyrannice viveret, a Thelxione et Telchine interficitur. Niobes, Apidis sororis, ex Jove filius est Argus, a quo terra nominata est, et præter Argum, ut Acusilaus dicit, Pelasgus, a quo Peloponnesus, quæ et Apia audit, usque ad Pharsaliam et Larissam, appellata est Pelasgia.

11 a.

Acusilaus in primo libro passim ostendit Acheloum omnium fluviorum esse antiquissimum. Dicit enim: « Oceanus vero uxorem ducit Tethyn ipsius sororem, Ex his nascuntur ter mille fluvii, quorum Achelous natu maximus est, et præ ceteris habetur in honore. »

12.

Jovis ex Niobe, filius erat Argus et Acusilao auctore, Pelasgus, a quo Peloponnesi incolæ Pelasgi nominati sunt. Hesiodus vero Pelasgum autochthonem esse dicit.

13.

Ante Ogygen nihil apud Græcos narratur dignum quod memoretur, excepto Phoroneo, illius æquali, atque Inacho, Phoronei patre, qui primus Argolidis rex erat, ut narrat Acusilaus.

14.

Acusilaus dicit Phoroneum fuisse primum hominum. ... Hinc Plato in Timæo secutus Acusilaum, scribit:

μαίῳ (p. 22, A) κατακολουθήσας Ἀκουσιλάῳ γράφει· Καί ποτε προαγαγεῖν βουληθεὶς αὐτοὺς περὶ τῶν ἀρχαίων εἰς λόγους τῶν τῇδε, τὰ ἀρχαιότατα λέγειν ἐπιχειρεῖ, περὶ Φορωνέως τε τοῦ πρώτου λεχθέντος καὶ Νιόβης.

Euseb. Præp. ev. X, 10, p. 489, A (ex Julio Africano): Ἀπὸ Ὠγύγου τοῦ παρ' ἐκείνοις (τοῖς Ἀττικοῖς) αὐτόχθονος πιστευθέντος, ἐφ' οὗ γέγονεν ὁ μέγας καὶ πρῶτος ἐν τῇ Ἀττικῇ κατακλυσμὸς, Φορωνέως Ἀργείων βασιλεύοντος, ὡς Ἀκουσίλαος ἱστορεῖ, μέχρι πρώτης Ὀλυμπιάδος. ... ἔτη συνάγεται χίλια εἴκοσιν.

15.

Joseph. Archæol. 1, 4, extr.: Ἡσίοδός τε καὶ ... Ἀκουσίλαος ... ἱστοροῦσι τοὺς ἀρχαίους ζήσαντας ἔτη χίλια.

16.

Pausan. II, 16, 3, p. 146, de Mycene: Ταύτην εἶναι θυγατέρα Ἰνάχου, γυναῖκα δὲ Ἀρέστορος, τὰ ἔπη λέγει, ἃ δὴ Ἕλληνες καλοῦσιν Ἠοίας μεγάλας· ἀπὸ ταύτης οὖν γεγονέναι καὶ τὸ ὄνομα τῇ πόλει. Ὃν δὲ φασὶ προσποιούμενοι ἀκοῦσαι λόγον (leg. cum Porsono τῇ πόλει φασίν· ὃν δὲ προσποιοῦσιν Ἀκουσιλάῳ λόγον), Μυκηνέα υἱὸν εἶναι Σπάρτωνος, Σπάρτωνα δὲ Φορωνέως, οὐκ ἂν ἔγωγε ἀποδεξαίμην, διότι μηδὲ αὐτοὶ Λακεδαιμόνιοι.

17.

Apollod. II, 1, 3: Ἄργον τὸν πανόπτην ... Ἀκουσίλαος γηγενῆ λέγει.

18.

Apollod. II, 1, 3: Ἡσίοδος καὶ Ἀκουσίλαος Πειρῆνος τὴν Ἰώ φασιν εἶναι.

19.

Apollod. II, 2, 2, Prœti filiæ ἐμάνησαν· ὡς μὲν Ἡσίοδός φησιν, ὅτι τὰς Διονύσου τελετὰς οὐ κατεδέχοντο· ὡς δὲ Ἀκουσίλαος λέγει, διότι τὸ τῆς Ἥρας ξόανον ἐξηυτέλισαν.

20.

Apollod. II, 5, 7, taurum Cretensem Ἀκουσίλαος εἶναι φησὶ τὸν διαπορθμεύσαντα Εὐρώπην Διί.

21.

Apollod. III, 4, 4: Ἀκταίων τοῦτον ἐτελεύτησε τὸν τρόπον, ὡς Ἀκουσίλαος λέγει, μηνίσαντος τοῦ Διὸς, ὅτι ἐμνηστεύσατο Σεμέλην.

21 a.

Probus ad Virgil. Bucol. II, 48: *Narcissus flos, ut Acusilaus refert, a Narcisso Amaranthi, qui fuit Erechtheis, ex insula Eubœa, interemptus ab Epope. Ex cruore ejus flores, qui nomen ejus acceperunt, procreati.*

Pro *Amaranthi* scribendum est *Amarynthi* (v. Steph. Byz. s. v., Strabo p. 448). In *Erechtheis* latere videtur *Eretriensis*. Nam Strabo p. 404 Narcissi Eretriensis monumentum memorat ad Oropum.

22.

Apollod. III, 12, 6: Ὁ Ἀσωπὸς ποταμὸς ... ὡς Ἀκουσίλαος λέγει, Πηροῦς καὶ Ποσειδῶνος.

23.

Schol. Homer. Odyss. Ξ, 533: Ἐρεχθεὺς ὁ τῶν Ἀθηναίων βασιλεὺς ἴσχει θυγατέρα τοὔνομα Ὠρείθυιαν κάλλει διαπρεπεστάτην. Κοσμήσας ταύτην ποτὲ, πέμπει κανηφόρον θύσουσαν εἰς τὴν ἀκρόπολιν τῇ Πολιάδι Ἀθηνᾷ. Ταύτης δὲ ὁ Βορέας ἄνεμος ἐρασθεὶς, λαθὼν τοὺς βλέποντας καὶ φυλάσσοντας τὴν κόρην ἥρπασεν. Καὶ διακομίσας εἰς Θρᾴκην, ποιεῖται γυναῖκα. Γίνονται δὲ αὐτῷ παῖδες ἐξ αὐτῆς Ζήτης καὶ Κάλαϊς. Οἳ καὶ δι' ἀρετὴν μετὰ τῶν ἡμιθέων εἰς Κόλχους ἐπὶ τὸ νάκος ἔπλευσαν ἐν τῇ Ἀργοῖ. Ἡ ἱστορία παρὰ Ἀκουσιλάῳ.

Et quum vellet eos aliquando inducere ut dicerent de rebus antiquis ejus civitatis, aggreditur dicere quæ sunt antiquissima, de Phoroneo, qui dictus est primus hominum, et de Niobe.

Ab Ogyge, quem indidem satum esse credunt, sub quo ingens illud primumque diluvium, regnante Argis Phoroneo, Atticam invasisse Acusilaus auctor est, ad primam usque olympiadem ... anni colliguntur viginti supra mille.

15.

Hesiodus et Acusilaus narrant antiquissimorum temporum homines ad mille annos vixisse.

16.

Mycenen Inachi filiam, Acestoris uxorem fuisse illo carmine narratur, quas Eœas magnas Græci dicunt, eamque urbi nomen dedisse ajunt. Quem vero Acusilao attribuunt sermonem, Myceneum Spartonis fuisse filium, Spartonem Phoronei, mihi utique non probant, siquidem neque Lacedæmoniis.

17.

Argum Panopten (omnia oculis cernentem) Acusilaus ex terra ortum dicit.

18.

Hesiodus et Acusilaus Pirenis filiam Io esse dicunt.

19.

Prœti filiæ... in insaniam inciderunt, quod, ut Hesiodus inquit, Dionysi ferias minime receperant; ut Acusilaus, quod Junonis simulacrum nihili fecerant.

20.

Taurum Cretensem Acusilaus ait Europam Jovi per mare portasse.

21.

Talis vitæ finis Actæoni (a canibus lacerato) fuit Jove irascente, ut Acusilaus narrat, quod Semeles nuptias ambiisset.

22.

Asopus fluvius, ut Acusilaus dicit, Perûs et Neptuni filius est.

23.

Erechtheus, rex Atheniensium, filiam habuit Orithyiam summa excellentem venustate. Quam quum Canephoram, ut sacrificia offerret Minervæ Poliadi, in Acropolin misisset, tanto Boreas ventus puellæ amore exarsit, ut non animadversus a præsentibus puellamque servantibus furtim eam subriperet et in Thessaliam translatam sibi jungeret connubio. Filios ex ea habuit Zeten et Calain, qui propter virtutem suam cum semideis Argo nave vecti sunt in Colchidem, unde vellus illud reportarent.

24.

Apollod. III, 15, 2, de Zete et Calai: Ὡς Ἀκουσίλαος λέγει, περὶ Τῆνον ὑφ' Ἡρακλέους ἀπώλοντο.

25.

Schol. Pindar. Pyth. III, 25: Διὰ τί δὲ προὐτίμησε (Coronis) τὸν Ἴσχυν τοῦ Ἀπόλλωνος, Ἀγησίλαός (leg. Ἀκουσίλαός) φησιν, ὡς κατὰ δέος ὑπεροψίας θνητῷ βουληθεῖσα συνεῖναι.

26.

Schol. Homer. Il. Υ, 307: Ἀφροδίτη χρησμοῦ ἐκπεσόντος, ὅτι τῆς τῶν Πριαμιδῶν ἀρχῆς καταλυθείσης, οἱ ἀπ' Ἀγχίσου Τρώων βασιλεύσουσιν, Ἀγχίσῃ ἤδη παρηκμακότι συνῆλθεν. Τεκοῦσα δ' Αἰνείαν, καὶ βουλομένη πρόφασιν κατασκευάσαι τῆς τῶν Πριαμιδῶν καταλύσεως, Ἀλεξάνδρῳ πόθον Ἑλένης ἐνέβαλε, καὶ μετὰ τὴν ἁρπαγὴν τῷ μὲν δοκεῖν συνεμάχει τοῖς Τρωσί· ταῖς δὲ ἀληθείαις παρηγόρει τὴν ἧτταν αὐτῶν, ἵνα μὴ παντελῶς ἀπελπίσαντες ἀποδῶσι τὴν Ἑλένην. Ἱστορεῖ Ἀκουσίλαος.

27.

Schol. Hom. Odyss. Λ, 519: Εὐρύπυλος ὁ Ἀστυόχης καὶ Τηλέφου τοῦ Ἡρακλέους παῖς, λαχὼν τὴν πατρῴαν ἀρχὴν, τῆς Μυσίας ἀρχῆς προΐσταται. Πυθόμενος δὲ Πρίαμος τῆς περὶ τούτου δυνάμεως, ἔπεμψεν ὡς αὐτὸν, ἵνα παραγένηται σύμμαχος. Εἰπόντος δὲ αὐτοῦ ὡς οὐκ ἐξὸν (Buttmann. ἐξῆν) αὐτῷ διὰ τὴν μητέρα, ἔπεμψεν ὁ Πρίαμος τῇ μητρὶ αὐτοῦ Ἀστυόχῃ δῶρον χρυσῆν ἄμπελον. Ἡ δὲ λαβοῦσα τὴν ἄμπελον, ἔπεμψε τὸν υἱὸν ἐπὶ στρατείαν. Νεοπτόλεμος δὲ ὁ Ἀχιλλέως παῖς τοῦτον ἀναιρεῖ (Buttmannus edidit ὁ Πρίαμος τῇ μητέρι αὐτοῦ δῶρα. Ἡ δὲ λαβοῦσα τὸν υἱὸν ἔπεμψεν ἐπὶ στρατείαν. Ὃν Νεοπτόλεμος ὁ τοῦ Ἀχιλλέως υἱὸς ἀναιρεῖ). Ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Ἀκουσιλάῳ.

Schol. Pind. Ol. VII, 42: Ἔοικε δὲ ὁ Πίνδαρος ἐντετυχηκέναι τῷ Ἀχαιῷ ἱστοριογράφῳ· ἐκεῖνος γὰρ οὕτω γενεαλογεῖ· «Ὑπερόχου Εὐρύπυλος· οὗ Ὅρμενος· οὗ Φέρης, οὗ Ἀμύντωρ· οὗ Ἀστυδάμεια ἡ Τληπολέμου μήτηρ· καὶ αὐτὸς δὲ Ἀμύντωρ εἰς Δία τὸ γένος ἀνάγει·» Pro τῷ Ἀχαιῷ ἱστορ. Bœckhius emendandum statuit Ἀκουσιλάῳ τῷ ἀρχαίῳ ἱστορ.

28.

Apollod. III, 11, 1: Μενέλαος ἐγέννησεν ... ἐκ δούλης Πιερίδος, γένος Αἰτωλίδος, ἢ, καθάπερ Ἀκουσίλαός φησι, Τηριδάης, Μεγαπένθη.

29.

Schol. Apollon. 4, 992: Ἀκουσίλαος ἐν τῇ τρίτῃ φησὶν, ὅτι ἐκ τῆς ἐκτομῆς τοῦ Οὐρανοῦ ῥανίδας ἐνεχθῆναι συνέπεσεν, τουτέστι σταγόνας, κατὰ τῆς γῆς. ἐξ ὧν γεννηθῆναι τοὺς Φαίακας. Οἱ δὲ, τοὺς γίγαντας. Καὶ Ἀλκαῖος δὲ κατὰ τὰ αὐτὰ Ἀκουσιλάῳ λέγει τοὺς Φαίακας ἔχειν τὸ γένος ἐκ τῶν σταγόνων τοῦ Οὐρανοῦ.

30.

Schol. Homer. Odyss. Ρ, 207: Περελάου παῖδες Ἴθακος καὶ Νήριτος, ἀπὸ Διὸς ἔχοντες τὸ γένος, ᾤκουν τὴν Κεφαληνίαν. Ἀρέσαν δὲ αὐτοῖς τοῦτο, καταλιπόντες τὰ σφέτερα ἤθη, παραγίνονται εἰς τὴν Ἰθάκην. Καὶ τόπον ἰδόντες εὖ πεποιημένον εἰς συνοικισμὸν, διὰ τὸ τῶν παρατεθειμένων ὑψηλότερον εἶναι, [καὶ] κατοικήσαντες δεῦρο τὴν Ἰθάκην ἔκτισαν. Καὶ ἐκ μὲν τοῦ Ἰθάκου ἡ νῆσος ἐπωνομάσθη Ἰθάκη· τὸ δὲ παρακείμενον ὄρος ἐκ τοῦ Νηρίτου Νήριτον. Ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Ἀκουσιλάῳ.

31.

Harpocratio: Ὁμηρίδαι· γένος ἐν Χίῳ, ὥσπερ Ἀκουσίλαος ἐν τρίτῃ.

24.

Zetes et Calais, ut Acusilaus dicit, ad Tenum ab Hercule interfecti sunt.

25.

Causam, cur Coronis Ischyn Apollini præferendum duxerit, Acusilaus affert, quippe quæ verita ne a deo contemtui haberetur, cum mortali homine esse maluisset.

26.

Edito oraculo post dissolutam Priamidarum dominationem prosapiam Anchisæ regnum Trojanorum habituram esse, Venus cum Anchise vegetam ætatem jam egresso concubuit. Ex quo quum Æneam peperisset, ut Priamidarum potestatem subvertendi occasionem nancisceretur, Alexandro Helenæ amorem injecit, et post illius raptum a Trojanorum partibus stare visa est; re vera autem hac auxilii specie solabatur cladem eorum, ne prorsus desperantes Helenam redderent.

27.

Eurypylus, filius Astyochæ et Telephi, Herculis filii, in Mysiæ regno patri successit. Cujus de potentia quum Priamus audivisset, misit qui ad belli societatem eum permoverent, et, respondente illo non licere sibi propter matrem, Astyochæ dono misit vitem auream. Qua accepta, misit illa filium in expeditionem. Hunc vero Neoptolemus, Achillis filius, occidit.

Hyperochi Eurypylus, cujus Ormenus, cujus Pheres, cujus Amyntor, cujus Astydamia, Tlepolemi mater; et ipse Amyntor ad Jovem genus refert.

28.

Menelaus genuit— ex serva Pieride ab Ætolia oriunda, sive, ut Acusilaus ait, e Teridae Megapenthem.

29.

Acusilaus libro tertio dicit, quum Uranus exsecaretur, accidisse ut guttæ in terram deciderent; ex his ortos esse Phæaces; alii dicunt, Gigantes. Etiam Alcæus eodem modo quo Acusilaus Phæaces dicit ex Urani guttis genus ducere.

30.

Perelai filii, Ithacus et Neritus, a Jove oriundi, incolebant Cephaleniam. Placuit his consuetas sedes relinquentes in Ithacam transmigrare. Ubi quum locum viderent peraptum habitationibus propterea quod circumjacentem regionem superabat, colonia huc deducta, Ithacam condiderunt. Et Ithaca quidem insula ab Ithaco nomen accepit, Neritus vero, mons vicinus, a Nerito.

31.

Homeridæ, familia in Chio insula, ut Acusilaus ait libro tertio.

ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥ

ΤΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ

ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ Α.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α.

(1) Οὐρανὸς πρῶτος τοῦ παντὸς ἐδυνάστευσε κόσμου· γήμας δὲ Γῆν, ἐτέκνωσε πρώτους τοὺς Ἑκατόγχειρας προσαγορευθέντας, Βριάρεων, Γύην, Κόττον, οἳ μεγέθει τε ἀνυπέρβλητοι καὶ δυνάμει καθειστήκεσαν, χεῖρας μὲν ἀνὰ ἑκατὸν, κεφαλὰς δὲ ἀνὰ πεντήκοντα ἔχοντες. (2) Μετὰ τούτους δὲ αὐτῷ τεκνοῖ Γῆ Κύκλωπας, Ἄργην, Στερόπην, Βρόντην, ὧν ἕκαστος εἶχεν ἕνα ὀφθαλμὸν ἐπὶ τοῦ μετώπου. Ἀλλὰ τούτους μὲν Οὐρανὸς δήσας, εἰς Τάρταρον ἔῤῥιψε· τόπος δὲ οὗτος ἐρεβώδης ἐστὶν ἐν Ἅδου, τοσοῦτον ἀπὸ γῆς ἔχων διάστημα, ὅσον ἀπ' οὐρανοῦ γῆ.

(3) Τεκνοῖ δὲ αὖθις ἐκ Γῆς παῖδας μὲν τοὺς Τιτᾶνας προσαγορευθέντας, Ὠκεανὸν, Κοῖον, Ὑπερίονα, Κρῖον, Ἰαπετὸν, καὶ νεώτατον ἁπάντων Κρόνον· θυγατέρας δὲ τὰς κληθείσας Τιτανίδας, Τηθὺν, Ῥέαν, Θέμιν, Μνημοσύνην, Φοίβην, Διώνην, Θείαν.

(4) Ἀγανακτοῦσα δὲ Γῆ ἐπὶ τῇ ἀπωλείᾳ τῶν εἰς Τάρταρον ῥιφθέντων παίδων, πείθει τοὺς Τιτᾶνας ἐπιθέσθαι τῷ πατρὶ, καὶ δίδωσιν ἀδαμαντίνην ἅρπην Κρόνῳ. Οἱ δὲ, Ὠκεανοῦ χωρὶς, ἐπιτίθενται· καὶ Κρόνος ἀποτέμνων τὰ αἰδοῖα τοῦ πατρὸς εἰς τὴν θάλασσαν ἀφίησιν. Ἐκ δὲ τῶν σταλαγμῶν τοῦ ῥέοντος αἵματος Ἐρινύες ἐγένοντο, Ἀληκτὼ, Τισιφόνη, Μέγαιρα. Τῆς δὲ ἀρχῆς ἐκβαλόντες, τούς τε καταταρταρωθέντας ἀνήγαγον ἀδελφοὺς, καὶ τὴν ἀρχὴν Κρόνῳ παρέδωκαν.

(5) Ὁ δὲ τούτους μὲν Ταρτάρῳ πάλιν δήσας καθεῖρξε. Τὴν δὲ ἀδελφὴν Ῥέαν γήμας, ἐπειδὴ Γῆ τε καὶ Οὐρανὸς ἐθεσπιῴδουν αὐτῷ, λέγοντες, ὑπὸ παιδὸς ἰδίου τὴν ἀρχὴν ἀφαιρεθήσεσθαι, κατέπινε τὰ γεννώμενα, καὶ πρώτην μὲν γεννηθεῖσαν Ἑστίαν κατέπιεν· εἶτα Δήμητραν καὶ Ἥραν· μεθ' ἃς Πλούτωνα καὶ Ποσειδῶνα. (6) Ὀργισθεῖσα δὲ ἐπὶ τούτοις Ῥέα, παραγίνεται μὲν εἰς Κρήτην, ὁπηνίκα τὸν Δία ἐγκυμονοῦσα ἐτύγχανε· γεννᾷ δὲ ἐν ἄντρῳ τῆς Δίκτης Δία, καὶ τοῦτον μὲν δίδωσι τρέφεσθαι Κούρησί τε καὶ ταῖς Μελισσέως παισὶ Νύμφαις, Ἀδραστείᾳ τε καὶ Ἴδῃ. (7) Αὗται μὲν οὖν τὸν παῖδα ἔτρεφον τῷ τῆς Ἀμαλθείας γάλακτι· οἱ δὲ Κούρητες ἔνοπλοι ἐν τῷ ἄντρῳ τὸ βρέφος φυλάσσοντες, τοῖς δόρασι τὰς ἀσπίδας συνέκρουον, ἵνα μὴ τῆς τοῦ παιδὸς φωνῆς ὁ Κρόνος ἀκούσῃ. Ῥέα δὲ λίθον σπαργανώσασα δέδωκε Κρόνῳ καταπιεῖν, ὡς τὸν γεγενημένον παῖδα.

APOLLODORI

ATHENIENSIS

BIBLIOTHECÆ

LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

(1) Cœlus primus universo imperavit mundo, ductaque uxore Tellure primos procreavit Centimanos quos vocant, Briareum, Gyen, Cottum, qui centum quisque manibus et capitibus quinquaginta instructi corporis magnitudine roboreque erant insuperabiles. (2) Post hos vero peperit ei Tellus Cyclopes, Argen, Steropen, Bronten, quorum singuli unum oculum in media fronte habebant. Sed hos (*Centimanos et Cyclopes*) Cœlus vinctos dejecit in Tartarum, tenebrosum apud inferos locum, qui tantum a terra distat, quantum a cœlo abest terra.

(3) Deinde ex eadem conjuge filios suscepit Titanes quos appellant, Oceanum, Cœum, Hyperionem, Crium, Iapetum, Saturnum, omnium natu minimum; filias vero quas Titanides nominant, Tethyn, Rheam, Themin, Mnemosynen, Phœben, Dionen, Thiam.

(4) Mox vero Terra, indigne ferens filiorum in Tartarum dejectorum interitum, Titanas, ut patrem aggrederentur, inducit, atque Saturno adamantinam falcem suggerit. Hi igitur, præter unum Oceanum, patrem aggrediuntur, et Saturnus præsecta ejus genitalia in mare projecit; verum ex guttis sanguinis profluentis enatæ sunt Furiæ, Alecto, Tisiphone, Megæra. Itaque Cœlo ex regno depulso, fratres in Tartarum detrusos revocarunt et imperium tradiderunt Saturno.

(5) At hic Titanas fratres compeditos iterum demisit in Tartarum. Deinde, postquam Rheam sororem matrimonio sibi junxerat, quum Cœlus ac Terra ei vaticinarentur, fore ut ab suo ipsius filio regno deturbaretur, singulos, ut quisque in lucem prodibat, devorabat. Et primam quidem Vestam, tum Cererem et Junonem, post has Plutonem et Neptunum deglutivit. (6) Quamobrem irata conjux Rhea, quo tempore Jovem in utero ferebat, in Cretam proficiscitur, ubi in antro Dictæo illum parit, et Curetibus Melisseique filiabus, Adrasteæ ac Idæ nymphis, alendum tradit. (7) Hæ vero Amaltheæ lacte puerum nutriebant; ac Curetes, armati in antro infantem custodientes, hastilibus scuta quatiebant, ne vagientis pueri vocem Saturnus audiret. Sed Rhea involutum fasciis lapidem pro nato filio Saturno devorandum dedit.

KΕΦΑΛΑΙΟΝ Β.

(1) Ἐπειδὴ δὲ Ζεὺς ἐγενήθη τέλειος, λαμβάνει Μῆτιν, τὴν Ὠκεανοῦ, συνεργόν· ἣ δίδωσι Κρόνῳ καταπιεῖν φάρμακον, ὑφ' οὗ ἐκεῖνος ἀναγκασθεὶς, πρῶτον μὲν ἐξεμεῖ τὸν λίθον, ἔπειτα τοὺς παῖδας, οὓς κατέπιε· μεθ' ὧν Ζεὺς τὸν πρὸς Κρόνον καὶ Τιτᾶνας ἐξήνεγκε πόλεμον. [2] Μαχομένων δὲ αὐτῶν ἐνιαυτοὺς δέκα, ἡ Γῆ τῷ Διὶ ἔχρησε τὴν νίκην, τοὺς καταταρταρωθέντας ἂν ἔχῃ συμμάχους· ὁ δὲ, τὴν φρουροῦσαν αὐτῶν τὰ δεσμὰ Κάμπην ἀποκτείνας, ἔλυσε. [3] Καὶ Κύκλωπες τότε Διὶ μὲν διδόασι βροντὴν καὶ ἀστραπὴν καὶ κεραυνὸν, Πλούτωνι δὲ κυνέην, Ποσειδῶνι δὲ τρίαιναν. [4] Οἱ δὲ τούτοις ὁπλισθέντες κρατοῦσι Τιτάνων, καὶ καθείρξαντες αὐτοὺς ἐν τῷ Ταρτάρῳ, τοὺς Ἑκατόγχειρας καθίστασαν φύλακας· αὐτοὶ δὲ διακληροῦνται περὶ τῆς ἀρχῆς, καὶ λαγχάνει Ζεὺς μὲν τὴν ἐν οὐρανῷ δυναστείαν, Ποσειδῶν δὲ τὴν ἐν θαλάσσῃ, Πλούτων δὲ τὴν ἐν ᾅδῃ.

(2) Ἐγένοντο δὲ Τιτάνων ἔκγονοι Ὠκεανοῦ μὲν καὶ Τηθύος [τρισχίλιαι] Ὠκεανίδες, Ἀσία, Στὺξ, Ἠλέκτρα, Δωρὶς, Εὐρυνόμη, [Ἀμφιτρίτη,] Μῆτις· Κοίου δὲ καὶ Φοίβης Ἀστερία καὶ Λητώ· Ὑπερίονος δὲ καὶ Θείας Ἠὼς, Ἥλιος, Σελήνη· Κρίου δὲ καὶ Εὐρυβίας τῆς Πόντου Ἀστραῖος, Πάλλας, Πέρσης. (3) Ἰαπετοῦ δὲ καὶ Ἀσίας τῆς Ὠκεανοῦ Ἄτλας, ὃς ἔχει τοῖς ὤμοις τὸν οὐρανὸν, καὶ Προμηθεὺς, καὶ Ἐπιμηθεὺς, καὶ Μενοίτιος, ὃν κεραυνώσας ἐν τῇ Τιτανομαχίᾳ Ζεὺς κατεταρτάρωσεν. (4) Ἐγένετο δὲ καὶ Κρόνου καὶ Φιλύρας Χείρων διφυὴς Κένταυρος· Ἠοῦς δὲ καὶ Ἀστραίου Ἄνεμοι καὶ Ἄστρα· Πέρσου δὲ καὶ Ἀστερίας Ἑκάτη· Πάλλαντος δὲ καὶ Στυγὸς τῆς Ὠκεανοῦ Νίκη, Κράτος, Ζῆλος, Βία. (5) Τὸ δὲ τῆς Στυγὸς ὕδωρ ἐκ πέτρας ἐν Ἅδου ῥέον Ζεὺς ἐποίησεν ὅρκον, ταύτην αὐτῇ τιμὴν διδοὺς, ἀνθ' ὧν αὐτῷ κατὰ Τιτάνων μετὰ τῶν παίδων συνεμάχησε.

(6) Πόντου δὲ καὶ Γῆς Φόρκος, Θαύμας, Νηρεὺς, Εὐρυβία, Κητώ. Θαύμαντος μὲν οὖν καὶ Ἠλέκτρας τῆς Ὠκεανοῦ Ἶρις καὶ Ἅρπυιαι, Ἀελλὼ, Ὠκυπέτη· Φόρκου δὲ καὶ Κητοῦς Φορκίδες (καὶ) Γοργόνες, περὶ ὧν ἐροῦμεν, ὅταν τὰ κατὰ Περσέα λέγωμεν. (7) Νηρέως δὲ καὶ Δωρίδος τῆς Ὠκεανοῦ Νηρηΐδες, ὧν τὰ ὀνόματα· Κυμοθόη, Σπειὼ, Γλαυκοθόη, Ναυσιθόη, Ἁλίη, Ἐρατὼ, Σαὼ, Ἀμφιτρίτη, Εὐνίκη, Θέτις, Εὐλιμένη, Ἀγαυὴ, Εὐδώρη, Δωτὼ, Φέρουσα, Γαλάτεια, Ἀκταίη, Ποντομέδουσα, Ἱπποθόη, Λυσιάνασσα, Κυμὼ, Πιόνη (Ἠϊόνη?), Ἁλιμήδη, Πληξαύρη, Εὐκράτη, Πρωτὼ, Καλυψὼ, Πανόπη, Κραντὼ, Νεόμηρις, Ἱππονόη, Δηϊάνειρα, Πολυνόη, Αὐτονόη, Μελίτη, Διώνη, Νησαίη, Δηρὼ, Εὐαγόρη, Ψαμάθη, Εὐμόλπη, Ἰόνη, Δυναμένη, Κητὼ, Λιμνώρεια.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ.

(1) Ζεὺς δὲ γαμεῖ μὲν Ἥραν, καὶ τεκνοῖ Ἥβην,

CAPUT II.

(1) Ubi Jupiter ad virilem ætatem pervenerat, Metin Oceani filiam consilii sociam sumit et adjutricem; quæ Saturno pharmacum bibendum dat, cujus ille vi coactus primum lapidem istum, deinde quos antea filios devorarat, evomit. Ab his adjutus Jupiter adversus Saturnum et Titanas bellum gessit. [2] Verum decimo post hujus inter eos belli anno, Terra victoriam Jovi, si in Tartarum dejectos sibi in societatem adsciseret, vaticinata est. Tum is, Campe custode interfecta, e vinculis eos liberavit; [3] atque Cyclopes Jovem tonitru et fulgetra et fulmine, Plutonem galea, Neptunum tridente donarunt. [4] His illi telis armati Titanes subigunt et Tartaro inclusos Centimanis custodiendos tradidere. Quo facto, ipsi mundi imperium sorte inter se partiuntur : ac Jovi quidem cœli, Neptuno maris, Plutoni autem inferorum regnum obtingit.

(2) Titanum progenies erat hæc : Oceani ex Tethye Oceanidum [tria millia], Asia, Styx, Electra, Doris, Eurynome, [Amphitrite,] Metis; Cœi ex Phœbe Asteria et Latona; Hyperionis ex Thia Aurora, Sol, Luna; Crii ex Eurybia, Ponti filia, Astræus, Pallas, Perses. (3) Iapeti ex Asia, Oceani filia, sunt Atlas, qui cœlum humeris sustinet, Prometheus, Epimetheus, Menœtius, quem in Titanomachia fulminatum Jupiter in Tartarum detrusit. (4) Saturni ex Philyra est Chiron geminus Centaurus; Auroræ et Astræi sunt Venti et Astra; Persæ et Asteriæ Hecate; Pallantis et Stygis, Oceani filiæ, Nice, Cratos, Zelus, Bia. (5) Stygis vero aquam, de scopulo per inferorum loca fluentem, Jupiter jurisjurandi religione decoravit, quod ipsi contra Titanas una cum filiis opem tulisset.

(6) Ponti ex Terra filii sunt : Phorcus, Thaumas, Nereus, Eurybia, Ceto; Thaumantis ex Electra, Oceani filia, Iris, Harpyiæ, Aello et Ocypete; Phorci ex Ceto Phorcides et Gorgones, de quibus dicendum erit, ubi de Persei rebus agemus. (7) Nerei ex Doride, Oceani filia, sunt Nereides, quarum nomina : Cymothoe, Spio, Glaucothoe (*nisi potius :* Glauconome), Nausithoe, Halia, Erato, Sao, Amphitrite, Eunice, Thetis, Eulimene, Agave, Eudora, Doto, Pherusa, Galatea, Actæa, Pontomedusa, Hippothoe, Lysianassa, Cymo, Eione, Halimede, Plexaure, Eucrate, Proto, Calypso, Panope, Cranto, Neomeris (*Nemertes ?*), Hipponoe, Deianira (*Ianira ?*), Polynoe, Autonoe, Melite, Dione, Nesæa, Dero, Evagore, Psamathe, Eumolpe, Ione, Dynamene, Ceto, Limnorea.

CAPUT III.

(1) Jupiter uxorem ducit Junonem, ex eaque procrea-

Εἰλείθυιαν, Ἄρην. [2] Μίγνυται δὲ πολλαῖς θνηταῖς τε καὶ ἀθανάτοις γυναιξίν· ἐκ μὲν οὖν Θέμιδος τῆς Οὐρανοῦ γεννᾷ θυγατέρας, Ὥρας, Εἰρήνην, Εὐνομίαν, Δίκην· Μοίρας, Κλωθὼ, Λάχεσιν, Ἄτροπον· [3] ἐκ Διώνης δὲ Ἀφροδίτην· [4] ἐξ Εὐρυνόμης δὲ τῆς Ὠκεανοῦ Χάριτας, Ἀγλαΐην, Εὐφροσύνην, Θάλειαν· ἐκ δὲ Στυγὸς Περσεφόνην· [5] ἐκ δὲ Μνημοσύνης Μούσας, πρώτην μὲν Καλλιόπην, εἶτα Κλειὼ, Μελπομένην, Εὐτέρπην, Ἐρατὼ, Τερψιχόρην, Οὐρανίαν, Θάλειαν, Πολυμνίαν.

(2) Καλλιόπης μὲν οὖν καὶ Οἰάγρου, κατ' ἐπίκλησιν δὲ Ἀπόλλωνος, Λῖνος, ὃν Ἡρακλῆς ἀπέκτεινε· καὶ Ὀρφεὺς ὁ ἀσκήσας κιθαρῳδίαν, ὃς ᾄδων ἐκίνει λίθους τε καὶ δένδρα. [2] Ἀποθανούσης δὲ Εὐρυδίκης, τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, δηχθείσης ὑπὸ ὄφεως, κατῆλθεν εἰς Ἅδου, θέλων ἀγαγεῖν αὐτὴν, καὶ Πλούτωνα ἔπεισεν ἀναπέμψαι. Ὁ δὲ ὑπέσχετο τοῦτο ποιήσειν, ἂν μὴ πορευόμενος Ὀρφεὺς ἐπιστραφῇ, πρὶν εἰς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ παραγενέσθαι· ὁ δὲ, ἀπιστῶν, ἐπιστραφεὶς ἐθεάσατο τὴν γυναῖκα· ἡ δὲ πάλιν ὑπέστρεψεν. [3] Εὗρε δὲ Ὀρφεὺς καὶ τὰ Διονύσου μυστήρια. Καὶ τέθαπται περὶ τὴν Πιερίαν, διασπασθεὶς ὑπὸ τῶν Μαινάδων. (3) Κλειὼ δὲ Πιέρου τοῦ Μάγνητος ἠράσθη, κατὰ μῆνιν Ἀφροδίτης· ὠνείδισε γὰρ αὐτῇ τὸν τοῦ Ἀδώνιδος ἔρωτα· συνελθοῦσα δὲ ἐγέννησεν ἐξ αὐτοῦ παῖδα Ὑάκινθον· οὗ Θάμυρις, ὁ Φιλάμμωνος καὶ Ἀργιόπης Νύμφης, ἔσχεν ἔρωτα, πρῶτος ἀρξάμενος ἐρᾷν ἀῤῥένων. [2] Ἀλλ' Ὑάκινθον μὲν ὕστερον Ἀπόλλων ἐρώμενον ὄντα δίσκῳ βαλὼν ἄκων ἀπέκτεινε. [3] Θάμυρις δὲ κάλλει διενεγκὼν καὶ κιθαρῳδίᾳ, περὶ μουσικῆς ἤρισε Μούσαις, συνθέμενος, ἂν μὲν κρείττων εὑρεθῇ, πλησιάσειν πάσαις· ἐὰν δὲ ἡττηθῇ, στερηθήσεσθαι οὗ ἂν ἐκεῖναι θέλωσι. Καθυπέρτεραι δὲ αἱ Μοῦσαι γενόμεναι, καὶ τῶν ὀμμάτων αὐτὸν καὶ τῆς κιθαρῳδίας ἐστέρησαν. (4) Εὐτέρπης δὲ καὶ ποταμοῦ Στρυμόνος Ῥῆσος, ὃν ἐν Τροίᾳ Διομήδης ἀπέκτεινεν· ὡς δὲ ἔνιοι λέγουσιν, ὅτι Καλλιόπης ὑπῆρχεν. Θαλείας δὲ καὶ Ἀπόλλωνος ἐγένοντο Κορύβαντες· Μελπομένης δὲ καὶ Ἀχελώου, Σειρῆνες, περὶ ὧν ἐν τοῖς περὶ Ὀδυσσέως ἐροῦμεν.

(5) Ἥρα δὲ χωρὶς εὐνῆς ἐγέννησεν Ἥφαιστον. Ὡς δὲ Ὅμηρος λέγει, καὶ τοῦτον ἐκ Διὸς ἐγέννησε. Ῥίπτει δὲ αὐτὸν ἐξ οὐρανοῦ Ζεὺς, Ἥρᾳ δεθείσῃ βοηθοῦντα· ταύτην γὰρ ἐξεκρέμασε Ζεὺς ἐξ Ὀλύμπου, χειμῶνα ἐπιπέμψασαν Ἡρακλεῖ, ὅτε Τροίαν ἑλὼν ἔπλει. Πεσόντα δὲ Ἥφαιστον ἐν Λήμνῳ, καὶ πηρωθέντα τὰς βάσεις, διέσωσε Θέτις.

(6) Μίγνυται δὲ Ζεὺς Μήτιδι, μεταβαλλούσῃ εἰς πολλὰς ἰδέας, ὑπὲρ τοῦ μὴ συνελθεῖν, καὶ αὐτὴν γενομένην ἔγκυον καταπίνει φθάσας· ἐπείπερ ἔλεγε γεννήσειν παῖδα, μετὰ τὴν μέλλουσαν ἐξ αὐτῆς γενέσθαι κόρην, ὃς οὐρανοῦ δυνάστης γενήσεται· τοῦτο φοβηθεὶς, κατέπιεν αὐτήν. Ὡς δὲ ὁ τῆς γενέσεως ἐνέστη χρόνος, πλήξαντος αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν πελέκει

vit Heben, Ilithyiam, Martem. [2] Idem cum aliis multis tum mortalibus tum immortalibus feminis concumbit. Ex Themide igitur, Cœli filia, Horas gignit, Irenen, Eunomiam, Dicen; Parcas, Clotho, Lachesin, Atropum : [3] ex Dione Venerem : [4] ex Eurynome, Oceani filia, Gratias, Aglaiam, Euphrosynen, Thaliam : e Styge Proserpinam : [5] e Mnemosyne Musas, et primam quidem Calliopen, deinde Clio, Melpomenen, Euterpen, Erato, Terpsichoren, Uraniam, Thaliam, Polymniam.

(2) Atqui Calliopes et Œagri est Linus ab Hercule ille interfectus, quem vulgo Apollinis filium nominant, et Orpheus, qui artem citharœdicam exercens cantu suo lapides arboresque movebat. [2] Hic post Eurydicen conjugem serpentis morsu e medio sublatam, ad inferos revocaturus ipsam descendit; ab eoque persuasus Pluto reducendæ uxoris potestatem fecit ea lege, ut in reditu Orpheus antea nunquam respiceret, quam domum suam pervenisset. Ille autem dicto non audiens, conversus uxorem insequentem spectavit; quæ tum ad inferos remeavit. [3] Idem invenit Dionysi mysteria et sepultus est in Pieria a Mænadibus discerptus. (3) Clio Pierum, Magnetis filium, Veneris ira, quod ei Adonidis amorem exprobrasset, deperivit, ab eoque compressa filium peperit Hyacinthum. Hujus amore Thamyris, Philammonis et Argiopes nymphæ filius, exarsit primus usus venere mascula. [2] Sed postea Hyacinthum amasium disco percussum Apollo invitus occidit. [3] Thamyris vero tum forma corporis præstans tum fidibus clarus in musicæ certamen Musas provocavit, si victor decesserit, omnium pactus concubitum; sin minus, se eo, quo vellent, privari. Musæ itaque, quum superiores evasissent, oculorum luce et arte citharœdica eum privarunt. (4) Euterpes ac Strymonis fluvii filius Rhesus, quem in bello Trojano Diomedes interfecit; ut vero nonnulli dicunt, natus est e Calliope. Thaliæ et Apollinis erant Corybantes; Melpomenes et Acheloi Sirenes, de quibus, ubi de Ulysse agetur, dicemus.

(5) Juno citra cujusquam concubitum peperit Vulcanum. Sed Homeri testimonio hunc quoque Jove natum esse confirmatur; quem Jupiter Junoni in vincula conjectæ opem ferentem de cœlo præcipitem dedit. Hanc enim, quod Herculi a Troja capta redeunti tempestatem immisisset, ex Olympo suspenderat. Vulcanum vero in Lemnum insulam delapsum, eoque casu pedibus claudum, servavit Thetis.

(6) Concumbit Jupiter etiam cum Metide varias alternante formas, quo illius vitaret amplexus. Quæ quum gravida post natam ex se puellam filium se parituram prædiceret, qui cœli dominatione potiturus esset, Jupiter metu adductus statim ante primum puellæ partum cum ipso fœtu eam devoravit. Ubi vero pariendi tempus adve-

Προμηθέως, ἤ, καθάπερ ἄλλοι λέγουσιν, Ἡφαίστου, ἐκ κορυφῆς [ἐπὶ ποταμοῦ Τρίτωνος] Ἀθηνᾶ σὺν ὅπλοις ἀνέθορε.

nit, Prometheus, sive, ut alii tradunt, Vulcanus caput ejus securi percussit, deque illius vertice [ad Tritonem fluvium] armata Pallas exsilivit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ.

(1) Τῶν δὲ Κοίου θυγατέρων Ἀστερία μὲν, ὁμοιωθεῖσα ὄρτυγι, ἑαυτὴν εἰς θάλασσαν ἔρριψε, φεύγουσα τὴν πρὸς Δία συνουσίαν. Καὶ πόλις ἀπ' ἐκείνης Ἀστερία πρῶτον κληθεῖσα, ὕστερον δὲ Δῆλος. [2] Λητὼ δὲ συνελθοῦσα Διὶ, κατὰ τὴν γῆν ἅπασαν ὑφ' Ἥρας ἠλαύνετο· μέχρις, εἰς Δῆλον ἐλθοῦσα, γεννᾷ πρώτην Ἄρτεμιν· ὑφ' ἧς μαιωθεῖσα, ὕστερον Ἀπόλλωνα ἐγέννησεν.

Scholiastes Aristoph. Ran. 439, postquam proverbii ὁ Διὸς Κόρινθος alias attulit interpretationes, hoc addit: Ὁ δὲ Διὸς Κόρινθος, παῖς Διὸς, βασιλεὺς Κορίνθου. ... Μεγαρέας φασὶ Κορινθίων ἀποίκους, καὶ πολλὰ τοῖς Κορινθίοις κατ' ἰσχὺν τῆς πόλεως ὑπείκειν· ἄλλα τε γὰρ πλείονα τοὺς Κορινθίους προστάσσειν, καὶ τῶν Βακχιαδῶν εἴ τις τελευτήσαι (διώκουν δὲ οὗτοι τὴν πόλιν), ἔδει Μεγαρέων ἄνδρας καὶ γυναῖκας, ἐλθόντας εἰς Κόρινθον, συγκηδεύειν τὸν νεκρὸν τῶν Βακχιαδῶν. Ὡς δὲ ὕβρεως οὐδὲν ἀπέλειπον οἱ Κορίνθιοι, τὰ δὲ τῶν Μεγαρέων ἔρρωτο, καὶ πρὸς ἐλπίσι τοῦ μηδὲν παθεῖν ἀποστάντας αὐτοὺς, ἀλλ' ἀφεῖναι, πέμπουσι δῆτα πρέσβεις οἱ Κορίνθιοι, κατηγορήσοντας Μεγαρέων· οἳ προσελθόντες εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ἄλλα τε πολλὰ διεξῆλθον, καὶ τέλος, δικαίως στενάξει ὁ Διὸς Κόρινθος, εἰ μὴ λάβοι δίκην παρ' αὐτῶν. Ἐφ' οἷς παροργισθέντες οἱ Μεγαρεῖς τοὺς πρέσβεις λίθοις ἔβαλον, καὶ μετὰ μικρὸν, ἐπιβοηθησάντων τινῶν τοῖς Κορινθίοις καὶ μάχης γενομένης, νικήσαντες, φυγῇ τῶν Κορινθίων ἀποφυγόντων ἐφαπτόμενοι, κτείνοντες ἅμα παίειν τὸν Διὸς Κόρινθον ἐκέλευον. Ὅθεν, φησὶν ὁ Δήμων, ἔτι καὶ νῦν ἐπὶ τῶν ἄγαν σεμνυνομένων, καὶ δειλῶς ἀπαλλαττόντων τὴν παροιμίαν ταύτην τετάχθαι.

DE PROVERBIIS.

5.

Quis noctuam Athenas adduxit? Hoc proverbium de iis dicitur, qui, quæ adsunt, inutiliter accumulant. Demo ait, quia non modo avium illarum, sed etiam numorum magna esset in hac urbe multitudo, neque in solis argenteis numis, sed etiam in æreis noctuæ notam imprimi; propterea hoc proverbium dici solere.

6.

Œnœi torrentem. Hoc proverbium de iis dicitur, qui ipsi malum sibi parant. Ait autem Demo, Œnoen esse pagum Atticæ; hunc qui incolerent agricolas, per canalem deducentes torrentem de loco superiori, elaborasse ut arbores et vites irrigarent; quum vero aqua multum accrevisset, accidisse ut fluvius cum impetu delatus latifundia vastaret pagorumque circulos inundaret.

7.

Asinus mysteria portans. Demo ait, hoc dici de lapide molari, quod eum coronis ornaverint eo tempore (in sacris Eleusiniis).

8.

Phani janua. Phanum Demo dicit fuisse fœneratorem, alii vero cæcum.

9.

Jovis Corinthus, Jovis filius, rex Corinthi. Aiunt, Megarenses, Corinthiorum colonos, in multis rebus Corinthiis propter civitatis eorum potentiam obtemperasse. Etenim tum alia officia iis injunxisse Corinthios, tum id, ut, si quis Bacchiadarum (hi urbis imperium tenebant) obiisset, Megarensium et viri et mulieres Corinthum proficiscerentur illique funus cum ipsis facerent. Sed quum Corinthii non desisterent a superbia, Megarenses vero majorem potestatem adipiscerentur atque sperarent, se impune defecturos esse, deseruerunt Corinthios. Miserunt tum Corinthii legatos, ad accusandos Megarenses; qui in concionem venientes quum alia multa admonuerunt, tum vero sub finem: *jure gemiturum esse Jovis Corinthum, si pœnam de iis non sumerent.* Qua oratione Megarenses irritati, legatos lapidibus statim incessiverunt atque paulo post, pugna inita, Corinthios, quibus nonnulli auxilio venerant, devicerunt in fugamque conjecerunt; fugientes autem quum consequuti essent, interfecerunt eos seque invicem adhortati sunt, ut verberarent Jovis Corinthum. Quare etiamnunc, ait Demo, de nimium jactantibus et ignave rem suam deserentibus usurpatur hoc proverbium.

Eadem leguntur apud Schol. ad Pind. Nem. VII, 155, unde a Francino in scholia Aristoph. illata sunt. Siebelis hunc locum ex Schol. in Platon. in Siebenkesii Anecd. Græc. ita emendavit: ... Τὰ δὲ τῶν Μεγαρέων ἔῤῥωτο καὶ πρὸς ἐλπίσιν τοῦ μηδὲν παθεῖν ἀποστάντας αὐτοὺς· Κορινθίων ἀφίστανται. Πέμπουσι δῆτα .... εἰ μὴ λήψονται δίκην παρ' αὐτῶν. Ἐφ' οἷς .... τοὺς πρέσβεις παραχρῆμα λίθοις ἔβαλον, καὶ μετὰ μικρὸν... φυγῇ τῶν Κορινθίων ἀποχωρούντων ἐφαπτόμενοι... παίειν ἀλλήλοις ... ἐκέλευον.

10.

Scholiast. Aristoph. Plut. 1000: Πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι. Περὶ τῆς παροιμίας ταύτης Δήμων οὕτω φησί· τῶν Καρῶν περὶ τοῦ πολέμου πρὸς τοὺς Ἀμβρακιώτας βουλευσαμένων, ἀλκιμωτάτους ὄντας τῶν ἐν πολέμῳ γειτόνων, τίνας χρὴ ποιεῖσθαι συμμάχους, οἱ μὲν τοὺς Μιλησίους ἡγοῦντο δεῖν παρακαλεῖν· καὶ γὰρ εὐημέρουν τότε μάλιστα τῶν περιοίκων, καὶ διὰ τὸ γειτνιᾷν τῇ Καρίᾳ τὴν τούτων χώραν· οἱ δὲ διαλύσασθαι πρὸς τοὺς Πέρσας συνεβούλευον, τὴν τούτων ἀρχὴν μεγίστην γεγονέναι φάσκοντες, καὶ πάντων ἀλκιμωτάτους εἶναι, κρατοῦντας τῆς Ἀσίας. Ἔδοξεν οὖν τοῖς Καρσὶν ἐρωτῆσαι τὸν Ἀπόλλωνα ... Τὸν δὲ θεὸν ἀποκρίνεσθαι,

Πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι.

Τοῦ δὲ χρησμοῦ διαδοθέντος εἰς τὰς Ἀσιατίδας πόλεις, οἱ μὲν Μιλήσιοι τὴν προφῆτιν αἰτιασάμενοι διεφθάρθαι χρήμασιν ὑπὸ τῶν μηδιζόντων, πανδημεὶ [τοῖς Καρσὶ βοηθήσαντες, καὶ] τοῖς Πέρσαις μετ' ἐκείνων συμβαλόντες, σχεδὸν ἅπαντες ἀπέθανον. Τὸν δὲ χρησμὸν διὰ τὴν ἀλήθειαν εἰς παροιμίαν ἐλθεῖν.

Pro Δάμων, quod vulgo hoc loco legitur, Siebelis bene reposuit Δήμων. Phavorinus v. Μιλήσιοι, qui eadem refert, eandem in auctoris nomine corruptelam exhibet.

Narrantur vero h. l. eadem, quæ legimus apud Herodot. V, 118-120 et in Diodor. Exc. Vatican. p. 37 ed. Mai (p. 40 ed. Dindorf.). Quare Hemsterhusius ad Aristoph. l. l. pro: πρὸς τοὺς Ἀμβρακιώτας, quod nihili est, reponi jussit: πρὸς τῷ Λαβρανδέως ἄλσει i. e. ad lucum Jovis Labrandei. Equidem malim: πρὸς τῷ Διὸς Στρατιώτου (sc. ἱερῷ vel τεμένει vel ἄλσει), quod ad verba Scholiastæ propius accedit. Herodotus enim l. l. c. 119: ἐνθεῦτεν δὲ οἱ διαφυγόντες αὐτῶν (sc. Carum) κατειλήθησαν ἐς Λάβρανδα, ἐς Διὸς Στρατίου ἱρὸν, μέγα τε καὶ ἅγιον ἄλσος πλατανίστων.

11.

Schol. Homer. Odyss. Υ, 301: Οἱ τὴν Σαρδόνα κατοικοῦντες, ἀπὸ Καρχηδονίων ὄντες, χρῶνται νόμῳ τινὶ βαρβαρικῷ καὶ πολὺ τῶν Ἑλλήνων διηλλαγμένῳ. Τῷ γὰρ Κρόνῳ θύουσιν ἡμέραις τισὶ τεταγμέναις οὐ μόνον τῶν αἰχμαλώτων τοὺς καλλίστους, ἀλλὰ καὶ τῶν πρεσβυτέρων τοὺς ὑπὲρ ἑβδομήκοντα ἔτη γεγενημένους. Τούτοις δὴ θυομένοις τὸ μὲν δακρύειν αἰσχρὸν εἶναι δοκεῖ καὶ δοῦλον, τὸ δὲ ἀσπάζεσθαι καὶ γελᾷν ἔσχατον καὶ προϊόντων ἀνδρῶδές τε καὶ καλόν. Ὅθεν φασὶ καὶ τὸν ἐπὶ κακῷ προσποίητον γέλωτα κληθῆναι Σαρδόνιον. Ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Δήμωνι.

Siebelis: « ἔσχατον καὶ προϊόντων insolentius dictum est pro ἔσχατον καὶ προϊόντας, sed nescio an scribendum sit: ἐσχάτων καὶ προϊόντων, *dum extrema etiam parantur.* » Quod ferri non potest. Legendum puto: ἐπ' ἔσχατα προϊόντας. Paulo ante fort. δουλικόν. Ceterum cf. Timæi fr. 28, 29.

12.

Photius s. v. Σαρδ. γελ.: Παροιμία ἐπὶ τῶν ἐπ' ὀλέθρῳ τῷ σφῶν αὐτῶν γελώντων, ἣν Δήμων μὲν διαδοθῆναι, ὅτι οἱ Σαρδόνα κατοικοῦντες αἰχμαλώτων τε τοὺς καλλίστους καὶ πρεσβυτέρους ὑπὲρ ἑβδομήκοντα ἔτη τῷ Κρόνῳ ἔθυον γελῶντας, ἕνεκα τοῦ τὸ ἔπανδρον ἐμφῆναι.

Suidas et Apostolius eadem referunt, ille tamen εὔανδρον habet pro ἔπανδρον: apud hunc καὶ Δήμων scribendum pro Καδήμων.

13.

Zenobii Proverb. V, 52: Ὅπου αἱ ἔλαφοι τὰ κέρατα ἀποβάλλουσιν. Ὁ Δήμων φησὶν, ἐν τοῖς τρα-

---

10.

Quondam fuere strenui Milesii. De hoc proverbio Demo ita scribit: Quum Cares ad lucum Jovis Labrandii (vel Stratii) de bello consultarent, alii Milesios censuerunt esse advocandos: eos enim auctoritate maxime valere omnium, qui circa habitarent, eorumque terram Cariæ esse vicinam. Alii suaserunt, ut cum Persis paciscerentur, eos maximum habere imperium dicentes, omniumque esse potentissimos, in quorum ditione esset Asia. Placuit igitur, ut Apollinem consulerent. Deus iis respondit:

Fuere quondam strenui Milesii.

Hoc oraculo per Asiæ urbes divulgato, Milesii sacerdoti exprobrantes, corruptam eam esse ab iis, qui Medis faverent, Caribus omni populo auxilio venerunt, atque Persas cum his aggressi, omnes fere cæsi sunt. Oraculum propter veritatem in proverbium abiit.

11.

Apud eos, qui Sardiniam incolunt, a Carthaginiensibus oriundos, obtinet mos barbarus et a Græcis plane alienus. Saturno enim certis diebus mactant ex captivis et fortissimos et seniorum eos, qui annum septuagesimum jam egressi sunt. His, qui immolantur, lacrimari turpe atque illiberale esse videtur, se invicem vero amplecti et ridere, dum extrema perpessuri sunt, honestum et fortis animi. Unde risum simulatum de malo aliquo, aiunt, appellari Sardonium. Hæc narratio extat apud Demonem.

12.

Risus Sardonius. Proverbium de iis, qui, quum pereunt, rident. Id autem inde ortum esse Demon tradit, quod Sardi captivorum pulcherrimos et senes septuagenariis majores Saturno immolarent, qui ad constantiam et fortitudinem suam declarandam ridere solerent.

13.

Ubi cervi cornua abjiciunt. Demo ait, in locis asperis

χέσι καὶ δυσβάτοις τόποις τοὺς ἐλάφους προστρίβοντας τὰ κέρατα πρὸς τὰς θάμνους, ἀποβάλλειν αὐτά· ὅθεν ἐπὶ τῶν ἐργώδεις τὰς διατριβὰς ποιουμένων εἰρῆσθαι τὴν παροιμίαν.

Cf. Aristot. Histor. Anim. IX, 5.

14.

Proverbior. græcor. e Vaticana Biblioth. Append. in Proverb. Græc. ab A. Schotto editis, IV, 20, p. 319: Τὴν Συρακουσίων δεκάτην· Δήμων Συρακουσίους εὐδαιμονήσαντάς φησι ψηφίσασθαι τὴν δεκάτην τῶν ὑπαρχόντων ἀποδίδοσθαι εἰς ἐπισκευὴν ναῶν τε καὶ ἀναθημάτων καὶ ἱερείων· πολλοῦ δὲ χρήματος συναχθέντος, εἰς παροιμίαν ἐλθεῖν.

Cf. Strab. VI, p. 261.

15.

Photii Lex.: Φοινίκων συνθῆκαι. Οἱ τὴν Καρχηδόνα κτίσαντες Φοίνικες, ὅτε προσέπλευσαν τῇ Λιβύῃ, ἐδεήθησαν τῶν ἐγχωρίων, δέξασθαι αὐτοὺς νύκτα καὶ ἡμέραν. Ἐπιτυχόντες δὲ τούτου, οὐκ ἐβούλοντο ἀπαλάσσεσθαι, ὡς συντιθέμενοι νύκτας καὶ ἡμέρας μένειν. Διὸ λέγεσθαι τοῦτο ἐπὶ τῶν ἐνεδρευτικῶς συντιθεμένων. Τὰ δ' ὅμοια Δήμων ἐπὶ Μεταποντίνων ἱστορεῖ.

Suidas idem Demonis fragmentum exhibet. Cf. Strab. VI, p. 265.

16.

Photii Lex.: Ἡδέα χελώνης χρέα φαγεῖν ἢ μὴ φαγεῖν. Τῆς χελώνης ὀλίγα χρέα βρωθέντα στρόφους ποιεῖ, πολλὰ δὲ καθαίρει. Ὅθεν καὶ τὴν παροιμίαν. Δήμων.

Verba ἡδέα ... μὴ φαγεῖν Siebelis ex Suida, Zenobii et Diogeniani Proverbiis ita corrigenda esse censet: Ἢ δεῖ χελώνης χρέα φαγεῖν, ἢ μὴ φαγεῖν.

17.

Stephan. Byz.: Δωδώνη. ... Ἔστι καὶ Δωδωναῖον χαλκεῖον παροιμία ἐπὶ τῶν πολλὰ λαλούντων, ὡς μὲν ὁ Δήμων φησίν, ἀπὸ τοῦ τὸν ναὸν τοῦ Δωδωναίου Διὸς τοίχους μὴ ἔχοντα, ἀλλὰ τρίποδας πολλοὺς ἀλλήλων πλησίον, ὥστε τὸν ἑνὸς ἁπτόμενον παραπέμπειν διὰ τῆς ψαύσεως τὴν ἐπήχησιν ἑκάστῳ, καὶ διαμένειν τὴν ἦχον ἄχρις αὖθις τοῦ ἑνὸς ἐφάψηται. Ἡ παροιμία δὲ οὔ φησιν εἰ μὴ χαλκίον ἕν, ἀλλ' οὐ λέβητας ἢ τρίποδας πολλούς.

Pinedo scripsit μὲν ὁ Δήμων pro vulgato Μενεδήμων, Suidam sequutus (v. Δωδων. χαλκ.): legitur Demonis nomen etiam in Bibl. Coisl., ubi Stephani Byz. fragmentum exstat. In eadem Bibl. Coisl. legitur καὶ ante διαμένειν, quod in vulg. omissum est. Pro αὖθις ibidem reperitur ἄν τις, quod præferunt Montfaucon. et Preller. (Polemon. fragm. p. 57), atque hic quidem ita locum interpretatur: *Durat sonus tamdiu, quamdiu quis pulsat unam ex pelvibus illis, abs qua ad ceteras propagetur sonus.* Sed ἄχρις non significat *quamdiu*, et omnino inutile est observare, sonum perdurare tamdiu, quamdiu quis pulset, quod sponte intelligitur; id vero explicandum est, quamdiu duret sonus *una* impulsione excitatus. Tuentur αὖθις Siebelis et Welcker (ad Philostr. Imagg. II, 33, p. 566), quorum hic loci explicationem addit: *donec ad primum redierit, unde motus exiit et hunc, puta, denuo excitet, unde novus sonorum et vibrationum in orbem actarum ordo incipit, paulatim tantum impulsionis vehementia decrescente et languescente, nisi quis unum ex lebetibus inhibendo seu a proximo reprimendo his circulationibus finem imponat.* Sed verba ἄχρις ἄν τις τοῦ ἑνὸς ἐφάψηται non bene redduntur per «donec ad primum redierit (sc. sonus)», et nullus hoc modo vibrationum terminus indicatur, ut verba ista plane supervacanea esse videantur. Nos αὖθις quidem defendimus, ita vero locum interpretamur: durat sonus, donec unum illum denuo quis pulset sc. ὁ ἑνὸς ἁπτόμενος. Docemur igitur his verbis, sonum perdurare usque dum per omnes pelves propagatus sit, ut, paulatim decrescens, fere desinat, quum ad ultimam pervenerit; sonum per unum circuitum perdurare eo ipso significatur, quod quum ad orbis finem pervenit, prima pelvis denuo pulsanda sit, ut novus sono-

---

et inviis cervos cornua ad frutices atterere eoque modo abjicere; proinde proverbium dici de iis, qui in locis difficilibus degunt.

14.

Syracusanorum decimam. Refert Demon Syracusanos rerum copia affluentes suffragio decrevisse decimam eorum, quæ possiderent, portionem impendere in templorum instaurationem, in donaria et sacrificia. Congesta sic magna pecuniæ vi, vulgi tritum est sermone proverbium.

15.

Phœnicum pacta. Phœnices, qui Carthaginem condiderunt, quum ad Libyam navibus appulissent, rogarunt illius regionis incolas, ut ipsos reciperent noctem et diem. Hoc autem impetrato, discedere noluerunt, quasi pacti fuissent, se noctes et dies ibi mansuros esse. Quam ob rem hoc dici de iis tradunt, qui insidiose paciscuntur. Similia Demo de Metapontinis narrat.

16.

Testudinis carnem aut edas aut non edas. Testudinis caro, si paulum edis, tormenta facit; si multum edis, purgat; unde proverbium ortum est. Demo.

17.

Dodona. — Est autem Æs Dodonæum proverbium in loquaces, uti Demo auctor est: quia Dodonæi Jovis templum muros non habet, sed tripodas plurimos arctissime sibi invicem junctos, adeo ut si unum percutias, strepitum simul ob contactum ad unumquemque eorum transmittas, qui perdurat, usque dum sonus ad unum illum redierit atque denuo hic pulsetur. In proverbio autem nonnisi de uno dicitur aheno, non vero de multis lebetibus sive tripodibus.

rum ordo incipiat. — Sub finem vulgo scriptum est εἰ μὴ χαλκίον, ἐν ἄλλῳ λέβητας, quod Montfaucon. ita correxit, ut scripsimus.

18.

Suidas: Δωδωναῖον χαλκεῖον. Ἐπὶ τῶν μακρολογούντων· Δήμων γάρ φησιν ὅτι τὸ τοῦ Διὸς μαντεῖον ἐν Δωδώνῃ λέβησιν ἐν κύκλῳ περιείληπται. Τούτους δὲ ψαύειν ἀλλήλους, καὶ κρουσθέντος τοῦ ἑνὸς, ἠχεῖν ἐκ διαδοχῆς πάντας· ὡς διὰ πολλοῦ χρόνου γίνεσθαι τῆς ἠχῆς τὴν περίοδον. Ἀριστείδης δὲ ὡς πλάσμα διελέγχων, δύο φησὶ στύλους εἶναι, καὶ ἐπὶ μὲν τοῦ ἑτέρου λέβητα, ἐπὶ θατέρου δὲ παῖδα κρατοῦντα μάστιγα, ἧς τοὺς ἱμάντας χαλκέους ὄντας σειομένους ὑπ' ἀνέμου τῷ λέβητι προσκρούειν· τὸν δὲ τυπτόμενον ἠχεῖν. ... Πρὸς Δήμωνα· εἰ δὲ πολλοὶ ἦσαν, οὐκ ἂν ἑνικῶς ἐλέγετο ἡ παροιμία.

Eustathius ad Odyss. Ξ, p. 1760 eadem refert, sed Demonem non nominat. Pro Ἀριστείδης apud Suidam et Eustathium vulgo legebatur Ἀριστοτέλης, sed istud nomen reponendum est ex Steph. Byz. qui iis, quæ supra attulimus, hæc addit: Προσθετέον οὖν τῷ περιηγητῇ Πολέμωνι ἀκριβῶς τὴν Δωδώνην ἐπισταμένῳ καὶ Ἀριστείδῃ τὰ τούτου μεταγεγραφότι, λέγοντι κατὰ τὴν δευτέραν· Ἐν τῇ Δωδώνῃ στῦλοι δύο παράλληλοι καὶ παρεγγὺς ἀλλήλων, καὶ ἐπὶ μὲν θατέρου χαλκίον ἐστὶν οὐ μέγα, τοῖς δὲ νῦν παραπλήσιον λέβησι, ἐπὶ δὲ θατέρου παιδάριον ἐν τῇ δεξιᾷ χειρὶ μαστίγιον ἔχον, οὗ κατὰ τὸ δεξιὸν μέρος ὁ τὸ λεβήτιον ἔχων κίων ἕστηκεν. Ὅταν οὖν ἄνεμον συμβῇ πνεῖν, τοὺς τῆς μάστιγος ἱμάντας χαλκοῦς ὄντας ὁμοίως τοῖς ἀληθινοῖς ἱμᾶσιν αἰωρουμένους ὑπὸ τοῦ πνεύματος συνέβαινε ψαύειν τοῦ χαλκίου καὶ τοῦτο ἀδιαλείπτως ποιεῖν ἕως ἂν ὁ ἄνεμος διαμένῃ. De Aristide, qui opus de proverbiis scripserat, vid. Preller. Polem. fragm. p. 59. De proverbio Δωδωναῖον χαλκεῖον cf. etiam Strabonem lib. VII, p. 321, qui, ut Aristides, Polemone utitur auctore. — Siebelis articulum ante ἑνὸς expungendum esse censet: sed probabiliter ipse Suidas falso adhibuit articulum, quem fortasse apud eum quo usus est auctorem eo sensu eoque loco, quo legitur apud Stephanum Byz., positum reperit et temere alio sensu alioque loco usurpavit.

19.

Harpocrat.: Μυσῶν λείαν, Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος. Παροιμία τίς ἐστιν οὕτω λεγομένη, ἥν φησι Δήμων ἐν τεσσαρακοστῇ περὶ παροιμιῶν τὴν ἀρχὴν λαβεῖν ἀπὸ τῶν καταδραμόντων ἀστυγειτόνων τε καὶ λῃστῶν τὴν Μυσίαν κατὰ τὴν τοῦ Τηλέφου τοῦ βασιλέως ἀποδημίαν.

Pro ἐν τεσσαρακοστῇ Gronovius ex optimo codice restituit ἐν πρώτῃ, quod et Phavorinus habet, qui h. v. Harpocrationis verba repetit. Pro Δήμων Phavor. exhibet Δημοφῶν, quod mutandum est in Δήμων.

20.

Schol. Vat. Eurip. Rhes. 250: Ἔνι δὲ θάρσος ἐν αἰχμαῖς ποτὲ Μυσῶν] Κέχρηται δὲ καὶ νῦν Εὐριπίδης τῇ παροιμίᾳ παρὰ τοὺς χρόνους. Δήμων γοῦν ἐξηγούμενος περὶ αὐτ.. φησὶν ὡς ὕστερον τῶν Τρωϊκῶν λοιμοῦ καὶ φθορᾶς καρποῦ περιεληλυθυίας τὴν Ἑλλάδα μαντευομένην περὶ τῶν παρόντων χρῆσθαι τὴν Πυθίαν, τηνικαῦτα παῦλαν αὐτοῖς τῶν δεινῶν, ἐπειδὰν τινες τῶν ἀπὸ Ἀγαμέμνονος ἐχόντων τὸ γένος πλεύσαντες εἰς Τροίαν τὰς πόλεις κτίσωσι, καὶ τῶν θεῶν τιμὰς ἀναλαμβάνωσιν, ἃς ἠφανίσθαι συνέβαινεν ὑπὸ τοῦ πολεμοῦ. Ταύτην τὴν μαντείαν παραδεξάμενον τὸν Ὀρέστην συνέβη λιπεῖν τὸν βίον. Μετὰ δὲ Ὀρέστην Τισαμενὸν λαβεῖν τὴν ἀρχὴν καὶ μετ' ἐκεῖνον Κομήτην· οὐ χρωμένα ποῦ δέοι πλεῖν, κατὰ γὰρ εὐλάβειαν καὶ δὶς καὶ τρὶς παρὰ τῶν αὐτῶν ἐπανέρχεται τοῦ θειοῦ, δοθῆναι χρησμὸν, ἐπὶ τὸν ἔσχατον Μυσῶν πλεῖν. Κατολιγωρήσαντας δὲ πολλῶν συνηθροισμένων τοῦ χρησμοῦ ἀφίστασθαι καὶ τὸν Κομήτην καταλιπεῖν, μικρὸν πεφροντικέναι λέγοντας αὐτοῦ τε καὶ τοῦ Μυσοῦ ἐσχάτου. Κατὰ τὴν ἐρχομέ-

18.

Æs Dodonæum. Proverbium de iis qui multa garriunt. Demon enim narrat, Dodonæi Jovis oraculum lebetibus fuisse circumdatum inter se contiguis; adeo ut uno pulsato, reliqui omnes ordine resonarent, diu durante soni illius circuitu. Aristides vero ut figmentum hoc explodens duas dicit esse columnas, in quarum altera lebes sit, et in altera puer, flagellum tenens, æreis loris instructum, quæ a vento agitata impingant in lebetem; qui pulsatus sonum edat. — Adversus Demonem: si multi fuissent [lebetes], proverbium hoc non efferretur numero singulari.

19.

Mysorum prædam. Demosthenes pro Ctesiphonte. Est proverbium usitatum, quod Demon libro primo Parœmiarum scribit ortum a vicinis prædonibus, qui Telepho rege absente Mysiam latrociniis infestabant.

20.

Utitur etiam nunc Euripides hoc proverbio, contra temporum rationem. Demo quidem de eo exponens dicit, quum post bellum Troicum pestilentia Græciam invasisset frugesque essent perditæ, Pythiam de his rebus consultam, respondisse, calamitates tum finem habituras esse quum viri nonnulli ab Agamemnone orti, Trojam profecti et urbes condituri et cultum deorum restituturi essent, quæ bello interiissent. Accidit vero, ut Orestes, quum oraculum accepisset, vita cederet. Post Orestem deinde Tisamenum regnum suscepisse, et post hunc Cometem. Huic denuo ex oraculo quærenti quonam sibi proficiscendum esset (nam religiose de eadem re bis et ter deum adiit), responsum datum esse, *proficiscendum esse ad extremum Mysorum.* Quum vero multi eorum, qui congregati essent, despectui haberent oraculum, eos defecisse et Cometem deseruisse, parum se curare dicentes, et ipsum et extremum Mysorum. Sequenti autem

νην γενεὰν πλινθιλυ πάλιν συναγείραντος τὴν στρατιὰν, καὶ τοῦ θεοῦ τὸν αὐτὸν ἐπενέγκαντος χρησμὸν, διὰ τὸ παράδοξον εἰς παροιμίαν διὰ τοῦτο προστῆναι φασίν· εἰσὶ δὲ οἳ Τηλέφῳ γενέσθαι τὸν χρησμὸν τοῦτον· μαντευομένῳ γὰρ αὐτῷ περὶ γονέων, ἐπὶ τίνας ἂν τόπους πλανηθεὶς ἐξεύροι τοὺς αὐτοῦ γονεῖς, τὸν θεὸν προστάξαι ἐλθεῖν ἐπὶ τὸν ἔσχατον Μυσῶν, νέμεσθαι γὰρ τὰ χωρία τότε Μυσοὺς, ἐπιτυχεῖν τῇ μητρί.

Hoc fragmentum, misere luxatum, fortasse ita restituendum est ut scribatur ἐξηγούμενος περὶ αὐτῆς pro ἐξηγ. περὶ αὐτ.., αὖ χρωμένῳ, ποῖ δέοι πλεῖν, κατὰ γὰρ εὐλάβειαν καὶ δὶς καὶ τρὶς περὶ τῶν αὐτῶν ἐπανέρχεται ἐπὶ τὸ θεῖον (sive τὸν θεὸν), δοθῆναι χρ. etc. pro οὐ χρωμένα ποῦ etc., κατολιγωρήσαντας δὲ πολλοὺς τῶν συνηθροισμένων pro κατολιγωρήσαντας δὲ πολλῶν συνηθρ., Πενθίλου pro πλινθιλυ, atque περιστῆναι pro διὰ τοῦτο προστῆναι, τοὺς αὐτοῦ γονεῖς pro τοῦ αὐτοῦ γονεῖς, et καὶ inseratur ante ἐπιτυχεῖν. De Comete in Asiam profecto v. Pausan. VII, 6, 2.

Penthilus ille, aliunde, quantum sciam, non notus, bene distinguendus est a Penthilo Orestis filio. Quem si recte, ut puto, ex corrupta voce Scholiastæ erui, præclarum nacti sumus testimonium, quo confirmetur Odofredi Mülleri, viri immortalis, conjectura: neque Orestem neque Penthilum filium, sed posteros eorum coloniarum in Lesbum Asiamque deductarum principes esse putandos.

21.

Photii Lex.: Εὐγενέστερος Κόδρου· ... διοργισθέντες δὲ οἱ λοιποὶ συλλαβόντες αὐτὸν (Κόδρον) ἀνεῖλον, ὡς Δήμων.

Dubitandum est, num Demonis hoc sit fragmentum: in nonnullis enim codd. scriptum est Δημο...., et a Suida adducitur eadem de re Εὔδημος ἐν τῷ περὶ λέξεων ῥητορικῶν.

ΠΕΡΙ ΘΥΣΙΩΝ.

22.

Harpocrat.: Προκώνια, Λυκοῦργος κατὰ Μενεσαίχμου. Δίδυμος δὲ «προκώνια, φησὶν, ἐστὶ, πυροὶ μέλιτι κεχρισμένοι.» Ἀριστοφάνης δὲ ὁ γραμματικὸς καὶ Κράτης τὰ ἐξ ἀφρύκτων κριθῶν, οὕτω φασὶν ὀνομάζεσθαι. Ἔοικε δὲ καὶ ἐκ πυρῶν καὶ ἐκ κριθῶν γίνεσθαι, ὡς Ἀντικλείδης ἐν τοῖς ἐξηγητικοῖς ὑποσημαίνει. Δήμων δ' ἐν τῷ περὶ θυσιῶν φησι· «καὶ προκώνιά ἐστι κάγχρυς κατηριγμέναι μετ' ἀρωμάτων.»

Eadem referunt Photius in Lex., Suidas et Phavorinus. Pollux VI, 77, scribit πρόκωνα, quod etiam apud Hesychium tuentur editores.

ætate Penthilus denuo exercitum coegit atque deus idem dedit oraculum, quæ res quod admodum singularis ac mira esset, oraculum illud, aiunt, abiisse in proverbium. Sunt vero, qui dicant, hoc oraculum Telepho datum esse: eum enim quum quæsivisset, quonam terrarum sibi eundum esset, ut parentes reperiret, deum jussisse ad extremum Mysorum proficisci: Mysos enim tum has regiones incoluisse: atque reperisse eum matrem.

21.

Codro generosior. Reliqui irati eum (Codrum) prehenderunt et interfecerunt, ut Demo tradit.

DE SACRIFICIIS.

22.

Προκώνια, Lycurgus in Menesæchmum. Προκώνια, inquit Didymus, est illitum melle triticum. Aristophanes grammaticus et Crates farinam ex hordeo non tosto interpretantur · verum e tritico et hordeo fieri videntur, ut auctor est Anticlides in Exegeticis. Demon autem libro de Sacrificiis scribit, Προκώνια *est hordeum confractum contusumve cum aromatibus*.

Fragm. 20 extr. post ἔσχατον Μυσῶν exciderunt: ἀφικόμενον δὲ εἰς Τευθρανίαν; in latinis igitur legas: « profectum igitur in Teuthraniam (Mysos enim tum incoluisse has regiones) matrem repperisse. »

PHILOCHORI

FRAGMENTA.

ATTHIS.

LIBER I.

Hoc libro Philochorus res Atticas perscripsisse videtur inde a populi Attici origine usque ad Cecropem. Quamquam enim duo tantum fragmenta (1 et 4), quæ parvi sunt momenti, libri primi notam habent, inde tamen, quod, quæ de Amphictyone narrantur, libro secundo tribuuntur, colligere possumus, quousque fere pertinuerit liber primus : namque verisimile est, a nova historiæ Atticæ periodo, quam Cecrops effecit (μετὰ Ὤγυγον ... ἀβασίλευτος ἔμεινεν ἡ Ἀττικὴ μέχρι Κέκροπος, fr. 8.), librum secundum habuisse initium. Neque est, cur, quæ fr. 4 de voce ἄστυ ex libro primo afferuntur, ad Cecropem spectare putemus, ut Bœckhius (de Philoch. p. 9) statuit, quum alia quæ omnino de populis vagis libro primo narranda erant, Philochorum facile eo perducere possent, ut urbis, quæ postea certam ac firmam sedem præberet, mentionem faceret. Huc accedit, quod probabile est, ad Cecropem spectare, quæ de Areopago ex libro secundo Stephanus Byzantius (fr. 21) adducit; Alcippe enim, cui Halirrhothius vim intulit, Marte et Agraulo, filio Cecropis, nata erat (cf. Apollodor. III, 14, 2).

1.

Schol. in Platon. p. 465=248 Ruhnk. : Πολλὰ ψεύδονται ἀοιδοὶ, παροιμία ἐπὶ τῶν κέρδους ἕνεκα καὶ ψυχαγωγίας ψευδῆ λεγόντων. ... Ἐμνήσθη ταύτης καὶ Φιλόχορος ἐν Ἀτθίδος α′.

2.

Suidas v. Τριτοπάτορες : Δήμων ἐν τῇ Ἀτθίδι φησὶν, ἀνέμους εἶναι τοὺς Τριτοπάτορας. Φιλόχορος δὲ, τοὺς Τριτοπάτρεις πάντων γεγονέναι πρώτους. Τὴν μὲν γὰρ Γῆν καὶ τὸν Ἥλιον, φησὶν, ὃν καὶ Ἀπόλλωνα καλεῖ, γονεῖς αὐτῶν ἠπίσταντο τότε οἱ ἄνθρωποι· τοὺς δὲ ἐκ τούτων τρίτους πατέρας.

Cf. Clidem. fr. 20, Phanodem. fr. 2.

3.

Photii Lex. p. 443 v. Τριτοπάτωρ : Τριτοπάτρεις οἱ μὲν ἀνέμους, Φιλόχορος δὲ τοὺς πρώτους ἐκ Γῆς καὶ Οὐρανοῦ, ἄρξαντας δὲ γενέσεως.

4.

Etym. M. v. Ἄστυ: Ἄστυ ἡ πόλις. Φιλόχορος ἐν τῷ πρώτῳ τῆς Ἀτθίδος φησίν· « Ἄστυ δὲ προσηγόρευσαν τὴν πόλιν, διὰ τὸ πρότερον νομάδας καὶ σποράδην ζῶντας τότε συνελθεῖν καὶ στῆναι ἐκ τῆς πλάνης ἐπὶ τὰς κοινὰς οἰκήσεις, ὅθεν οὐ μετανέστησαν. »

Eadem legis apud Steph. Byz. v. Ἄστυ, nisi quod pro ἐν τῷ πρώτῳ τῆς Ἀτθ. habet ἑνδεκάτῃ Ἀτθίδος; sed numerus ια′ ex antecedenti iota adscripto ortus esse videtur.

5.

Schol. Lucian. Catapl. 1 : Τύραννος εἴρηται ἀπὸ τῶν Τυῤῥηνῶν τῶν βιαίων καὶ ληστῶν ἐξαρχῆς, ὥς φησι Φιλόχορος. Τυῤῥηνοὶ γὰρ ὀλίγον τινὰ χρό-

---

LIBER I.

1.

Multa mentiuntur poetæ, proverbium de iis, qui lucri et oblectationis causa mendacia dicunt. Mentionem ejus fecit Philochorus Atthidis libro primo.

2.

Demon in Atthide dicit, Tritopatores esse ventos; Philochorus vero, Tritopatres omnium fuisse primos. Tellurem enim, inquit, et Solem (quem et Apollinem vocat) tunc homines eorum parentes esse crediderunt : horum vero liberos *tertios patres* appellarunt.

3.

Tritopatres alii ventos dicunt, Philochorus vero primos Cœli et Terræ liberos esse tradit, a quibus generatio initium ceperit.

4.

Ἄστυ, urbs. Philochorus libro primo Atthidis dicit : « Ἄστυ vocarunt urbem, quod, quum prius in agris vitam degissent sparsimque habitassent, tum temporis convenerunt vagisque migrationibus relictis constiterunt ad sedem omnibus communem constituendam, unde jam non discesserunt. »

5.

Tyrannus nomen habet a Tyrrhenis, qui ab initio violenti prædones erant, ut ait Philochorus. Tyrrheni enim,

νον οἰκήσαντες ἐν ταῖς Ἀθήναις ὤφθησαν ἐξανιστάμενοι τῇ πόλει, καὶ πολλοὶ μὲν αὐτῶν ἀπώλοντο ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων, ἄλλοι δὲ ἐκφυγόντες Λῆμνον καὶ Ἴμβρον ᾤκησαν. Χρόνῳ δὲ ὕστερον ἀπὸ ταύτης τῆς αἰτίας ἐχθρωδῶς διακείμενοι τοῖς Ἀθηναίοις ὥρμησαν εἰς πλοῖα, καὶ κατασχόντες εἰς Βραυρῶνα τῆς Ἀττικῆς, ἥρπασαν παρθένους ἀρκτευομένας τῇ θεῷ ἐν Βραυρωνίοις, αἷς συνῴκησαν. Οἱ οὖν Ἀθήνησι ῥήτορες, ὡς ἐν δημοκρατίᾳ πολιτευόμενοι, ἔθος ἔχουσι τοὺς βασιλέας τυράννους καλεῖν, ἀντὶ τῆς παρ' αὐτοῖς βίας τῶν Τυῤῥηνῶν.

6.

Schol. Venet. B et L ad Hom. Il. A, 594: Φιλόχορός φησι, Πελασγοὺς αὐτοὺς (τοὺς Σίντιας Lemni incolas) ὄντας οὕτω προσαγορευθῆναι, ἐπεὶ πλεύσαντες εἰς Βραυρῶνα κανηφόρους παρθένους ἥρπασαν. Σίνεσθαι δὲ τὸ βλάπτειν λέγουσιν.

7.

Servius ad Virgil. Æn. VIII, 600: *Philochorus ait, ideo nominatos Pelasgos, quod velis et verno tempore advenire visi sunt, ut aves.* Est Philochorus ex eorum numero, quos Strabo intelligit V, p. 339, ubi dicit: Οἱ τὴν Ἀτθίδα συγγράψαντες ἱστοροῦσι περὶ τῶν Πελασγῶν, ὡς καὶ Ἀθήνησι γενομένων τῶν Πελασγῶν· διὰ δὲ τὸ πλανήτας εἶναι καὶ δίκην ὄρνεων ἐπιφοιτᾶν ἐφ' οὓς ἔτυχε τόπους, πελαργοὺς ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν κληθῆναι.

8.

Eusebius Præp. Evang. X, 10, p. 489, ex Julio Africano hæc affert: Ἀπὸ Ὠγύγου, τοῦ παρ' ἐκείνοις (Ἀττικοῖς) αὐτόχθονος πιστευθέντος, ἐφ' οὗ γέγονεν ὁ μέγας καὶ πρῶτος ἐν τῇ Ἀττικῇ κατακλυσμὸς, Φορωνέως Ἀργείων βασιλεύοντος, ὡς Ἀκουσίλαος ἱστορεῖ, μέχρι πρώτης Ὀλυμπιάδος, ὁπόθεν Ἕλληνες ἀκριβοῦν τοὺς χρόνους ἐνόμισαν, ἔτη συνάγεται χίλια εἴκοσι.... Ταῦτα γὰρ τὰ Ἀθηναίων ἱστοροῦντες, Ἑλλάνικός τε καὶ Φιλόχορος, οἱ τὰς Ἀτθίδας (nempe γράψαντες) ... ἐμνήσθησαν. ... Φαμὲν τοίνυν ... Ὤγυγον, ὃς τοῦ πρώτου κατακλυσμοῦ γέγονεν ἐπώνυμος, πολλῶν διαφθαρέντων διασωθεὶς, κατὰ τὴν ἀπ' Αἰγύπτου τοῦ λαοῦ μετὰ Μωσέως ἔξοδον, γεγενῆσθαι. ... Μετὰ δὲ Ὤγυγον διὰ τὴν ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ πολλὴν φθορὰν ἀβασίλευτος ἔμεινεν ἡ νῦν Ἀττικὴ μέχρι Κέκροπος ἔτη ρπθ'. Τὸν γὰρ μετὰ Ὤγυγον Ἀκταῖον, ἢ τὰ πλασσόμενα τῶν ὀνομάτων, οὐδὲ γενέσθαι φησὶ Φιλόχορος.

9.

Justin. Mart. Coh. ad Græc. p. 9 sq. ed. Par., p. 10, ed. Colon. 1686: Καὶ οἱ τὰ Ἀθηναίων δὲ ἱστοροῦντες, Ἑλλάνικός τε καὶ Φιλόχορος, οἱ τὰς Ἀτθίδας, Κάστωρ τε καὶ Θαλλὸς καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Πολυΐστωρ ... ὡς σφόδρα ἀρχαίου καὶ παλαιοῦ τῶν Ἰουδαίων ἄρχοντος Μωσέως μέμνηνται.

Non probabile est Philochorum de Mose loquutum esse: Justinus non recte intellexisse videtur auctorem, quo usus est.

LIBER II.

Libro secundo historia a Cecrope usque ad Creontem archontem (Olymp. XXIV, 3) deducta est. Quæ enim de Amphictyone, de Erichthonio, de Erechtheo, de Theseo a Philochoro tradita sunt, ex hoc libro citantur; atque sententia, in quam Bœckhius inclinat, librum tertium incepisse a Creonte archonte, Olymp. XXIV, 3, ideo probabilis est, quod Philochorus ab hoc inde anno certiorem temporum descriptionem secundum archontum seriem exhibuisse putandus est.

10.

Eusebius in Χρονικῶν λόγῳ πρώτῳ in Jos. Scalig. Thes. temp. p. 28, ed. Amstel. 1658: Κέκροψ ὁ διφυὴς τῆς τότε Ἀκτῆς, νῦν δὲ Ἀττικῆς, ἐβασίλευ-

---

quum breve tempus Athenis habitassent, urbe expulsi sunt, eorumque multos interfecerunt Athenienses, alii effugerunt atque in Lemno et Imbro sedes fixerunt. Postea propter hæc Atheniensibus infensi, conscensis navibus, Brauronem, qui Atticæ pagus est, appulerunt, virgines in ursæ occisæ memoriam Dianæ ante nuptias sacra facientes rapuerunt, cum iisque concubuerunt. Propter Tyrrhenorum violentiam igitur rhetores Athenienses, ut solent qui reipublicæ administrandæ operam dant, reges appellare consueverunt tyrannos.

6.

Philochorus dicit, Sinties, qui Pelasgi sint, inde nomen habere, quod Brauronem appulsi virgines canephoros rapuissent. Nam per verbum σίνεσθαι exprimunt *damno afficere.*

8.

Inde ab Ogyge, quem ex terra ortum esse illi credunt, sub quo primum magnumque diluvium accidit, regnante in Argolide Phoroneo, ut tradit Acusilaus, usque ad primam Olympiadem, unde Græci accuratius tempora describere sibi visi sunt, anni computantur mille et viginti. ... Hæc enim, qui res Atticas enarrant, Hellanicus et Philochorus, Atthidum scriptores, memorant. ... Dicimus igitur, Ogygem, qui, quod haustis aquarum vi quam plurimis salvus et incolumis evaserat, primo diluvio nomen dedit, eo fere tempore vixisse, quo Moses populum ex Ægypto duxit. ... Post Ogygem vero Attica, quæ diluvio valde esset vexata, sine rege erat annos centum et octoginta novem usque ad Cecropem. Actæum enim et quorum nomina finguntur post Ogygem, omnino nullos fuisse dicit Philochorus.

9.

Mosis ut antiqui Judæcrum ducis mentionem faciunt quum ii qui res Atticas enarrant, Hellanicus et Philochorus, Atthidum scriptores, Castor et Thallus, tum Alexander Polyhistor.

LIBER II.

10.

Cecrops regnabat in Attica, quæ tum temporis Acte vocabatur, quinquaginta annos, *diphyes* appellatus pro-

σεν ἔτη ν', διὰ μῆκος σώματος οὕτω καλούμενος, ὥς φησιν ὁ Φιλόχορος, ἢ ὅτι Αἰγύπτιος ὢν τὰς δύο γλώσσας ἠπίστατο.

Eadem sunt apud Syncell. Chron. p. 153, A. Phavorin. v. Κέκροψ exprimit Philochori sententiam, hunc temen non nominat.

11.

Strabo IX, p. 609 Alm. [368 Tzsch.]: Φησὶ Φιλόχορος πορθουμένης τῆς χώρας ἐκ θαλάττης μὲν ὑπὸ Καρῶν, ἐκ γῆς δὲ ὑπὸ Βοιωτῶν, οὓς ἐκάλουν Ἄονας, Κέκροπα πρῶτον εἰς δυωκαίδεκα πόλεις συνοικίσαι τὸ πλῆθος, ὧν ὀνόματα, Κεκροπία, Τετράπολις, Ἐπακρία, Δεκέλεια, Ἐλευσὶς, Ἄφιδνα (λέγουσι δὲ καὶ πληθυντικῶς Ἀφίδνας), Θόρικος, Βραυρὼν, Κύθηρος, Σφηττὸς, Κηφισία, Φαληρός. Πάλιν δ' ὕστερον εἰς μίαν πόλιν συναγαγεῖν λέγεται τὴν νῦν τὰς δώδεκα Θησεύς.

12.

Schol. Pind. Ol. IX, 68: Φιλόχορος δέ φησι Κέκροπα, βουλόμενον τὸν τῶν Ἀθηναίων δῆμον καὶ τὸ πλῆθος ἐπιγνῶναι, κελεῦσαι αὐτοὺς λίθους λαβεῖν καὶ ἐνεγκεῖν εἰς τὸ μέσον, ἐξ ὧν ἐπιγνῶναι δισμυρίους αὐτοὺς ὄντας. Ἀπὸ Κέκροπος οὖν φησι τοὺς ὄχλους λαοὺς ὀνομασθῆναι.

13.

Macrob. Sat. I, 10, fin.: *Saturnalia itemque Opalia celebrari (crediderunt), quod Saturnus ejusque uxor tam frugum quam fructuum repertores esse credantur. Itaque omni jam fœtu agrorum coacto, ab hominibus hos deos coli, quasi vitæ cultioris auctores, quos etiam nonnullis cœlum ac terram esse persuasum est. Saturnumque (scil. cœlum) a satu dictum, cujus caussa de cœlo est: et terram Opem, cujus ope humanæ vitæ alimenta quæruntur, vel ab opere, per quod fructus frugesque nascuntur. ... Philochorus Saturno et Opi primum in Attica statuisse aram Cecropem dicit, eosque deos pro Jove Terraque coluisse, instituisseque, ut patres familiarum et frugibus et fructibus jam coactis passim cum servis vescerentur, cum quibus patientiam laboris in colendo rure toleraverant: delectari enim deum honore servorum contemplatu laboris.*

14.

Ulpian. in Demosth. De falsa legat. t. 5, p. 117, B (Basil. 1572): Ἄγραυλός καὶ Ἕρση καὶ Πάνδροσος θυγατέρες Κέκροπος, ὥς φησιν ὁ Φιλόχορος. Λέγουσι δὲ, ὅτι πολέμου συμβάντος τοῖς Ἀθηναίοις, ὥστε Εὔμολπος ἐστράτευσε κατ' Ἐρεχθέως, καὶ μηκυνομένου τούτου, ἔχρησεν ὁ Ἀπόλλων ἀπαλλαγήσεσθαι, ἐάν τις ἂν ἕλῃ ἑαυτὸν ὑπὲρ τῆς πόλεως. Ἡ τοίνυν Ἄγραυλος ἑκοῦσα αὑτὴν ἐξέδωκεν εἰς θάνατον. Ἔρριψε γὰρ ἑαυτὴν ἐκ τοῦ τείχους. Εἶτα, ἀπαλλαγέντος τοῦ πολέμου, ἱερὸν ὑπὲρ τούτου ἐστήσαντο αὐτῇ, παρὰ τὰ προπύλαια τῆς ἀκροπόλεως.

Ibidem p. 134: Ἱέρεια γέγονεν ἡ Ἄγραυλος Ἀθηναίων, ὥς φησι Φιλόχορος.

Pro Ἀθηναίων scribendum esse Ἀθηνᾶς apparet ex Hesychio v. Ἄγλαυρος.

15.

Macrob. Sat. III, 8: *Signum Veneris est Cypri barbatum corpore, sed veste muliebri cum sceptro ac statura virili. Et putant, eandem marem ac feminam esse. Aristophanes eam* Ἀφρόδιτον *appellat. Lævinus etiam sic ait: Venerem igitur almum adorans, sive femina sive mas est, ita uti alma noctiluca est. Philochorus quoque in Atthide eandem affirmat esse lunam, et ei sacrificium facere viros cum veste muliebri, mulieres cum virili, quod eadem et mas existimatur et femina.*

Adnotat Lenzius, Philochorum ad Cyprum et Venerem ibi cultam declinasse videri, ubi de Cecropis filiabus sermonem fecerit: in Agrauli enim honorem victimas humanas Salamine Cypri immolatas esse dici; atque unum ex Herses posteris Paphum condidisse Adonimque procreasse.

16.

Stephan. Byz.: Ἄρειος πάγος, ἀκρωτήριον Ἀθήνησιν, ὡς Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ θεῶν ἐννάτῳ, ἐν

---

pter insignem corporis proceritatem, ut ait Philochorus, vel quod duas linguas, quippe ex Ægypto oriundus, cognitas habebat.

11.

Narrat Philochorus, quum Atticam Cares a mari, a terra Bœoti, quos vocabant Aones, popularentur, principem Cecropem in duodecim urbes multitudinem composuisse, quarum nomina sunt Cecropia, Tetrapolis, Epacria, Decelea, Eleusis, Aphidna (plurali etiam numero Aphidnas dicunt), Thoricus, Brauron, Cytherus, Sphettus, Cephisia, Phalerus. Has deinde duodecim urbes in unam contraxisse eam, quæ etiamnum est, dicitur Theseus.

12.

Philochorus dicit, Cecropem, quum vellet Atheniensium numerum cognoscere, eos jussisse lapides afferre et in medium projicere indeque cognovisse, eorum esse viginti millia: propterea a Cecrope populos vocatos esse λαούς (*lapides*).

14.

Agraulos, Herse et Pandrosos filiæ Cecropis, ut ait Philochorus; aiunt vero, quum bello affligerentur Athenienses, facta ab Eumolpo contra Erechtheum expeditione, idque traheretur, Apollinem prædicasse, bellum compositum iri, si quis pro civitatis salute se ipse interfecturus esset; Agraulos tum morti volens se tradidit; de muro enim præcipitem se dedit. Quare postea, bello sedato, templum ei exstruxerunt prope arcis propylæa.

Agraulos fuit Minervæ sacerdos, ut ait Philochorus.

16.

Areopagus, collis in Athenarum urbe, ut Apollodorus

ᾧ τὰς φονικὰς κρίσεις ἐδίκαζον διὰ τὰς ἀπὸ τοῦ σιδήρου γιγνομένας μιαιφονίας. Φιλόχορος δὲ ἐν Ἀτθίδος δευτέρῳ βιβλίῳ, ὅτι τὸν Ἁλιῤῥόθιον τὸν Ποσειδῶνος ἀποθανεῖν βιαζόμενον ὑπὸ Ἄρεως διὰ τὴν Ἀλκίππην τὴν αὐτοῦ θυγατέρα.

Pro ὅτι τὸν Ἁλ. etc. Heynius ad Apollod. III, 14, 2 probabiliter scripsit: Διὰ τὸ τὸν Ἁλιῤῥόθιον τ. Π. ἀποθανεῖν ὑπὸ Ἄρεως, βιαζόμενον τὴν Ἀλκίππην, τὴν αὐτοῦ θυγατέρα.

17.

Maximus in prooemio ad S. Dionysii Areopagitæ Opera, Antverp. 1634, vol. II, p. 34: Ἐδίκαζον οὖν Ἀρεοπαγῖται περὶ πάντων σχεδὸν τῶν σφαλμάτων καὶ παρανομιῶν, ὡς ἅπαντά [?] φησιν Ἀνδροτίων ἐν πρώτῃ, καὶ Φιλόχορος ἐν δευτέρᾳ καὶ τρίτῃ τῶν Ἀτθίδων.

18.

Athen. II, 2, p. 38, C. : Φιλόχορος δέ φησιν Ἀμφικτύονα τὸν Ἀθηναίων βασιλέα, μαθόντα παρὰ Διονύσου τὴν τοῦ οἴνου κρᾶσιν, πρῶτον κεράσαι. Διὸ καὶ ὀρθοὺς γενέσθαι τοὺς ἀνθρώπους οὕτω πίνοντας, πρότερον ὑπὸ τοῦ ἀκράτου καμπτομένους· καὶ διὰ τοῦτο ἱδρύσασθαι βωμὸν Ὀρθοῦ Διονύσου ἐν τῷ τῶν Ὡρῶν ἱερῷ. Αὗται γὰρ καὶ τὸν τῆς ἀμπέλου καρπὸν ἐκτρέφουσι. Πλησίον δ' αὐτοῦ καὶ ταῖς Νύμφαις βωμὸν ἔδειμεν, ὑπόμνημα τοῖς χρωμένοις τῆς κράσεως ποιούμενος. Καὶ γὰρ Διονύσου τροφοὶ αἱ Νύμφαι λέγονται· καὶ θεσμὸν ἔθετο προσφέρεσθαι μετὰ τὰ σῖτα ἄκρατον, μόνον ὅσον γεύσασθαι, δεῖγμα τῆς δυνάμεως τοῦ ἀγαθοῦ θεοῦ, τὸ δὲ λοιπὸν ἤδη κεχραμένον, ὁπόσον ἕκαστος βούλεται· προσεπιλέγειν δὲ τούτῳ τὸ τοῦ Διὸς σωτῆρος ὄνομα, δια.... καὶ μνήμης ἕνεκα τῶν πινόντων, ὅτι οὕτω πίνοντες ἀσφαλῶς σωθήσονται.

Lacunam post ὄνομα Joann. Levinius apud Casaubonum ita explevit : διδαχῆς καὶ μν. ἕν. Ceterum cf. Athen. IV, 24, p 179.

19.

Idem XV, 14, p. 693, D: Φιλόχορος δ' ἐν δευτέρῳ Ἀτθίδος, « Καὶ θέσμιον, φησὶν, ἐτέθη τότε προσφέρεσθαι μετὰ τὰ σιτία πᾶσιν ἀκράτου μὲν ὅσον γεῦμα καὶ δεῖγμα τῆς δυνάμεως τοῦ ἀγαθοῦ θεοῦ, τὸν δὲ λοιπὸν ἤδη κεχραμένον. Δι' ὃ καὶ τροφοὺς τοῦ Διονύσου τὰς νύμφας ὀνομασθῆναι. »

20.

Id. II, 2, p. 37, E: Φιλόχορος δέ φησιν ὅτι οἱ πίνοντες οὐ μόνον ἑαυτοὺς ἐμφανίζουσιν οἵτινες εἰσὶν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον ἀνακαλύπτουσι παῤῥησίαν ἄγοντες.

21.

Idem XIV, 6, p. 628, A: Φιλόχορός φησιν, ὡς οἱ παλαιοὶ σπένδοντες οὐκ ἀεὶ διθυραμβοῦσιν, ἀλλ' ὅταν σπένδωσι, τὸν μὲν Διόνυσον ἐν οἴνῳ καὶ μέθῃ, τὸν δ' Ἀπόλλωνα μεθ' ἡσυχίας καὶ τάξεως μέλπουσιν.

Hermannus ad Arist. Poet. p. 90 reposuit μέλπουσι pro vulgata μέλποντες·

22.

Jo. Malala Chronogr. p. 18, C (ed. Venet. 1733), postquam auctore Dinarcho dixit, Dionysum Delphis mortuum et sepultum esse, ita pergit: Ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ σοφώτατος Φιλόχορος τὰ αὐτὰ συνεγράψατο. Ἐν ᾗ ἐκθέσει εἶπε περὶ τοῦ αὐτοῦ Διονύσου· « Ἔστιν ἰδεῖν τὴν ταφὴν αὐτοῦ ἐν Δελφοῖς παρὰ τὸν Ἀπόλλωνα τὸν χρυσοῦν. Βάθρον δέ τι εἶναι ὑπονοεῖται ἡ σορὸς, ἐν ᾧ γράφεται· Ἐνθάδε κεῖται θανὼν Διόνυσος ὁ ἐκ Σεμέλης. »

---

libro nono de diis, in quo cædis ferro perpetratæ caussas judicabant. Philochorus vero secundo Atthidis libro auctor est, eum inde nomen accepisse, quod Halirrhothius ὑπὸ Ἄρεος, i. e. a Marte, cujus filiæ vim intulisset, occisus fuerit.

17.

Judicabant igitur Areopagitæ fere de omnibus peccatis et delictis, sicut Androtio in primo, et Philochorus in secundo et tertio Atthidum libro aiunt.

18.

Scribit Philochorus, Amphictyonem regem Atheniensium, quum a Baccho didicisset vini temperandi rationem, primum diluisse : et propterea, qui sic mixtum biberunt homines, rectos ambulasse, quum antea curvi ob meri potum incederent : ob idque beneficium aram Recto Baccho posuisse in Horarum delubro, quoniam vitis fructum Horæ enutriant educentque. Juxta illam vero (ut ait idem auctor) Nymphis quoque exstruxit aram, documentum futurum bibituris, temperandum esse vinum; quia Nymphæ Bacchi nutrices fuisse perhibentur. Legemque instituit, ut captis cibis primum meri nonnihil sumerent, gustandi solum caussa, quo Boni Dei quanta vis esset declararent; deinde vero ut temperatum biberent, quantum quisque vellet : denique ut super hoc *Jovis servatoris* invocarent nomen, quo monerentur recordarenturque bibentes, se, eo modo si biberent, certo salvos incolumesque futuros.

19.

Philochorus dicit secundo libro Rerum Atticarum : « Etiam lege quadam tunc sancitum est, ut post captos cibos sumeretur meri tantum quantum satis esset ad gustandam et ex specimine quodam cognoscendam Boni Dei vim, reliquum vero deinde temperatum. Quare etiam nutrices Bacchi nominatæ sunt Nymphæ. »

20.

Philochorus ait, qui bibunt, hos non modo sese prodere quales sint, verum etiam loquendi licentia, qua utantur, alterius cujusvis prodere secreta.

21.

Philochorus ait, veteres non semper, quoties libarent, dithyrambis esse usos; sed libantes, inquit, Bacchum quidem vino madidos temulentosque cecinisse, Apollinem vero placide et modeste.

22.

Eodem modo eadem de re scripsit sapientissimus Philochorus in expositione de Baccho, dicens : « Conspicitur ejus sepulcrum Delphis juxta Apollinem Aureum. Gradus quidam esse videtur ejus sepulcrum, in quo scriptum est: Bacchus, Semeles filius, hic jacet sepultus. »

23.

Euseb. Arm. N. 710, p. 292 ed. Mai: *Ut nonnulli aiunt, Bacchi gesta, resque ejus in India; item Lycurgi et Actæonis et Penthei; et quomodo Bacchus in prælio adversatus periit, ut dicit Dinarchus poeta, non rhetor. Qui autem voluerit, licet ei adhuc spectare Bacchi sepulcrum Delphis juxta aureum Apollinem. Jam Bacchus copiarum dux repræsentatur muliebri habitu, quia copiis, quibus præerat, feminæ fuerunt immixtæ: viris enim et feminis ad bellum æque utebatur, ut narrat Philochorus in secundo.*

Syncellus p. 162, C: Διονύσου πράξεις καὶ τὰ περὶ Ἰνδοὺς, Λυκοῦργόν τε καὶ Ἀκταίωνα καὶ Πενθέα, ὅπως τε Περσεῖ συστὰς εἰς μάχην ἀναιρεῖται, ὥς φησι Δείναρχος ὁ ποιητὴς, οὐχ ὁ ῥήτωρ. Τῷ δὲ βουλομένῳ πάρεστιν ἰδεῖν αὐτοῦ τὴν ταφὴν ἐν Δελφοῖς παρὰ τὸν Ἀπόλλωνα τὸν χρυσοῦν. ... Βάθρον δέ τι νομίζεται τοῖς ἀγνοοῦσιν ὁ Διονύσου τάφος, στρατηγὸς δὲ δοκεῖ γενέσθαι, καὶ οὕτω γράφεται θηλύμορφος διά τε ἄλλας αἰσχρὰς αἰτίας καὶ διὰ τὸ μιξόθηλυν στρατὸν ὁπλίζειν· ὥπλιζε γὰρ σὺν τοῖς ἄῤῥεσι τὰς θηλείας, ὥς φησιν ὁ Φιλόχορος ἐν δευτέρῳ.

Cf. Scaliger. Thes. temp. p. 122.

24.

Harpocrat. v. Κοβαλεία: ... Κοβαλεία ἐλέγετο ἡ προσποιητὴ μετὰ ἀπάτης παιδιὰ, καὶ κόβαλος ὁ ταύτῃ χρώμενος. Ἔοικε δὲ συνώνυμον τῷ βωμολόχῳ. Φιλόχορος ἐν δευτέρῳ Ἀτθίδος· «Οὐ γὰρ, ὥσπερ ἔνιοι λέγουσι, βωμολόχον τινὰ καὶ κόβαλον γίνεσθαι νομιστέον τὸν Διόνυσον.»

Eadem referunt Schol. ad Arist. Equit. 415, Suidas v. Κοβαλεία, Phavorinus et Photius in Lex. ab Herm. edit. p. 130.

25.

Harpocrat. v. Κανηφόροι: Φιλόχορος ἐν δευτέρᾳ Ἀτθίδος φησὶν, ὡς Ἐριχθονίου βασιλεύοντος πρῶτον κατέστησαν αἱ ἐν ἀξιώματι παρθένοι φέρειν τὰ κανᾶ τῇ θεῷ ἐφ' οἷς ἐπέκειτο τὰ πρὸς τὴν θυσίαν τοῖς τε Παναθηναίοις καὶ ταῖς ἄλλαις πομπαῖς.

Eadem habes apud Suidam v. Κανηφόροι et in Photii Lex. p. 97 Herm.

26.

Schol. Aristoph. Vesp. 544: Ἐν τοῖς Παναθηναίοις οἱ γέροντες θαλλοὺς ἔχοντες ἐπόμπευον. ... Ὁ μέντοι Δικαίαρχος ἐν τῷ Παναθηναϊκῷ, οὐκ οἶδα ἐξ ὅτου ποτὲ, καὶ τὰς γραῦς ἐν τοῖς Παναθηναίοις ὑπείληφε θαλλοφορεῖν, πολλῶν ἀλλήλοις ὁμολογούντων περὶ τοῦ μόνους τοὺς πρεσβύτας θαλλοφορεῖν, Ξενοφῶντος μὲν ἐν τῷ Συμποσίῳ, Φιλοχόρου δὲ ἐν τῇ δευτέρᾳ· ὅς γε καὶ τὸν καταδόντα τὸ ἔθος Ἐριχθόνιον συνίστησι.

Eadem exhibet Phavorinus v. Θαλλοφόροι.

27.

Harpocr. v. Εὐανδρία: Παναθηναίοις εὐανδρίας ἀγὼν ἤγετο. Ἀνδοκίδης δ' ἐν τῷ κατ' Ἀλκιβιάδου δηλοῖ καὶ Φιλόχορος. Ad hoc certamen respicere videtur Xen. Symp. IV, 17: Θαλλοφόρους τῇ Ἀθηνᾷ τοὺς καλοὺς γέροντας ἐκλέγονται.

28.

Euseb. Arm. N. 611, p. 287 ed. Mai: *Eleusine regnavit Celeus Triptolemi æqualis, quem tradit Philochorus longa nave circumeuntem distribuisse triticum: navim autem creditam esse serpentem volucrem, quia forma ejusmodi prædita erat.*

Eadem Syncellus p. 158, D: Ἐλευσῖνος πόλεως Κελεὸς ἐβασίλευσε, καθ' ὃν Τριπτόλεμος ἦν, ὅν φησιν ὁ Φιλόχορος μακρῷ πλοίῳ προσβαλόντα ταῖς πόλεσι τὸν σῖτον διαδοῦναι. Ὑπονοεῖσθαι δὲ πτερωτὸν ὄφιν εἶναι τὴν ναῦν, ἔχειν δέ τι καὶ τοῦ σχήματος.

Cf. Apollodor. III, 14, 7; Scaliger. Thes. temp. p. 116.

23.

Bacchi acta et res ab eo adversus Indos, Lycurgum, Actæonem et Pentheum gestæ; ut commisso in Perseum prælio mortem oppetierit, ut Dinarchus poeta, non ille rhetor, commemorat. Qui autem voluerit, potest inspicere ejus sepulcrum Delphis juxta Apollinem Aureum. Gradus quidam esse creditur ignaris Bacchi sepulcrum. Videtur autem dux esse copiarum, atque talis repræsentatur muliebri corpore et propter alias res inhonestas et propter mulieres viris admixtas in ejus exercitu militantes: nam viros pariter ac mulieres armabat, ut ait Philochorus libro secundo.

24.

Κοβαλεία vocabatur fictus ludus jocusve dolo et fallacia conjunctus: et κόβαλος, qui hunc ludum ludit: idem significare videtur ac βωμολόχος. Philochorus Atthidis libro secundo: «Nec enim, ut quidam aiunt, Dionysum scurram et deceptorem fuisse (κόβαλον) existimandum est.»

25.

Philochorus secundo libro Atthidis dicit, Erichthonio regnante virgines nobiles primum lectas fuisse, quæ in Panathenæis et in aliis pompis Minervæ canistra ferrent, in quibus inerant ea, quæ ad sacrificia pertinebant.

26.

In Panathenæis senes ramos gestantes pompam ducebant. Dinarchus tamen in Panathenaico, nescio unde tandem, statuit etiam vetulas ramos prætulisse; quum tamen multi inter se consentientes de senibus tantum thallophoris loquantur, Xenophon in Symposio et Philochorus libro secundo; qui etiam institutorem hujus moris Erichthonium affert.

27.

In Panathenæis pulchritudinis inter viros certamen celebrabatur (sc. ut eo certamine pulcherrimos senes eligerent, qui Minervæ thallophori essent), quod Andocides declarat in oratione adversus Alcibiadem, et Philochorus.

28.

Eleusine Celeus regnabat coævus Triptolemo, quem Philochorus ait longa navi ad urbes accessisse et frumenta distribuisse; obtinere autem opinionem, ejus navem fuisse serpentem pennatum, habuisse autem ejusmodi fere speciem.

29.

Nat. Com. III, 16: *Erat Iambe muliercula quædam Meganiræ* (Metaniræ) *ancilla, ut tradidit Philochorus, Panos et Echus filia, quæ quum deam mœstam videret, ridiculas narratiunculas et sales iambico metro ad commovendam deam ad risum et ad sedandum dolorem interponebat.*

In Schol. ad Nicandr. Al. 130 et ad Eurip. Or. 692 eadem referuntur, sed Philochori nulla fit mentio.

30.

Syncell. Chron. p. 161, A: Ἐρεχθέως τούτου θυγατέρα Βορέας, υἱὸς Ἀστραίου, Θρᾷξ ἥρπασεν Ὠρείθυιαν. Ὁ δὲ μῦθος τὸν ἄνεμον (sc. δηλοῖ), ὡς Φιλόχορος ἐν δευτέρῳ φησίν.

31.

Schol. Soph. OEd. Col. 99: Πολέμων... καὶ ἄλλοις τισὶ θεοῖς νηφαλίους φησὶ θυσίας γίγνεσθαι, γράφων οὕτως· Ἀθηναῖοί τε γὰρ ἐν τοῖς τοιούτοις ἐπιμελεῖς ὄντες, καὶ τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς ὅσιοι, νηφάλια μὲν ἱερὰ θύουσι, Μνημοσύνῃ, Μούσῃ, Ἠοῖ, Ἡλίῳ, Σελήνῃ, Νύμφαις, Ἀφροδίτῃ Οὐρανίᾳ. Φιλόχορος δὲ καὶ περί τινων ἄλλων θυσιῶν τὸν αὐτὸν τρόπον δρωμένων φησὶν ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Ἀτθίδων Διονύσῳ τε καὶ ταῖς Ἐρεχθέως θυγατράσι. Καὶ οὐ μόνον θυσίας νηφαλίους, ἀλλὰ καὶ ξύλα τινά, ἐφ᾽ ὧν ἔκαιον· Κράτης μὲν οὖν ὁ Ἀθηναῖος τὰ μὴ ἀμπέλινα τῶν ξύλων πάντα νηφάλιά φησι προσαγορεύεσθαι· ὁ δὲ Φιλόχορος ἀκριβέστερόν φησι, τὰ μήτε ἀμπέλινα μήτε σύκινα, ἀλλὰ τὰ ἀπὸ τῶν θύμων νηφάλιά φησι καλεῖσθαι. Καὶ πρώτῃ φησὶν ὕλῃ πρὸς τὰς ἐμπύρους θυσίας ταύτῃ κεχρῆσθαι, παρ᾽ ὃ καὶ τοὔνομα λαβεῖν τὸν θύμον, ὡς παρὰ τὴν θυμίασιν καὶ τὴν θυὴν πεποιημένης τῆς φωνῆς.

32.

Harpocr. v. Ἐπίβοιον: Φιλόχορος ἐν δευτέρῳ φησὶν οὕτως· « Ἐὰν δέ τις τῇ Ἀθηνᾷ θύῃ βοῦν, ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ τῇ Πανδώρᾳ (edit. Bekk. Πανδρόσῳ) θύειν ὄϊν [μετὰ βοὸς], καὶ ἐκαλεῖτο τὸ θῦμα ἐπίβοιον. »

Eadem habent Phavor. et Suid. s. h. v.

33.

Harpocrat. v. Βοηδρόμια: Ἑορτή τις Ἀθήνησιν οὕτω καλουμένη, ἥν φησι Φιλόχορος ἐν δευτέρᾳ νενομίσθαι, ἐπειδὴ Ἴων ὁ Ξούθου ἐβοήθησε σπουδῇ πολεμουμένοις Ἀθηναίοις ὑπὸ Εὐμόλπου τοῦ Ποσειδῶνος, Ἐρεχθέως βασιλεύοντος.

Suidas v. Βοηδρόμια ex Harpocratione hæc transcripsit, sed Philochorum non nominavit.

34.

Phavorinus v. Βοηδρόμια: Ἑορτή τις Ἀθήνησι, οὕτω καλουμένη, ἥν φησι Φιλόχορος ... ὅτι ἐτιμᾶτο Βοηδρόμιος Ἀπόλλων. Ἐκλήθη δὲ καὶ ἡ θυσία καὶ ὁ μήν.

Prior hujus loci pars, valde mutilata, ex Harpocratione hausta est: posterior pars conferenda est cum iis, quæ in Etym. M. v. Βοηδρομιὼν leguntur.

35.

Strab. IX, p. 601 Alm. (339 Tzsch.): Οἵ τε τὴν Ἀτθίδα συγγράψαντες πολλὰ διαφωνοῦντες, τοῦτό γε ὁμολογοῦσιν, οἵ γε λόγου ἄξιοι, ὅτι, τῶν Πανδιονιδῶν τεσσάρων ὄντων, Αἰγέως τε καὶ Λύκου καὶ Πάλλαντος καὶ [τοῦ] τετάρτου Νίσου, καὶ τῆς Ἀττικῆς εἰς τέτταρα μέρη διαιρεθείσης, ὁ Νῖσος τὴν Μεγαρίδα λάχοι, καὶ κτίσαι τὴν Νίσαιαν. Φιλόχορος μὲν οὖν ἀπὸ ἰσθμοῦ μέχρι τοῦ Πυθίου διήκειν αὐτοῦ φησι τὴν ἀρχήν, Ἄνδρων δὲ μέχρι Ἐλευσῖνος καὶ τοῦ Θριασίου πεδίου.

Lenzius legendum censet Αἰγέως pro αὐτοῦ, quod Schol. ad Aristoph. Lys. 58 hæc tradat: Πανδίων διαδεξάμενος τὴν Κέκροπος βασιλείαν, προσ-

---

30.

Orithyiam, Erechthei filiam, Boreas Thrax, Astræi filius, rapuit; teste Philochoro in secundo, a vento eam raptam fabula narrat.

31.

Polemo etiam aliis quibusdam deis dicit sacra fieri abstemia, ita scribens: Athenienses enim in ejusmodi rebus solliciti ac religiosi, sacra abstemia faciunt Mnemosynæ, Musæ, Auroræ, Soli, Lunæ, Nymphis, Veneri Uraniæ. Philochorus Atthidis libro secundo de aliis quoque sacris loquitur, quæ eodem modo factitantur Baccho et Erechthei filiabus. Atque non modo sacra abstemia, sed etiam ligna quædam abstemia, quibus illa cremabant, habebant. Et Crates quidem Atheniensis præter vitem ait omnia ligna vocari abstemia; Philochorus vero accuratius dicit, neque vitis neque ficus, sed thymi lignum vocari abstemium. Atque primo dicit hoc ligno ad cremanda sacra usos esse; quare etiam thymi nomen id accepisse, quippe quæ vox a θυμίασει (suffitu) vel a θυῇ formata esset.

32.

Philochorus libro secundo sic scribit: « Si quis Minervæ bovem sacrificat, oportet eum cum bove Pandoræ quoque (*al.* Pandroso) ovem sacrificare, idque sacrificium vocabatur Epibœum. »

33.

Boedromia festum erat Athenis, quod Philochorus libro secundo institutum fuisse refert, postquam Ion, Xuthi filius, opem Atheniensibus tulerat, ab Eumolpo Neptuni filio bello vexatis, regnante Erechtheo.

34.

Boedromia festum erat Athenis, ita appellatum, quod Philochorus dicit ... quia colebatur Apollo Boedromius (*auxiliaris*). Vocabatur ita et sacrificium et mensis.

35.

Qui Atthidem scripserunt, quanquam in multis dissentiunt, in eo tamen omnes, qui quidem alicujus sunt nominis, consentiunt, quod, quum Pandionidæ essent quatuor, Ægeus, Lycus, Pallas et Nisus, Atticaque divisa esset in quatuor portiones, Nisus Megaridem sorte obtinuerit, Nisæamque condiderit. Philochorus ab Isthmo ad Pythium usque regnum ejus pertinuisse scribit, Andro usque ad Eleusinem et campum Thriasium.

κτησάμενος δὲ καὶ τὴν Μεγαρίδα, ἔνειμε τὴν χώραν εἰς δ' μοίρας, Αἰγεῖ μὲν τὴν παρὰ τῷ ἄστει μεχρὶ Πυθίου, Πάλλαντι δὲ τὴν Παραλίαν, Λύκῳ δὲ τὴν Διακρίαν, Νίσῳ δὲ τὴν Μεγαρίδα. Sed Ægei regnum non pertinebat ab urbe usque ad Isthmum, audacius vero est scribere apud Strabonem: Παρὰ τὸ ἄστυ μεχρὶ Πυθίου, quod idem Lenzius proponit. Pythium situm fuit in confinibus Megaræ, Bœotiæ, Atticæ. Igitur nihil apud Strabonem mutandum est.

36.

Schol. Eur. Hippol. 35: Τοὺς Παλλαντίδας ὑπὸ Θησέως ἀνῃρῆσθαι Φιλόχορος ἱστορεῖ οὕτω· «Πάλλαντος ἐπιθέσθαι ταῖς Ἀθήναις διανοουμένου, καὶ τὴν Σφηττίαν ὁδὸν προφανῶς διαπορευομένου ἐπὶ τὸ ἄστυ μετὰ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, οἱ τούτου παῖδες κατὰ βούλησιν τοῦ πατρὸς Γαργηττῷ ἐγκαθίζουσι μετὰ τῶν ἡλικιωτῶν, ἵν', ὅταν ἐπεξέλθωσιν οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ ὁ Πάλλας συμβάλῃ, ἐξ ἐφόδου προσπεσόντες λάβωσι τὴν πόλιν. Ἀνὴρ δέ τις, ὃς ἐκηρύκευσε τῷ Πάλλαντι, ἀπαγγέλλει τῷ Θησεῖ τὸ γινόμενον. Ὁ δὲ προσπεσὼν εὐθὺς μετὰ τῶν ἡλικιωτῶν αὐτοὺς ἀναιρεῖ.

37.

Schol. Lucian. dial. meretr. VII, p. 228, t. 8 Bip. (t. 2, p. 459, Schmied.): Ἁλῶα ἑορτή ἐστιν Ἀθήνησι, μυστήρια περιέχουσα Δημήτρος καὶ Κόρης καὶ Διονύσου ἐπὶ τῇ τομῇ τῆς ἀμπέλου, καὶ τῇ γεύσει τοῦ οἴνου καὶ τῶν ἄλλων καρπῶν· Φιλόχορος δέ φησιν ὀνομασθῆναι ἀπὸ τοῦ τότε τοὺς ἀνθρώπους τὰς διατριβὰς περὶ τὰς ἅλως ποιεῖσθαι.

Verba Φιλόχορος... ποιεῖσθαι Suid. v. Ἁλ. repetivit.

163.

Harpocr. v. Χύτροι: ... Ἔστι δὲ καὶ Ἀττική τις ἑορτὴ Χύτροι·... ἤγετο δὲ ἡ ἑορτὴ Ἀνθεστηριῶνος τρίτῃ ἐπὶ δέκα, ὥς φησι Φιλόχορος ἐν τῷ περὶ ἑορτῶν.

Eadem exstant apud Schol. ad Aristoph. Acharn. 1075 et apud Suidam h. v.

158.

Πυθίας ἀκτὰς dicit fortasse Sophocles aram Apollinis, quæ est Marathone, unde etiam theoriam mittebant. De his Philochorus in Tetrapoli ita scribit: « Quum signa a majoribus tradita in sacris apparent, tum qui ea gente orti sunt, cujus est hoc munus, theoriam mittunt, Pythiam et Deliacam, utra iis conveniat. Ubi signa deorum Delphos jubent mitti, theoriaque in eo est ut mittatur, vates quotidie sacra facit in Pythio, quod est Œnoes; ubi vero in Delum mittenda theoria, vates sacra facit eo, quem dixi, modo in Delio, quod est Marathone, atque haruspicina fit propter theoriam Pythiam in Pythio, propter Deliacam in Delio. »

DE ATHENIENSIUM LUDIS LIBRI SEPTENDECIM.

159.

Verba facit autem de his Philochorus, in hunc modum: « Athenienses, in ludis Bacchicis, prius quidem pransi potique ad spectacula se conferebant, et coronati spectabant: toto vero tempore quo agebantur ludi, vinum eis infundebatur, apponebanturque bellaria; atque etiam choris ingredientibus vinum infundebant, et finito spectaculo discedentibus rursus infundebant. « Confirmari etiam ait Pherecratis testimonio, ad ipsius usque ætatem comedisse spectantes. »

160.

Polum tragœdum Eratosthenes et Philochorus scripserunt annos septuaginta natum octo tragœdiis quatriduo decertasse paucis ante obitum diebus.

DE FESTIS.

161.

Haloa sunt festum Atticum, quod Philochorus inde nomen habere ait, quod homines hujus festi tempore in areis (ἅλωσι) versantur; id vero celebrari dicit in libro de Festis mense Posideone.

162.

Haloa, festum, quod Athenis celebratur, mysteria continens Cereris, Proserpinæ et Bacchi propter amputationem vitis et gustationem vini aliorumque fructuum. Philochorus inde id nomen habere ait, quod hoc tempore homines in areis versentur.

163

Chytri, festum Atticum; ... celebrabatur autem mensis Anthesterionis die tertia decima, ut Philochorus tradit in opere de Festis.

164.

Anti-Atticista SGerm. MS. in Schæferi Append. ad Bastii Epist. Crit. p. 16 : (editus a Bekkero Anecd. p. 86, 20) : Γενέσια· οὔσης τε ἑορτῆς τῆς δημοτελοῦς Ἀθήναις Βοηδρομιῶνος πέμπτης, Γενέσια καλουμένης, καθότι φησὶ Φιλόχορος καὶ Σόλων ἐν τοῖς ἄξοσιν, καὶ τῆς τοῦ ὀνόματος χρήσεως οὔσης Ἑλληνικῆς, τί κωλύει μὴ μόνον ἐπὶ τῆς δημοτελοῦς ἑορτῆς, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς ἰδίας ἕκαστον τάσσεσθαι;

Schæferus hunc locum ita emendat ut articulum post ἑορτῆς expungat, πεμπτῇ scribat pro πέμπτης et ἑκάστοις pro ἕκαστον, quod habet codex. Bekker. ἑκαστου. Siebelis Hesychium sequutus, qui hæc habet : Γενέσια ἑορτὴ πάνθιμος (scr. πάνδημος) Ἀθηναίοις, in nostro loco Ἀθηναίοις scribendum putat pro Ἀθήναις. De Genesiis, ut privato festo, videas Alciphr. III, 18 et 55, p. 176 Wagn.; de Genesiis, festo publico Atheniensium, cf. Pollux III, 19 et Ammon. h. v.

ΠΕΡΙ ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ.

165.

Suid. v. Εὐριπίδης : ... Οὐχ ἀληθὲς δὲ, ὡς λαχανόπωλις ἦν ἡ μήτηρ αὐτοῦ. Καὶ γὰρ τῶν σφόδρα εὐγενῶν ἐτύγχανεν, ὡς ἀποδείκνυσι Φιλόχορος.

166.

Gellius N. A. 15, 20 : «Philochorus refert in insula Salamine speluncam esse tetram et horridam, quam nos vidimus, in qua Euripides tragœdias scriptitarit.»

167.

Schol. Eurip. ad illa Hippolyti v. 73 sq. : Σοὶ τόνδε πλεκτὸν στέφανον ἐξ ἀκηράτου λειμῶνος, ὦ δέσποινα, κοσμήσας φέρω, hæc adnotavit : Οἱ μὲν ὑπέλαβον, τὸν Ἱππόλυτον στέφειν τὴν Ἄρτεμιν ἀνθίνῳ στεφάνῳ· ὁ δὲ Φιλόχορος τὴν ἐν Ἄγραις Ἄρτεμιν τῷ μὲν λόγῳ στέφεσθαί φησιν, ἐφ' ἑαυτοῦ δὲ τὸν Ἱππόλυτον ταῦτα λέγειν, ὅτι ἐμαυτὸν σοὶ ἀνατίθημι, ὦ θέα, στέφανον, τουτέστι κόσμον ἀνθηρότατον· κόσμον γὰρ εἶναι τῇ παρθένῳ τὸ μετὰ τοῦ σωφρονεστάτου τῶν νέων διημερεύειν.

Paulo post pergit : Φιλόχορος δέ φησι τῷ μὲν ξοάνῳ πλεκτὸν στέφανον προσφέρειν, τῇ δὲ θεῷ τὸν ὕμνον. Valckenarius verba τῷ μὲν λόγῳ corrupta esse existimans conjicit : τῷ μὲν λωτῷ, quod probat Siebelis, quia λόγῳ hic ferri non possit. Sed nobis dubium non est, quin voce λόγῳ hymnus significetur, quo Hippolytus Dianam coronat ex Philochori sententia, quæ postea clarius exprimitur (τῇ θεῷ τὸν ὕμνον). Statuit igitur Philochorus, si quidem scholiastes ejus sententiam recte exposuit, verbis τόνδε πλεκτὸν στέφανον Hippolytum significari et coronam, quam statuæ imponat, et hymnum, quo deam ornaturus sit, et se ipsum ut juventutis ornamentum.

Fortasse Philochorus hoc usus est exemplo ad demonstrandum Euripidis studium subtiliter loquendi.

168.

Diog. Laert. IX, 55 : Φησὶ δὲ Φιλόχορος, πλέοντος αὐτοῦ (τοῦ Πρωταγόρου) ἐς Σικελίαν, τὴν ναῦν καταποντισθῆναι, καὶ τοῦτο αἰνίττεσθαι Εὐριπίδην ἐν τῷ Ἰξίονι.

169.

Idem II, 44 : Φιλόχορος δέ φησι προτελευτῆσαι τὸν Εὐριπίδην τοῦ Σωκράτους.

ΠΕΡΙ ΘΥΣΙΩΝ α'.

170.

Athen. XIV, 13, p. 645, A : Ἀμφιφῶν· πλακοῦς Ἀρτέμιδι ἀνακείμενος, ἔχει δ' ἐν κύκλῳ καόμενα δᾴδια. ... Φιλόχορος δὲ ἀμφιφῶντα αὐτὸν κληθῆναι, καὶ εἰς τὰ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερὰ φέρεσθαι, ἔτι δὲ καὶ εἰς τὰς τριόδους, ἐπεὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐπικαταλαμβάνεται ἡ σελήνη ἐπὶ ταῖς δυσμαῖς ὑπὸ τῆς τοῦ ἡλίου ἀνατολῆς, καὶ ὁ οὐρανὸς ἀμφιφῶς γίνεται.

164.

Celebratur quidem Athenis festum publicum, cui nomen est *Genesia*, quinta die Boedromionis mensis, ut Philochorus tradit et Solon in legum tabulis : sed quum hæc vox apud omnes Græcos in usu sit, quid impedit quin ea non modo de festo publico, sed etiam de privato usurpetur?

DE EURIPIDE.

165.

Non est autem verum, matrem ejus fuisse olerum venditricem. Nam genere nobilissimo natus fuit ut demonstrat Philochorus.

167.

Nonnulli putarunt Hippolytum Dianæ imponere coronam e floribus nexam, Philochorus vero verbis quidem exprimi ait Dianam Agræam coronari, sed hæc ipsa verba de se dicere Hippolytum : « me ipsum tibi offero ut coronam » i. e., ut ornatum floridum; virgini enim in eo esse ornatum, quod cum juvene prudentissimo diem transigat.

Philochorus ait, simulacro ligneo eum coronam offerre, deæ vero hymnum.

168.

Tradit Philochorus, Protagoram in Siciliam navigantem cum nave in mare demersum esse, idque significare Euripidem in Ixione.

169.

Philochorus Euripidem dicit ante Socratem obiisse.

DE SACRIFICIIS I.

170.

Amphiphon, placenta Dianæ oblata, in circuitu faculas habens accensas. ... Philochorus vero *amphiphonta* vocari ait, et in Dianæ templis offerri, atque etiam in triviis, quoniam ea die antevertitur luna versus occidentem a solis ortu, atque adeo cœlum fit ἀμφιφῶς, i. e. luce utrimque collustratum.

171.

Athenæi XIV, 20, p. 656, A: « Ἀθηναῖοι δ', ὥς φησι Φιλόχορος, ταῖς Ὥραις θύοντες οὐχ ὀπτῶσιν ἀλλ' ἕψουσι τὰ κρέα, παραιτούμενοι τὰς θεὰς ἀπείργειν τὰ περισκελῆ καύματα καὶ τοὺς αὐχμούς, μετὰ δὲ τῆς συμμέτρου θερμασίας καὶ ὑδάτων ὡραίων ἐκτελεῖν τὰ φυόμενα. Τὴν μὲν γὰρ ὄπτησιν ἐλάττους παρέχεσθαι ὠφελείας, τὴν δὲ ἕψησιν οὐ μόνον τὴν ὠμότητα περιαιρεῖν, ἀλλὰ καὶ τὰ σκληρὰ μαλάττειν δύνασθαι, καὶ τὰ λοιπὰ πεπαίνειν. » Ἔτι δὲ εὐμενέστερον καὶ ἀκινδυνότερον πεπαίνει τὴν τροφήν· διόπερ ἑφθὸν ἐποπτᾶν οὔ φασι δεῖν οὐδ' ἐφέψειν. Τὸ μὲν γὰρ ἀνάλυσιν ἔχειν δοκεῖ τοῦ βελτίονος, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης, τὰ δὲ ὀπτὰ τῶν ἑφθῶν ὠμότερα καὶ ξηρότερα.

Fallitur Athenæus: Aristoteles Meteorol. IV, 3 dicit elixa sicciora esse assis.

172.

Etym. M. v. Θυηλαί: Παρὰ τὸ θύω, θυηλή. Κυρίως μὲν τοὺς θύλακας, εἰς οὓς τὰ θυμιάματα ἐμβάλλεται· καταχρηστικῶς δὲ πᾶσα θυσία. Θυηλαὶ οὖν αἱ ἀπαρχαὶ τῶν θυσιῶν, ἤγουν αἱ θυσίαι. Φιλόχορος, Γῆς παῖδας εἶναι θυηλάς, ἃς πρώτας θῦσαι θεοῖς.

173.

Schol. Apoll. Rhod. 1, 517: Φιλόχορος ἐν τῷ περὶ θυσιῶν φησίν, ὅτι τὸ κάλλιστον τοῦ σώματος καὶ πρωτεῦόν ἐστιν (ἡ γλῶσσα).

Hoc iisdem verbis repetitur a Phavorino s v. Γλώσσας θύειν.

174.

Natalis Comitis Mythol. IX, 18, p. 1020: « Philochorus in *libro de sacrificiis,* Minervæ consilio edoctum Œdipum inquit societate rapinæ simulata se ad Sphingem contulisse, atque, novis semper sociis Œdipo se addentibus, denique illam cum magna suorum manu oppressisse. »

Cf. Suidam v. Οἰδίπους et Tzetzam ad Lycophr. 7. Non possumus confidenter hoc fragmentum Philochoro tribuere, quum Natalis Comes mendaciis fallere soleat. Idem valet de sequenti fragmento.

175.

Natal. Comit. I, 9, p. 36: « Erant autem cantilenæ in sacris nihil aliud, quam commemorationes eorum beneficiorum, quæ dii ipsi in homines benigni contulerant, cum virium ipsorum deorum et clementiæ et liberalitatis amplificatione, et cum precibus, ut benigni ac faciles precantibus accederent, ut ait Philochorus in lib. *de sacrificiis.* »

ΠΕΡΙ ἩΜΕΡΩΝ.

176.

Schol. Pindar. Nem. III, 4: Ἱερομηνίαι δὲ λέγονται αἱ ἐν τῷ μηνὶ ἱεραὶ ἡμέραι, οἱαιδήποτε θεοῖς ἀνειμέναι· τὸν οὖν Δημητριῶνα μῆνά φησι Φιλόχορος ὅλον ψηφίσασθαι τοὺς Ἀθηναίους ἱερομηνίαν λέγεσθαι, οἷον ὅλον ἑορτήν. Ἱερομηνίαν φησὶν ἐν τούτοις· « Ἁπάντων ἡμῶν ἀγόντων ἱερομηνίαν. » Sunt verba plebisciti Attici ex Philochoro ducta, ad quem pertinet illud φησίν.

177.

Suidas s. v. Τετράδι γέγονας: Ἐπὶ τῶν ἄλλοις πονούντων· καὶ γὰρ τὸν Ἡρακλέα τετράδι γεννηθέντα Εὐρυσθεῖ ταλαιπωρῆσαι. Φιλόχορος δέ φησι καὶ ἐπὶ Ἑρμοῦ αὐτὴν δύνασθαι λέγεσθαι. Διατεθεῖσθαι δὲ Ἡρακλεῖ τὴν ἡμέραν ἐν ταύτῃ εἰς θεοὺς μεταστάντι.

Eadem legis apud Apostolium et Photium in Lexico ab Herm. ed. p. 426. Ex Photio Siebelis in Suidæ loco ἄλλοις pro ἄλλως et articulum ante ἡμέραν posuit. Vocem τετράδι de quarta mensis die, non vero de quarta luna intelligendam esse, manifestum fit ex Phavorino v. Ἀρκάς: Παροιμία ἐπὶ τῶν ἄλλοις μοχθούντων τὸ ἐν τετράδι γεννηθῆναι, κατὰ τὸν Ἡρακλέα δηλαδή, ὃς μηνὸς τετάρτῃ γεννηθεὶς ἄλλοις ἦθλει.

171.

« Athenienses, ut ait Philochorus, quum Horis sacra faciunt, non assant carnem, sed elixant; precantes deas, ut præduros æstus et siccitates arceant, ac moderato calore et tempestivis imbribus ad maturitatem perducant ea quæ e terra gignuntur. Assationem enim (existimant) minus præbere utilitatis; elixationem vero non modo cruditatem tollere, sed et dura emollire posse, et alia omnia matura et mitia reddere. » Atque etiam blandius et minore periculo mite molleque alimentum reddit elixatio. Quare etiam aiunt, elixatum nec deinde assari nec recoqui debere: hoc enim si fit, videtur dissolvi id quod optimum est, ut ait Aristoteles. Assata vero magis cruda et arida sunt, quam elixa.

172.

Θυηλαί. A θύω descendit θυηλή; proprie sacculi, in quos suffimenta injiciuntur, abusive vero quodvis sacrificium; θυηλαί sunt igitur primitiæ sacrificiorum sive sacrificia. Philochorus ait esse Terræ filias esse illas θυηλάς quas primas diis sacrificent.

173.

Philochorus in libro de Sacrificiis ait, optimam et principalem corporis partem esse linguam.

DE DIEBUS.

176.

Hieromeniæ dicuntur sacri mensis dies, quicunque diis consecrati sunt. Philochorus tradit, Athenienses decrevisse totum Demetrionem mensem vocandum esse hieromeniam, quippe qui totus esset festum. Hieromeniam dicit in his: « Nobis omnibus hieromeniam celebrantibus. »

177.

Quarta die mensis natus es; de iis, qui aliis laborant. Nam et Herculem, quarta die natum, Eurysthei jussu molestissimos labores exantlasse ferunt. Philochorus vero ait, proverbium hoc et de Mercurio dici posse. Diem autem istum Herculi attributum esse, quod eo ad deos migrarit.

178.

Schol. Homer. anonymus ad Odyss. XX, 156: Ἐπεὶ καὶ πᾶσιν ἑορτή. Τὴν νεομηνίαν πάντων τῶν θεῶν νομίζουσιν εἶναι. Ταύτην γὰρ οἱ πρόγονοι τοῖς θεοῖς ἀνέθεσαν, διὰ τὸ πρώτην αὐτὴν εἶναι τοῦ μηνός, πάσας τε τὰς ἀρχὰς προσῆψαν αὐτοῖς ὀρθῶς ποιοῦντες· τοὺς γὰρ ἁπάντων ἄρχοντας τοὺς ὁμοίους χρὴ γεραίρειν· καὶ τῶν σίτων τὰς ἀπαρχὰς πᾶσι τοῖς θεοῖς ἀπονέμομεν· τοῦ δ' Ἀπόλλωνος ταύτην εἶναι νομίζειν ἡμέραν εἰκότως, τὸ πρῶτον φῶς τῷ αἰτιωτάτῳ τοῦ πυρός· ἐκάλουν τε αὐτὸν καὶ Νεομήνιον. Ἡ ἱστορία παρὰ Φιλοχόρῳ.

Siebelis recte haud dubie scripsit τοῖς ὁμοίοις pro τοὺς ὁμοίους et νομίζομεν pro νομίζειν. Conferas Schol. ad Aristoph. Plut. 1127 et Phavorin. Lex. v. Τοὐντετράδι.

179.

Photii Lex. ab Herm. ed. p. 444: Τρίτος κρατὴρ, Διὸς τελείου, σωτῆρος· πρῶτος γὰρ τέλειος ἀριθμὸς ὁ τρία, ὅτι ἔχει ἀρχὴν καὶ τέλος καὶ μέσην, ὡς Φιλόχορος ἐν τῷ περὶ ἡμερῶν.

180.

Suidas: Ἀλκυονίδες ἡμέραι· αἱ εὐδιειναί. Περὶ τοῦ ἀριθμοῦ διαφέρονται. Σιμωνίδης γὰρ ια' φησὶν αὐτὰς καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς περὶ ζῴων· Δημαγόρας δὲ ὁ Σάμιος ζ', καὶ Φιλόχορος θ'.

Pausanias in Lexico ab Eustathio ad Il. p. 776 laudatus et Eudocia p. 35 eosdem Demagoræ et Philochori numeros afferunt, Simonidem vero et Aristotelem quinque dies Alcyonios numerare dicunt.

181.

Proclus ad Hesiod. Opp. et D. 770, p. 169, A: Φιλόχορος δὲ ἐν τῷ περὶ ἡμερῶν Ἡλίου καὶ Ἀπόλλωνος λέγει αὐτήν (ἕνην).

182.

Idem ad 780, p. 173, B: Ἱστάμενον μῆνα ὡς εἰκάδα ἔλεγον, μετὰ δὲ τοῦτο πρώτης φθίνοντος, δευτέρας φθίνοντος. Φιλόχορος δὲ πάσας τὰς τρεῖς λέγει τῆς Ἀθηνᾶς.

Moschopulus exhibet ἕως εἰκάδος, quod apud Proclum restituendum est.

183.

Idem ad 810, p. 178, B: Τὴν ἐννεακαιδεκάτην ὡς καὶ τὴν ὀκτωκαιδεκάτην τὰ πάτρια τῶν Ἀθηναίων καθαρμοῖς ἀποδίδωσι καὶ ἀποτροπαῖς· Φιλόχορος λέγει καὶ ... ἀμφότεροι ἐξηγηταὶ τῶν πατρίων ἄνδρες.

Alterius exegetæ nomen excidit.

ΔΗΛΙΑΚΑ ΒΙΒΛΙΑ β'.

184.

Clem. Alex. Admon. ad gent. p. 18, D, Sylb.: Φιλόχορος δὲ ἐν Τήνῳ Ποσειδῶνά φησι τιμᾶσθαι ἰατρόν· Κρόνον δὲ ἐπικεῖσθαι Σικελίᾳ καὶ ἐνταῦθα αὐτὸν τετάφθαι.

Quum aliunde nihil constet de hoc Neptuni cognomento Apollini plerumque tributo, Lenzius pro ἰατρὸν legi voluit ὀρθόν. Perperam. Etenim Neptunum arcte conjunctum esse cum Apolline, ita ut alter in alterius locum quasi succedat, haud paucis declaratur fabulis (v. quos de has re laudat C. Hermann. in Scient. Antiquit. Gr. § 96, 12). Inde vero etiam illud ἰατροῦ nomen explicandum esse, jam ex eo licet augurari, quod ædes, quæ in Teno insula Neptuno consecrata erat, Apollinis jussu exstructa dicebatur: v. Strabo X, p. 486, Tacit. Ann. III, 63.

185.

Idem ibid. p. 30, D: Τελεσίου τοῦ Ἀθηναίου, ὡς

178.

Neomeniam omnibus diis sacram esse credunt: hanc enim diis consecrarunt majores, quod ea est prima cujusque mensis dies. Atque omnes primitias iis consecrarunt, idque summo jure: qui enim omnium rerum sunt auctores, eos similibus oportet coli. Etiam ciborum primitias omnibus diis tribuimus. Apollini vero hanc diem esse sacram credimus, ut par est, quippe primam lucem tribuentes ignis auctori: quare eum appellabant Neomenium. Tradit hæc Philochorus.

179.

Poculum tertium, Jovis Perfectoris, Servatoris; primus enim numerus perfectus est numerus ternarius; quod habet initium, finem et medium, ut Philochorus ait in libro de Diebus.

180.

Alcyonii dies: i. e. sereni. De numero eorum scriptores inter se dissentiunt. Simonides enim undecim eos esse dicit, ut Aristoteles in Historia Animalium; Demagoras vero Samius, septem; Philochorus, novem.

181.

Philochorus in libro de Diebus primam cujusque mensis diem (ἕνην) Soli atque Apollini sacram esse dicit.

182.

Mensem ἱστάμενον (incipientem) vocabant usque ad vicesimam diem, post hanc vero dicebant prima, secunda die φθίνοντος (desinentis). Philochorus ait, omnes tres mensis partes Minervæ sacras esse.

183.

Dies undevicesima et duodevicesima ex patrio Atheniensium more tribuuntur lustrationibus et obsecrationibus, ut tradunt Philochorus et........, ambo patriorum institutorum interpretes.

DELIACORUM LIBRI DUO.

184.

Philochorus in Teno (una ex Cycladibus insulis) ait Neptunum Medicum coli, Saturnum autem jacere in Sicilia ibique esse sepultum.

185.

A Telesio Atheniensi, ut tradit Philochorus, elaborata

φησι Φιλόχορος, ἔργον εἰσὶν ἀγάλματα ἐννεαπήχη Ποσειδῶνος καὶ Ἀμφιτρίτης ἐν Τήνῳ προσκυνούμενα.

ΗΠΕΙΡΩΤΙΚΑ.

186.

Suidas v. Βούχετα: Πόλις ἐστὶ τῆς Ἠπείρου, οὐδετέρως καὶ πληθυντικῶς λεγομένη, ἥν φησι Φιλόχορος ὠνομάσθαι διὰ τὸ τὴν Θέμιν ἐπὶ βοὸς ὀχουμένην ἐλθεῖν ἐκεῖ κατὰ τὸν Δευκαλίωνος κατακλυσμόν.

Suidas repetit hæc s. v. Θέμις. Sed Harpocration. s. v. Βούχετα, ex quo Suidas hausit, habet ... ἣν Φιλοστέφανος ἐν τοῖς Ἠπειρωτικοῖς ὠνομάσθαι φησὶ διὰ τὸ τὴν κ. τ. λ., et Phavorinus h. v. exhibet Φιλοστέφανος ἐν τοῖς Φιλιππικοῖς. Suidas veram scripturam exhibere nobis videtur: nam ex Phavorino elucet, de Philostephani Epiroticis dubitatum esse, ex sequenti vero fragmento colligere possumus, Philochorum Epirotica scripsisse: atque tuentur Suidæ lectionem utraque editio Aldina Harpocrationis et Etym. M.

187.

Strab. VII, p. 379, seu 505 (40 Tzsch.): Περὶ δὲ Δωδώνης, τοὺς μὲν περιοικοῦντας τὸ ἱερόν, διότι βάρβαροι, διασαφεῖ καὶ ὁ Ὅμηρος ἐκ τῆς διαίτης, ἀνιπτόποδας, χαμαιεύνας λέγων· πότερον δὲ χρὴ λέγειν Ἕλλους, ὡς Πίνδαρος, ἢ Σελλούς, ὡς ὑπονοοῦσι παρ' Ὁμήρῳ κεῖσθαι, ἡ γραφὴ ἀμφίβολος οὖσα οὐκ ἐᾷ διισχυρίζεσθαι. Φιλόχορος δέ φησι, καὶ τὸν περὶ Δωδώνην τόπον, ὥσπερ τὴν Εὔβοιαν, Ἑλλοπίαν κληθῆναι· καὶ γὰρ Ἡσίοδον οὕτω λέγειν·

> Ἔστι τις Ἑλλοπίη, πολυλήϊος ἠδ' εὐλείμων·
> ἐνθάδε Δωδώνη τις ἐπ' ἐσχατιῇ πεπόλισται.

Οἴονται δέ, φησὶν ὁ Ἀπολλόδωρος, ἀπὸ τῶν ἑλῶν τῶν περὶ τὸ ἱερὸν οὕτω καλεῖσθαι.

Stephanus Byz. s. v. Ἑλλοπία sua sumsisse videtur ex Philochoro.

ΠΕΡΙ ΕΥΡΗΜΑΤΩΝ.

188.

Schol. Victor. ad Homer. Il. Σ, 570: Ἡ δὲ κατὰ Λίνον ἱστορία παρὰ Φιλοχόρῳ ἱστορεῖται ἐν τῇ ιθ'.

Pro ἐν τῇ ιθ' Bœckhius de Philochoro conjecit ἐν τῇ Ἀτθίδι; sed fortasse liber de Inventis appendix erat Atthidis. Vide dissert. de Philoch. scriptis.

189.

Eudocia s. Λίνος, p. 277: Λίνος, Οὐρανίας υἱός, ᾠδῆς τινος εὑρετής· ὃν ἀνεῖλεν Ἀπόλλων, ἐπεὶ τὸν λίνον καταλύσας χορδαῖς ἐνέτεινεν ὄργανον. Ὁμοίως καὶ Φιλόχορός φησιν ὑπὸ Ἀπόλλωνος ἀναιρεθῆναι, διότι πρῶτος τὸν λίνον καταλύσας χορδῇ ἐχρήσατο εἰς μουσικῆς ὄργανον.

ΠΕΡΙ ΜΑΝΤΙΚΗΣ δ'.

190.

Clem. Alex. Strom. I, p. 334, D, Sylb.: Ὀρφέα Φιλόχορος μάντιν ἱστορεῖ γενέσθαι ἐν τῷ πρώτῳ περὶ μαντικῆς.

191.

Schol. Eurip. Alcest. 971: Φιλόχορος ἐν α' περὶ μαντικῆς ἐκτίθησιν αὐτοῦ (Ὀρφέως) ποιήματα ἔχοντα οὕτως· « Οὔτοι ἀριστερὸς εἰμὶ θεοπροπίας, » ἅστινας κατέγραψεν εἰς σανίδας.

---

sunt simulacra Neptuni et Amphitrites novem cubitos æquantia, quæ in Teno adorantur.

EPIROTICA.

186.

Bucheta, urbs est Epiri, generis neutrius et pluralis numeri: quam Philochorus ait sic dictam fuisse, quod Themis tempore diluvii Deucalionei bove vecta illuc accesserit.

187.

Quod ad Dodonam attinet, eos qui circa fanum illud habitarunt, barbaros fuisse, Homerus quoque describenda eorum victus ratione demonstrat, qui illotis eos pedibus incedere, et humi cubare dicit. Qui an sint Helli appellandi, ut Pindarus facit, an vero Selli, sicut ab Homero fuisse scriptum judicant, ambiguitas scripturæ non sinit ut contendamus. Ex Philochori sententia locus circa Dodonam, itidem ut Eubœa, Hellopia dicitur: ait enim sic canere Hesiodum:

> Hellopia est quædam, pratisque agrisque referta,
> cujus in extremo Dodona est ædificata.

Censent autem, inquit Apollodorus, a paludibus (ἕλεσι), quæ sunt circa templum, sic eos dictos.

DE INVENTIS.

188.

De Lino narratur apud Philochorum libro undevicesimo.

189.

Linus, Uraniæ filius, cantum quendam invenit, quem occidit Apollo, quod lino detracto, chordas instrumento intenderat; similiter etiam Philochorus ab Apolline ait eum interfectum esse, quod primus lino detracto chordam instrumento musico accommodasset.

DE DIVINATIONE LIBRI QUATUOR.

190.

Philochorus libro primo de Divinatione Orpheum ait vatem fuisse.

191.

Philochorus libro primo de Divinatione affert Orphei carmina, in quibus sic scriptum est: « Non ignarus sum vaticiniorum. » Vaticinia hæc tabellis Orpheus inscripsit.

192.

Suidas: Ἐγγαστρίμυθος· ἐγγαστρίμαντις· ὃν νῦν τινες πύθωνα, Σοφοκλῆς, δὲ στερνόμαντιν Πλάτων ὁ φιλόσοφος Εὐρυκλέα, ἀπὸ Εὐρυκλέους τοιούτου μάντεως. ... Φιλόχορος δὲ ἐν γʹ περὶ μαντικῆς καὶ γυναῖκας ἐγγαστριμύθους. Αὗται τὰς τῶν τεθνηκότων ψυχὰς ἐξεκαλοῦντο.

Eadem leguntur apud Schol. Ruhnken. ad Platon. p. 36 et Apostolium 7, 48.

193.

Athen. XIV, 7, p. 648, D: Φιλόχορος δὲ ἐν τοῖς περὶ μαντικῆς Ἀξιόπιστον τὸν εἴτε Λοκρὸν γένος ἢ Σικυώνιον, τὸν Κανόνα καὶ τὰς Γνώμας πεποιηκέναι φησίν· ὁμοίως δὲ ἱστορεῖ καὶ Ἀπολλόδωρος.

194.

Heynius in Supplem. et Emend. Homer. vol. 5, p. 716, ad Iliad. 6, 136.

Schol. V. L.: Ἢ ὅτι χρησμὸς ἐδόθη, ἁλιέων ἐν τόπῳ Διόνυσον ἁλιέα βαπτίζοιτε· ὡς Φιλόχορος.

Sensus hujus oraculi Siebeli hic esse videtur: *Bacchum, qui aquas ferre potest, mergite marinis aquis.* Sed hæc sententia mirum in modum expressa esset. Probanda esse videtur Lobeckii emendatio (ad Soph. Ajac. 804): Ἐν δέπαϊ Διόνυσον ἀλωέα βαπτίζοιτε.

195.

Plutarch. De Pyth. orac. t. 7, p. 588 Reisk., s. Mor. p. 403, E, Frf.: Ἀλυρίου καὶ Ἡροδότου καὶ Φιλοχόρου καὶ Ἴστρου, τῶν μάλιστα τὰς ἐμμέτρους μαντείας φιλοτιμηθέντων συναγαγεῖν, ἄνευ μέτρου χρησμοὺς γεγραφότων, Θεόπομπος, οὐδενὸς ἧττον ἀνθρώπων ἐσπουδακὼς περὶ τὸ χρηστήριον, ἰσχυρῶς ἐπιτετίμηκε τοῖς μὴ νομίζουσι κατὰ τὸν τότε χρόνον ἔμμετρα τὴν Πυθίαν θεσπίζειν.

Pro Ἀλυρίου Reiskius legi vult Ἀλυπίου, ratus hoc loco sermonem esse de Alypio Andronico, quem Hieronymus in præf. ad Daniel. laudat.

196.

Zenobius Proverb. cent. V, 75: Φιλόχορός φησιν, ὅτι νύμφαι κατεῖχον τὸν Παρνασσὸν, τροφοὶ Ἀπόλλωνος, τρεῖς, καλούμεναι Θριαὶ, ἀφ' ὧν αἱ μαντικαὶ ψῆφοι θριαὶ καλοῦνται.

197.

Schol. Soph. Œd. Tyr. 21: Ἔστι παρὰ τῷ Ἰσμηνῷ Ἀπόλλωνος ἱερόν· διό φησι (Σοφοκλῆς) μαντείᾳ σποδῷ· τοῦτο δὲ ἀντὶ τοῦ βωμῷ, ὅτι διὰ τῶν ἐμπύρων ἐμαντεύοντο οἱ ἱερεῖς, ὥς φησι Φιλόχορος.

198.

Schol. Pind. Ol. XII, 10: Φιλόχορος δὲ τὰς ἐκ φήμης μαντείας, τουτέστι κληδόνας καὶ πταρμοὺς, ἢ φωνὰς, ἢ φήμας, ἢ ἀπαντήσεις σύμβολά φησι λέγεσθαι· ὡς Ἀρχίλοχος· «Μετέρχομαί σε, σύμβολον ποιουμένη.» Χρήσασθαι δὲ αὐτοῖς πρώτην Δήμητραν.

Eadem fere habet Hesychius s. v. Συμβόλους.

199.

Schol. Arist. Av. 721: Ξύμβολον ὄρνιν φασὶν, ἐπεὶ συμβόλους ἐποίουν τοὺς πρῶτα ξυναντῶντας, καὶ ἐξ ἀπαντήσεώς τι προσημαίνοντας. Ξυμβόλους δὲ καὶ τοὺς διὰ τῶν πταρμῶν οἰωνισμοὺς ἔλεγον· ἀνετίθεντο δὲ οὗτοι Δήμητρι, ὥς φησι Φιλόχορος.

200.

Schol. Arist. Ran. 1033: Τὸν Μουσαῖον παῖδα Σελήνης καὶ Εὐμόλπου Φιλόχορός φησιν· οὗτος δὲ παραλύσεις καὶ τελετὰς καὶ καθαρμοὺς συντέθεικεν. Ὁ δὲ Σοφοκλῆς χρησμολόγον αὐτόν φησι.

201.

Tertullianus De anima cap. 47: « Ceterum

192.

Ventriloquus, vaticinator e ventre, quem nonnulli Pythonem appellant, Sophocles vero στερνόμαντιν (quasi vatem ex pectore), Plato philosophus Euryclem ab Eurycle, qui talis vates fuit. Philochorus libro tertio de Divinatione etiam mulieres ventriloquas fuisse dicit: hæ mortuorum animas evocabant.

193.

Axiopistum, Locrum genere aut Sicyonium, Canonem scripsisse et Sententias Philochorus ait in libro de Divinatione. Eadem Apollodorus tradit.

194.

— vel quod oraculum datum est: *In piscatorum loco Bacchum piscatorem mergite,* ut tradit Philochorus.

195.

Quum Alyrius, Herodotus, Philochorus, et Ister, qui maxime in id incubuerunt, ut carmine dicta oracula conscriberent, oracula etiam prorsa oratione edita retulerint, Theopompus, quo nemo hominum diligentius oraculi hujus res scrutatus est, vehementer eos reprehendit, qui putarent istis temporibus Pythiam carmine non respondisse.

196.

Philochorus refert, tres Nymphas, Apollinis nutrices, Parnassum incoluisse, quæ Thriæ dicebantur; ab iisque sortes, ex quibus vates vaticinantur, appellantur *thriæ.*

197.

Est apud Ismenum templum Apollinis, quare Sophocles dicit μαντείᾳ σποδῷ, quod positum est pro βωμῷ, quia ex signis, quæ flamma victimarum in ara concrematarum dabat, vaticinabantur sacerdotes, ut tradit Philochorus.

198.

Philochorus dicit, omina ex sono sumta, i. e. a rumoribus, sternutamentis, sonis subito editis, verbis pronuntiatis, occursu hominis vel animantis vocari *symbola*; ut Archilochus ait: « Symbolum faciens ad te accedo. » His primam usam esse Cererem.

199.

Avem dicunt σύμβολον, quia συμβόλους eos esse judicabant, qui primum ipsis obviam facti ex hoc occursu aliquid prædicerent; etiam omnia ex sternutamentis capta dicebant σύμβολα. Hæc tribuebantur Cereri, ut Philochorus tradit.

200.

Musæum Philochorus dicit Lunæ et Eumolpi filium. Is Solutiones, Expiationes et Purgationes suscripsit. Sophocles eum appellat vatem.

Epicharmus etiam summum apicem inter divinationes somniis extulit cum Philochoro Atheniensi.»

202.

Idem c. 46, de somniis agens ait: «Quanti autem commentatores et affirmatores in hanc rem, Artemon, Antiphon, Strato, Philochorus, Epicharmus, Serapion, Cratippus et Dionysius Rhodius, Hermippus, tota seculi litteratura!»

203.

Fulgentius Mytholog. lib. 1, c. 13: «Laurus amica Apollinis ob hanc rem vocitata est, quia illi, qui de interpretatione somniorum scripserunt, ut Antiphon, Philochorus, et Artemon, et Serapion Ascalonites promittant in libris suis, laurum si dormientibus ad caput posueris, vera somnia esse visuros.»

Η ΠΡΟΣ ΑΛΥΠΟΝ ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

204.

Photii Lex. ab Herm. edit. p. 445: Τροπηλὶς, ἡ τῶν σκορόδων δέσμη, ἀπὸ τοῦ εἰλῆσθαι. Ἐν δὲ τοῖς σκήροις τῇ ἑορτῇ ἤσθιον σκόροδα ἕνεκα τοῦ ἀπέχεσθαι ἀφροδισίων, ὡς ἂν μὴ μύρων ἀποπνέοιεν, ὡς Φιλόχορος ἐν τῇ πρὸς Ἄλυπον ἐπιστολῇ.

Phavorinus h. v. hæc repetivit usque ad ὡς φιλόχ. Verba ἐν δὲ τοῖς σκήροις Siebelis emendavit, scribens ἐν δὲ τοῖς Σκίροις; sed fortasse non rejiciendum est, quod Phavorinus præbet: ἐν δὲ τοῖς καιροῖς τῆς ἑορτῆς.

INCERTORUM LIBRORUM FRAGMENTA.

205.

Proclus ad Hesiod. Opp. et D. 271, p. 66, B, Heins.: Ἰστέον δὲ, ὅτι υἱὸς Ἡσιόδου Μνασέας ἐστί· Φιλόχορος δὲ Στησίχορόν φησι τὸν ἀπὸ Κλυμένης.

«Forsan hoc Philochorus tradidit de Stesichoro in libro *de Alcmane*, ubi credibile est, eum hos poetas lyricos ætatis habita ratione inter se contulisse; quod et Suidas fecit v. Στησίχορος.» *Siebelis*. Pro Κλυμένης Gyraldus in Vit. Hesiodi p. XVIII, scripsit Κτημένης.

206.

Schol. Pindar. Nem. II, 1: Φιλόχορος δὲ ἀπὸ τοῦ συντιθέναι καὶ ῥάπτειν τὴν ᾠδὴν οὕτω φησὶν αὐτοὺς προσκεκλῆσθαι. Δηλοῖ δὲ Ἡσίοδος λέγων·

> Ἐν Δήλῳ τότε πρῶτον ἐγὼ καὶ Ὅμηρος ἀοιδοὶ
> μέλπομεν, ἐν νεαροῖς ὕμνοις ῥάψαντες ἀοιδὴν,
> Φοῖβον Ἀπόλλωνα.

Hoc de Rhapsodis Atthidi intexuisse videri potest Philochorus, ubi de Pisistrato ejusque filiis exposuit. *Lenz.*

207.

Athenæus IX, 11, p. 393, E: Βοῖος δ' ἐν Ὀρνιθογονίᾳ, ἢ Βοιὼ, ὥς φησι Φιλόχορος, ὑπὸ Ἄρεως τὸν Κύκνον ὀρνιθωθῆναι, καὶ παραγενόμενον ἐπὶ τὸν Σύβαριν ποταμὸν πλησιάσαι γεράνῳ.

Βοιὼ et Σύβαριν a Schweigh. reposita sunt pro Βοιῷ et Σίβαριν. De Bœo poetria vid. Pausan. X, 5, 4.

EPISTOLA AD ALYPUM.

204.

Τροπηλίς, fasciculus allii capitum, ab εἰλῆσθαι dictus. In Sciris festo vescebantur allio, ne unguenta spirarent, ut abstinerent venere. Narrat Philochorus in Epistola ad Alypum.

INCERTORUM LIBRORUM FRAGMENTA.

205.

Notandum est Hesiodi filium esse Mnaseam. Philochorus vero Stesichorum dicit ex Ctemene Hesiodo natum esse.

206.

Philochorus eos (rhapsodos) ait a componendis et nectendis carminibus nomen accepisse. Declarat hoc Hesiodus, qui dicit:

> In Delo tum primum ego et Homerus poetæ
> Cecinimus, in novis hymnis nectentes cantum,
> Phœbum Apollinem.

207.

Bœus vero in Avium generatione, sive Bœo, ut ait Philochorus, a Marte in avem mutatum esse Cygnum tradit, et, quum ad Sybarin fluvium pervenisset, congressum esse cum grue.

ISTRI

FRAGMENTA.

ἈΤΤΙΚΑ.

LIBER I.

1.

Suidas v. Τιτανίδα γῆν : ... Ἴστρος ἐν α′ Ἀττικῶν, Τιτᾶνας βοᾷν· ἐβοήθουν γὰρ τοῖς ἀνθρώποις ἐπακούοντες, ὡς Νίκανδρος ἐν α′ Αἰτωλικῶν.

Idem legitur in Photii Lexico.

2.

Apostolius XVIII, 77 : Τιτανίδα παροικεῖς, ἐπὶ τῶν φιλοθέων. Οἱ μὲν τὴν πᾶσαν γῆν, οἱ δὲ τὴν Ἀττικὴν ἀπὸ Τιτηνίου, ἑνὸς τῶν Τιτάνων ἀρχαιοτέρου, οἰκήσαντος περὶ Μαραθῶνα, ὃς μόνος οὐκ ἐστράτευσεν ἐπὶ τοὺς θεοὺς, ὡς Φιλόχορος ἐν Τετραπόλει καὶ Ἴστρος ἐν πρώτῃ τῶν Ἀττικῶν.

Vide Phavorin. s. Τιταν. γῆν, ubi eadem leguntur, paucis omissis et suppresso Istri nomine.

3.

Harpocrat. : Λαμπάς. ... Τρεῖς ἄγουσιν Ἀθηναῖοι ἑορτὰς λαμπάδας (λαμπάδος cod. Angl.), Παναθηναίοις, καὶ Ἡφαιστείοις, καὶ Προμηθείοις, ὡς Πολέμων φησὶν ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν τοῖς προπυλαίοις πινάκων. Ἴστρος δ' ἐν πρώτῃ τῶν Ἀτθίδων, εἰπὼν ὡς ἐν τῇ τῶν Ἀπατουρίων ἑορτῇ Ἀθηναίων οἱ καλλίστας στολὰς ἐνδεδυκότες, λαβόντες ἡμμένας λαμπάδας ἀπὸ τῆς ἑστίας, ὑμνοῦσι τὸν Ἥφαιστον θύοντες (sic codd.; Valesius θέοντες), ὑπόμνημα τοῦ κατανοήσαντα τὴν χρείαν τοῦ πυρὸς διδάξαι τοὺς ἄλλους.

4.

Photius in Lex. et Suidas v. Λαμπάδος ita : Ἴστρος δέ φησι λαμπάδα νομίσαι ποιεῖν πρῶτον Ἀθηναίους Ἡφαίστῳ θύοντας, ὑπόμνημα τοῦ καταν. κ. τ. λ., ut apud Harpocrat.

5.

Harpocrat. : Θεοίνια· Λυκοῦργος ἐν τῇ διαδικασίᾳ Κροκωνιδῶν πρὸς Κοιρωνίδας. Τὰ κατὰ δήμους Διονύσια Θεοίνια ἐλέγετο, ἐν οἷς οἱ γεννῆται ἐπέθυον. Τὸν γὰρ Διόνυσον Θέοινον ἔλεγον, ὡς δηλοῖ Αἰσχύλος καὶ Ἴστρος ἐν πρώτῳ Συναγωγῶν.

Phavorinus repetit verba Θεοίνια ἐλέγ. usque ad finem, scribens ἐν πρώτῃ τῶν Συναγ.

6.

Schol. Sophocl. Œd. Col. 1059 : Τὸν ἑφέσπερον. Τὸν Αἰγάλεών φησι (Σοφοκλῆς). Καὶ γὰρ τοῦτο ἐπ' ἐσχάτων ἐστὶ τοῦ δήμου τούτου. Καταλέγουσι δὲ χωρία, παρ' ἃ μάλιστα εἰκάζουσι τὴν συμβολὴν γενέσθαι τοῖς περὶ τὸν Κρέοντα καὶ Θησέα. Πέτρας δὲ νιφάδος ἂν εἴη λέγων (ὁ Σοφοκλῆς) τὴν οὕτω λεγομένην λείαν πέτραν, ἢ τὸν Αἰγάλεων λόφον, ἃ δὴ περίχωριά φασιν εἶναι, καθάπερ Ἴστρος ἐν τῇ πρώτῃ

ATTHIS. LIBER I.

1.

Terram Titaniam. ... Ister libro primo Rerum Atticarum proverbium refert : *Titanas invocare*. Opem enim hominibus ferebant, clamore eorum audito, ut Nicander libro primo Rerum Ætolicarum auctor est.

2.

Titanidem accolis. De iis, qui deos amant. Titanidem porro alii terram universam, alii Atticam intelligunt, a Titenio quodam uno ex senioribus Titanibus, qui apud Marathonem habitabat, qui solus adversus deos non belligeravit, ut ait Philochorus in Tetrapoli, et Ister libro primo Rerum Atticarum.

3.

Tria Lampadis festa agitant Athenienses : Panathenæis, Vulcanalibus, Prometheis, ut ait Polemo libro De tabulis quæ in Propylæis positæ sunt. Ister vero in primo Atthidum tradit, die festo Apaturiorum, eos ex Atheniensibus, qui pulcherrimis vestibus ornati sint, sumptis facibus accensis e foco, sacra facientes, Vulcanum laudare, ad memoriam illius in mortales beneficii prodendam, quod ignis usum ceteros docuerit.

4.

Ister ait, cursum cum facibus primum instituisse Athenienses Vulcano sacra facientes, *etc.*

5.

Theœnia, Lycurgus in Controversia Croconidarum adversus Cœronidas. Bacchanalia, quæ populi Atticæ celebrabant, Theœnia dicebantur, in quibus gentiles sacrificabant : Bacchum quippe Θέοινον vocabant, ut Æschylus declarat, et Ister in primo Collectaneorum.

6.

Ægaleum montem dicit Sophocles; hic enim in extrema parte hujus pagi situs est. Enumerant autem loca, ub maxime conflixisse Creontis et Thesei copias conjiciunt. Rupem nive candentem dicit fortasse Sophocles *rupem lævem* vel Ægaleum collem. Hæc enim loca aiunt esse vicina, ut Ister tradit libro primo Miscellaneorum : « Ab

τῶν Ἀτάκτων ἱστορεῖ, οὕτως· « Ἀπὸ δὲ τῆς παραλίας ἐπὶ μὲν λείαν πέτραν. » Καὶ μετ' ὀλίγα· « Ἀπὸ τούτου δὲ ἕως Κολωνοῦ παρὰ τὸν Χαλκοῦν προσαγορευόμενον, ὅθεν πρὸς τὸν Κηφισὸν ἕως τῆς μυστικῆς εἰσόδου εἰς Ἐλευσῖνα· ἀπὸ ταύτης δὲ βαδιζόντων εἰς Ἐλευσῖνα τὰ ἐπαριστερὰ μέχρι τοῦ λόφου τοῦ πρὸς ἀνατολὴν τοῦ Αἰγάλεω. »

LIBER III.

7.

Harpocrat. : Παναθήναια. ... Ἤγαγε δὲ τὴν ἑορτὴν πρῶτος Ἐριχθόνιος ὁ Ἡφαίστου. ... Πρὸ τούτου Ἀθήναια ἐκαλεῖτο, ὡς δεδήλωκεν Ἴστρος ἐν τρίτῃ τῶν Ἀττικῶν.

8.

Suidas : Ταυροπόλον, τὴν Ἄρτεμιν, ὅτι ὡς ταῦρος περίεισι πάντα, ὡς Ἀπολλόδωρος· Ἴστρος δ' ἐν τρίτῳ Ἀτάκτων, ὅτι τὸν ὑπὸ Ποσειδῶνος ἐπιπεμφθέντα Ἱππολύτῳ ταῦρον ἐξῴστρησεν ἐπὶ πᾶσαν γῆν.

Eadem plane exhibet Phot. Lex. In Etym. M. et apud Phavorinum nonnisi auctoris nomen prætermissum est. Apostolius auctorem quidem nominat, sed omittit ἐν τρ. Ἀτάκτ. et scribit ἔκτεινε pro ἐξ. ἐ. πᾶσ. γῆν.

LIBER IV.

9.

Schol. Sophocl. Œd. Col. 42 : Ἴστρος ἐν τῇ τετάρτῃ μητέρα τῶν Εὐμενίδων Εὐωνύμην ἀναγράφει, ἣν νομίζεσθαι Γῆν.

LIBER XII.

10.

Apostol. XIV, 40 : Ὁμολώϊος Ζεύς. Ἴστρος ἐν τῇ δωδεκάτῃ τῆς Συναγωγῆς, διὰ τὸ παρ' Αἰολεῦσι τὸ ὁμονοητικὸν καὶ εἰρηνικὸν ὅμολον λέγεσθαι. Ἔστι δὲ καὶ Δημήτηρ Ὁμολωΐα ἐν Θήβαις.

Eadem apud Photium, Suidam et Phavorinum.

11.

Schol. Aristoph. Av. 1694 : Κρήνη ἐν ἀκροπόλει ἡ Κλεψύδρα, ἧς Ἴστρος ἐν τῇ ιβ' μέμνηται, τὰ παρὰ τοῖς συγγραφεῦσιν ἀναλεγόμενος· οὕτως δὲ ὠνόμασται, ἐπειδὴ ἀρχομένων τῶν ἐτησίων πληροῦται, παυομένων δὲ λήγει, ὁμοίως τῷ Νείλῳ, ὥσπερ καὶ τὴν ἐν Δήλῳ κρήνην. Εἰς ταύτην δέ φησιν ἡματωμένην φιάλην πεσοῦσαν ὀφθῆναι ἐν τῷ Φαληρικῷ, ἀπέχοντι σταδίους εἴκοσι· φασὶ δὲ αὐτὴν ἀπέραντον βάθος ἔχειν, τὸ δὲ ὕδωρ ἁλμυρόν.

Cf. Hesych. et Phav. s. v. Κλεψύδρα et Κλεψίῤῥυτον ὕδωρ.

LIBER XIII.

12.

Plutarch. Thes. c. 34 : Ἴδιον δέ τινα καὶ παρηλλαγμένον ὅλως λόγον ὁ Ἴστρος ἐν τῇ τρισκαιδεκάτῃ τῶν Ἀττικῶν ἀναφέρει περὶ Αἴθρας, ὡς ἐνίων λεγόντων Ἀλέξανδρον μὲν, τὸν ἐν Θεσσαλίᾳ Πάριν, ὑπ' Ἀχιλλέως καὶ Πατρόκλου μάχῃ κρατηθῆναι παρὰ τὸν Σπερχειὸν, Ἕκτορα δὲ τὴν Τροιζηνίων πόλιν λαβόντα διαρπάσαι, καὶ τὴν Αἴθραν ἀπάγειν ἐκεῖ καταλειφθεῖσαν. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἔχει πολλὴν ἀλογίαν.

Scribendum videtur Ἀλέξανδρον μὲν, τὸν Πάριν, ἐν Θεσσαλίᾳ ὑπ' Ἀχ. κ. Π. κ. τ. λ.

---

ora maritima *ad rupem lævem*, » et deinde, paucis interjectis : « Ab hoc usque ad Colonum juxta locum, qui dicitur *æneus*, atque inde versus Cephisum usque ad viam mysticam, quæ Eleusinem ducit; ab eo, unde hæc via incipit, loco progredientibus ad sinistram prospectus patet usque ad collem Ægaleum, qui orientem spectat. »

LIBER III.

7.

Panathenæa. Auctor festi Erichthonius Vulcani filius, sed ante Erichthonium Athenæa dicta fuisse, Ister docuit in tertio Rerum Atticarum.

8.

Tauropolum vocant Dianam, quod tanquam taurus omnia circumeat et lustret, ut Apollodorus ait; ut Ister vero libro tertio Miscellaneorum auctor est, quod taurum in Hippolytum a Neptuno immissum per omnes terras œstro percitum agitaverit.

LIBER IV.

9.

Ister libro quarto scribit, Eumenidum matrem esse Euonymam, quæ esse Terra putetur.

LIBER XII.

10.

Jupiter Homoloius. Ister libro duodecimo Collectionis hinc parœmiam duci ait, quod Æoles consensum concordiamque pacificam ὅμολον appellent. Est etiam Ceres Homoloia Thebis.

11.

Clepsydra est fons in arce, cujus Ister libro duodecimo facit mentionem, colligens quæ scriptores de eo tradiderunt. Nomen habet inde, quod Etesiis exorientibus accrescit, cessantibus iis decrescit, similiter ac Nilus et fons, qui in Delo insula est; phialam autem cruentatam, quæ in eum incidisset, conspectam esse in Phalerico viginti stadia distante : immensam profunditatem eum habere aiunt, aquam vero ejus salsam esse.

LIBER XIII.

12.

Novam et diversam plane historiam refert de Æthra Ister, in tertio decimo libro Rerum Atticarum, prodi a quibusdam, Alexandrum Parin in Thessalia ab Achille et Patroclo pugna ad Sperchium amnem fusum fuisse, Hectorem Trœzeniorum oppidum, quum id expugnasset, diripuisse, et Æthram illic depositam abduxisse. Verum id sane quam est absonum.

13.

Harpocrat. : Ὀσχοφόροι. ... Ὁ δὲ Ἴστρος ἐν τῇ ιγ' περὶ Θησέως λέγων γράφει οὕτως· « Ἕνεκα τῆς κοινῆς σωτηρίας νομίσαι τοὺς καλουμένους ὀσχοφόρους καταλέγειν δύο τῶν γένει καὶ πλούτῳ προὐχόντων. »

Eadem habent Suidas et Phavor., sed suppresso Istri nomine.

LIBER XIV.

14.

Athen. XIII, p. 557, A : Θησεὺς Ἑλένην ἁρπάσας, ἑξῆς καὶ Ἀριάδνην ἥρπασεν. Ἴστρος γοῦν ἐν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τῶν Ἀττικῶν καταλέγων τὰς τοῦ Θησέως γενομένας γυναῖκας, φησὶ τὰς μὲν αὐτῶν ἐξ ἔρωτος γεγενῆσθαι, τὰς δ' ἐξ ἁρπαγῆς, ἄλλας δ' ἐκ νομίμων γάμων· ἐξ ἁρπαγῆς μὲν Ἑλένην, Ἀριάδνην, Ἱππολύτην καὶ τὰς Κερκυόνος καὶ Σίνιδος θυγατέρας· νομίμως δ' αὐτὸν γῆμαι Μελίβοιαν, τὴν Αἴαντος μητέρα.

15.

Photii Lex. : Θεὸς ἡ Ἀναίδεια. Ἐτιμᾶτο δὲ καὶ Ἀθήνησιν ἡ Ἀναίδεια, καὶ ἱερὸν ἦν αὐτῆς, ὡς Ἴστρος ἐν ιδ'.

Suidas s. v. Θεός eadem exhibet.

LIBER XVI.

16.

Harpocrat. : Τραπεζοφόρος. Λυκοῦργος ἐν τῷ περὶ τῆς ἱερείας ὅτι ἱερωσύνης ὄνομά ἐστιν ἡ τραπεζοφόρος· ὅτι αὐτή τε καὶ ἡ κοσμὼ συνδιέπουσι πάντα τῇ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερείᾳ, αὐτός τε ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ δεδήλωκε καὶ Ἴστρος ἐν ἕκτῃ καὶ δεκάτῃ (Bekk. ιγ') τῶν Ἀττικῶν συναγωγῶν.

Videas etiam Etym. M. et Suidam; Hesychius et Phavorinus exhibent Τραπεζὼ pro Τραπεζοφόρος.

FRAGMENTA INCERTÆ SEDIS.

17.

Scholiast. Aristoph. Lysistr. 642 : Τῇ Ἕρσῃ πομπεύουσι, τῇ Κέκροπος θυγατρὶ, ὡς ἱστορεῖ Ἴστρος.

Hesychius, Phavorinus et Suidas s. v. Ἀρρηφορ. et Ἐρρηφορ. idem referunt, omisso Istri nomine.

18.

Hygin. Astron. II, 35, Canis : « Hic dicitur ab Jove custos Europæ appositus esse, et ad Minoa pervenisse. Quem Procris Cephali uxor laborantem dicitur sanasse, et pro eo beneficio canem muneri accepisse, quod illa studiosa fuerit venationis, et quod cani fuerat datum, ne ulla fera præterire eum posset. Post ejus obitum canis ad Cephalum pervenit, quod Procris ejus fuerat uxor : quem ille ducens secum, Thebas pervenit, ubi erat vulpes, cui datum dicebatur omnes canes effugere posse. Itaque quum in unum pervenissent, Jupiter, nescius quid faceret, ut Ister ait, utrumque in lapidem convertit. »

19.

Harpocrat. : Ἐπενεγκεῖν δόρυ ἐπὶ τῆς ἐκφορᾶς καὶ προαγορεύειν ἐπὶ τῶν μνημάτων. Δημοσθένης κατ' Εὐέργου καὶ Μνησιβούλου ταῦτα φησιν ἐπὶ τοῦ βιαίως ἀποθανόντος. Ἴστρος δὲ ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν Ἀτθίδων περὶ Προκρίδος καὶ Κεφάλου εἰπὼν γράφει ταυτί· « Τινὲς δὲ ἐπὶ τοῦ τάφου δόρυ καταπεπηχότα τὸν Ἐρεχθέα φασὶ πεποιῆσθαι παρακαταθέμενόν τε καὶ τὸ πάθος σημαίνοντα, διὰ τὸ νόμιμον εἶναι τοῖς προσήκουσι τοῦτον τὸν τρόπον μετέρχεσθαι τοὺς φονέας. »

13.

Oschophori. Ister autem in tertio decimo de Theseo disserens, scribit in hunc modum : « Salutis publicæ caussa instituit, ut bini Oschophori, genere et opibus nobiles, deligerentur.

LIBER XIV.

14.

Theseus rapta Helena, deinde etiam Ariadnen rapuit. Ister libro decimo quarto Rerum Atticarum uxores Thesei recensens ait, alias earum ex amore uxores ejus factas esse, alias raptu, alias vero legitimis nuptiis : ex raptu quidem Helenam, Ariadnen, Hippolytam, et Cercyonis et Sinidis filias : legitimo vero matrimonio eum habuisse Melibœam Ajacis matrem.

15.

Dea Impudentia. Colebatur etiam Athenis Impudentia et templum habebat, ut Ister libro quarto decimo refert.

LIBER XVI.

16.

Trapezophoros est nomen sacerdotis, ut ait Lycurgus in oratione *de sacerdote ;* hæc et *cosmo* administrant omnia Minervæ sacra, ut idem orator in eadem oratione declarat et Ister libro sexto decimo Collectaneorum Atticorum.

FRAGMENTA INCERTÆ SEDIS.

17.

Hersæ, Cecropis filiæ, pompam ducunt, ut narrat Ister.

19.

In efferendo funere hastam adhibere, et ad sepulchrum proclamare. Demosthenes adversus Euergum et Mnesibulum hæc de homine dicit, qui morte periit violenta. Ister vero in collectione rerum Atticarum, postquam de Procride et Cephalo locutus est, ista scribit : « Quidam aiunt, Erechtheum in sepulchro hastam defixisse, ut cædem indicaret. Legem enim esse consanguineis, ut hoc modo interfectores persequantur. »

Partem hujus fragmenti habent etiam Suidas, Phavor. et Etym. M. h. v. Verba πεποιῆσθαι παραχ. sine dubio ex margine in textum irrepserunt. Genuinam lectionem conservasse videtur cod. Paris. qui, his verbis omissis, simpliciter habet: δόρυ καταπεπηχέναι, τὸ πάθος σημαίνοντα. In margine vero, nisi fallor, erat: τάφον ... πεποιῆσθαι δόρυ παρακαταθέμενον. Nam ἐπὶ τοῦ ante τάφου desunt in quatuor codd.

20.

Tzetz. ad Lycophr. 1327: Εὔμολπος, οὐχ ὁ Θρᾷξ κατὰ τὸν Ἴστρον ἐν τῇ Συναγωγῇ, ἀλλ' ὁ θεὶς τὰ μυστήρια, ἐκέλευσε ξένους μὴ μυεῖσθαι· ἐλθόντος δὲ τοῦ Ἡρακλέους ἐν Ἐλευσῖνι, καὶ θέλοντος μυεῖσθαι, τὸν μὲν τοῦ Εὐμόλπου νόμον φυλάττοντες, θέλοντες δὲ καὶ τὸν κοινὸν εὐεργέτην Ἡρακλέα θεραπεῦσαι, οἱ Ἐλευσίνιοι ἐπ' αὐτῷ τὰ μικρὰ ἐποιήσαντο μυστήρια· οἱ δὲ μυούμενοι μυρσίνῃ ἐστέφοντο.

Repetit hæc Phavorinus. Cf. Schol. ad Aristoph. Ran. 333. Verba ἐν τ. συναγωγῇ Siebelis ex cod. Ciz. et Viteb. I recepit.

21.

Scholiast. Soph. OEd. Col. 1046 (1108): Ζητεῖται, τί δήποτε οἱ Εὐμολπίδαι τῶν τελετῶν ἐξάρχουσι, ξένοι ὄντες. Εἴποι δ' ἄν τις, ὅτι ἀξιοῦσιν ἔνιοι, πρῶτον Εὔμολπον ποιῆσαι τὸν Δηϊόπης τῆς Τριπτολέμου τὰ ἐν Ἐλευσῖνι μυστήρια, καὶ οὐ τὸν Θρᾷκα, καὶ τοῦτο ἱστορεῖν Ἴστρον ἐν τῷ περὶ (πέμπτῳ Elmsleius ex vestigiis codicis) τῶν ἀτάκτων.

22.

Tzetz. ad Lycophr. 467: Μετὰ τὴν ὑφ' Ἡρακλέους γενομένην τῆς Τροίας ἅλωσιν Τελαμὼν Θεάνειραν, τὴν καὶ Ἡσιόνην, γέρας ὡς ἐξαίρετον ἔλαβεν, ὡς Ἴστρος ἐν Συμμίκτοις φησίν.

In nonnullis codicibus desunt verba ὡς ἐξαίρετον, ut Müller. monet.

23.

Schol. Pindar. Nem. 5, 89: Ἐν Ἀθήναις φασὶν εὑρῆσθαι τὴν παλαιστρικὴν ὑπὸ Φόρβαντος τοῦ παιδοτρίβου Θησέως. Φερεκύδης δὲ ἡνίοχον τὸν Φόρβαντά φησι Θησέως, σὺν ᾧ καὶ τὴν Ἀμαζόνα ἁρπάζει. Καὶ Πολέμων δὲ ἱστορεῖ, πάλην εὑρηκέναι Φόρβαντα Ἀθηναῖον. Ὅτι δὲ Θησεὺς παρ' Ἀθηνᾶς ἔμαθε τὴν πάλην, Ἴστρος ἱστορεῖ.

24.

Diog. Laert. II, 59: Ἴστρος φησὶν αὐτὸν (τὸν Ξενοφῶντα) φυγεῖν κατὰ ψήφισμα Εὐβούλου, καὶ κατελθεῖν κατὰ ψήφισμα τοῦ αὐτοῦ.

25.

Schol. Sophocl. OEd. Col. 673 (683): Ὁ δ' Ἴστρος τῆς Δήμητρος εἶναί (φησι) στέμμα τὴν μυρρίνην καὶ τὴν μίλακα, περὶ ἧς γίνεσθαι τὴν διαδικασίαν. Καὶ τὸν ἱεροφάντην δὲ καὶ τὰς ἱεροφάντιδας καὶ τὸν δᾳδοῦχον καὶ τὰς ἄλλας ἱερείας μυρρίνης ἔχειν στέφανον· δι' ἃ καὶ τὴν Δήμητρα προσθέσθαι ταύτην φησί.

Ad verba περὶ ἧς γίγνεσθαι τὴν διαδικασίαν Siebelis adnotat hæc: « Hoc quomodo intelligendum sit, videntur docere Hesychius et Phavorinus, qui hoc habent: Μίλιον, δένδρον ὅμοιον ἐλάτῃ, ᾧ τοὺς νέους στεφανοῦσιν ἐν ταῖς πομπαῖς· et s. v. Σμίλος, δένδρον ἐλάτῃ ὅμοιον· οἱ δὲ πρίνος, ἄλλοι σμίλακα, ᾗ στεφανοῦνται. Jam Meursius Panath. c. 22 illo priore Hesychii loco usus suspicatur, pueros smilace coronatos esse in pompa Panathenæorum: hoc si verum est, hæc διαδικασία περὶ σμίλακος erit: *certamen puerorum, qui ex ipsis hujus pompæ honore digni sint.* ... Quidni autem intelligamus pompas Bacchicas, qualis fuit vel Διονυσίων τῶν ἐν ἄστει πομπὴ apud Æschin. C. Timarch. p. 176 Wolf., vel illa, qua Bacchus Eleusina deducebatur, præsertim quum ex Euripid. Bacch. 107 sq. sciamus, coronas e smilace factas usitatas fuisse in Bacchi sacris? ... Quum vero Bacchus particeps factus esset mysteriorum Cereris, Cereri quoque smilax videtur esse attributa. »

20.

Eumolpus, non Thrax ille, sed, secundum Istrum in Collectione Atthidum, ille qui mysteria instituit, jussit peregrinos non initiari; quum vero Hercules venisset et initiari cuperet, Eleusinii, legem quidem Eumolpi servare, sed tamen Herculi, de omni genere humano optime merito, gratificari volentes, in ejus usum constituerunt parva mysteria. Qui iis initiabantur, myrto coronabantur.

21.

Quæritur, cur Eumolpidæ initiationi præsint, quamvis peregrini. Dixeris, nonnullos contendere, primum Eumolpum, filium Deiopes, quæ erat Triptolemi filia, instituisse Eleusine mysteria, non Thracem illum, idque narrare Istrum in Miscellaneis.

22.

Postquam Troja ab Hercule capta erat, Telamon accepit Theaniram, quam et Hesionam vocant, ut præmium eximium, auctore Istro in Miscellaneis.

23.

Athenis aiunt inventam esse artem luctandi a Phorbante, Thesei magistro. Pherecydes vero ait, Phorbantem Thesei aurigam fuisse, cum quo rapuerit Amazonem. Polemo quoque narrat, Phorbantem Atheniensem invenisse luctam; sed Ister tradit, Theseum esse a Minerva luctam edoctum.

24.

Ister asserit illum (Xenophontem) ex decreto Eubuli exulasse, ejusdemque postea decreto rediisse.

25.

Ister tradit, Cererem coronari myrto et smilace, de qua esset contentio; porro antistitem, antistitas, tædiferum ceterasque sacerdotes myrteam habere coronam: propterea etiam Cereri eam attribui dicit.

26.

Harpocrat. : Τριτομηνίς. ... Τὴν τρίτην τοῦ μηνὸς τριτομηνίδα ἐκάλουν. Δοκεῖ δὲ γενέθλιος τῆς Ἀθηνᾶς. Ἴστρος δὲ καὶ Τριτογένειαν αὐτήν φησι διὰ τοῦτο λέγεσθαι, τὴν αὐτὴν Σελήνην νομιζομένην.

Eadem fere exstant apud Photium et Suidam.

27.

Schol. Sophocl. OEd. Col. 697 (730) : Ἴστρος καὶ τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν (τῶν μορίων) δεδήλωκε, γράφων οὕτως· * * Ἔνιοι κλάδον τὸν τῆς ἐν Ἀκαδημίᾳ ἐλαίας, ἀπὸ τῆς ἐν ἀκροπόλει φυτευθῆναί φασιν.

Apparet Istri verba excidisse. Suidas v. Μορία, quæ de numero sacrarum olearum tradit, habent fortasse Istrum auctorem : Ἦσαν δὲ πρῶτον ιϐʹ τὸν ἀριθμὸν αἱ μεταφυτευθεῖσαι ἐκ τῆς ἀκροπόλεως εἰς Ἀκαδημίαν.

28.

Harpocrat. : Ἀνθεστηριών· ὄγδοος μὴν οὗτος παρ' Ἀθηναίοις, ἱερὸς Διονύσου. Ἴστρος δὲ ἐν τοῖς τῆς Συναγωγῆς κεκλῆσθαί φησιν αὐτὸν διὰ τὸ πλεῖστα τῶν ἐκ τῆς γῆς ἀνθεῖν τότε.

Eadem apud Phavorinum et Suidam, hic tamen Istrum non nominat. Cf. Etym. M. et Macrob. Sat. I, 12.

29.

Harpocrat. : Κοιρωνίδαι. ... Ἔστι δὲ γένος οἱ Κοιρωνίδαι, περὶ ὧν Ἴστρος ἐν τῇ συναγωγῇ τῆς Ἀτθίδος φησίν. Ὠνομασμένον δ' ἂν εἴη ἀπὸ Κοίρωνος, ὃν νόθον ἀδελφὸν εἶναί φασι τοῦ Κρόκωνος· παρ' ὃ καὶ ἐντιμοτέρους εἶναι τοὺς Κροκωνίδας.

30.

Schol. Sophocl. OEd. Col. 58 : Ἴστρος μνημονεύει τοῦ χαλκοῦ ὀδοῦ καὶ Ἀστυδάμας.

31.

Harpocrat. : Παιανιεῖς καὶ Παιονίδα. ... Εἰσὶ δὲ διττοὶ δῆμοι Παιανιέων τῆς Πανδιονίδος φυλῆς. ... διαφέρουσι δὲ οὗτοι τῶν Παιονιδῶν, ὡς Ἴστρος ἐν Ἀτάκτῳ ὑποσημαίνει. Μνημονεύουσι δὲ καὶ τούτων οἱ ῥήτορες. ... Δῆμος δέ ἐστι καὶ οὗτος τῆς Λεοντίδος.

Eadem apud Suidam, qui Istri nomen omisit. Παιονιδῶν jam a Vindingio in Hell. p. 239, in Gronov. thes. vol. 11, mutatum est in Παιανιδῶν. Παιανίδας legitur etiam in Biblioth. Coislin. p. 238. Suidas exhibet Παιονίδαι, sed paulo post Παιανιδῶν.

32.

Suidas : Περιστίαρχος, ὁ περικαθαίρων τὴν ἑστίαν καὶ τὴν ἐκκλησίαν καὶ τὴν πόλιν· ἀπὸ τῆς ἑστίας, ἢ τοῦ περιστείχειν. Ἴστρος δὲ ἐν τοῖς Ἀττικοῖς, « Περίστια, φησί, προσαγορεύεται τὰ καθάρσια· καὶ οἱ τὰ ἱερὰ καθαίροντες περιστίαρχοι· ἔξωθεν γὰρ περιέρχονται, μαχαιροφοροῦντος ἑκάστου τῶν ἱερῶν, οἰκίαις περιειλημμένοι δημοσίαις, καὶ περίδρομον ἔχοντες. »

Repetiverunt hæc Photius, Phavorinus h. v. et Apostolius XVI, 1. Περιέρχονται a Kustero restitutum est ex Photio et Apostolio pro περιέχονται. Ut idem Kusterus monet, pro μαχαιροφοροῦντος ex Photio revocandum est χοιροφοροῦντος et ex Apostolio ἱερέων οἰκίας περιειλ. δημοσίας pro οἰκίαις περιειλ. δημοσίαις.

ΑΙ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΕΠΙΦΑΝΕΙΑΙ.

33.

Harpocrat. : Φαρμακός. ... Δύο ἄνδρας Ἀθήνησιν ἐξῆγον, καθάρσια ἐσομένους τῆς πόλεως ἐν τοῖς Θαργηλίοις, ἕνα μὲν ὑπὲρ τῶν ἀνδρῶν, ἕνα δὲ ὑπὲρ τῶν γυναικῶν. Ὅτι δὲ ὄνομα κύριόν ἐστιν ὁ Φαρμακός, ἱερὰς δὲ φιάλας τοῦ Ἀπόλλωνος κλέψας ἁλοὺς ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Ἀχιλλέα κατελεύσθη, καὶ τὰ τοῖς

26.

Tertiam mensis diem τριτομηνίδα vocabant; videtur autem dies natalis esse Minervæ. Ac propterea Τριτογένειαν eam dici Ister tradit, et eandem cum Luna existimari.

27.

Ister etiam numerum sacrarum olearum indicat, scribens ..... Nonnulli autem ramum oleæ, quæ est in Academia, ab illa in Acropoli plantatum esse dicunt.

28.

Anthesterion, mensis octavus apud Athenienses, Baccho sacer. Ister in libris Collectionis eum ita dictum fuisse testatur, quod plerique terræ fœtus tunc floreant.

29.

Cœronidæ sunt gens, de quibus Ister in Collectione rerum Atticarum; nomen habere videntur a Cœrone, quem nothum fratrem esse ferunt Croconis; inde Croconidas præ Cœronidis in honore haberi.

30.

Ister mentionem facit liminis ænei et Astydamas.

31.

Pæanienses et Pæonidæ; duo sunt Pæaniensium demi, Pandionidis tribus. Differunt vero hi a Pæonidis, ut Ister in Miscellaneis significat; rhetores quoque eorum meminere; etiam hic est demus Leontidis tribus.

32.

Περιστίαρχος. Sic vocatur qui domum, concionem et urbem lustrat, ab ἑστία, i. e. focus, domus, vel a περιστείχειν, i. e. a circumeundo. Ister vero in Atticis dicit, « victimas lustrales appellari περίστια; et eos, qui templa lustrabant, περιστιάρχους. Extrinsecus enim circumibant, unoquoque sacerdotum porcellum ferente, ædes publicas circumcurrentes et ambitum agentes. »

APOLLINIS APPARITIONES.

33.

Pharmacus. Duos viros Athenis, lustrandæ civitatis caussa, in festo Thargeliorum educebant; quorum alter viros, alter feminas expiaret. Pharmacum autem nomine proprio appellari eum, qui quum sacras phialas furatus et ab Achille deprehensus esset, lapidibus sit

Θαργηλίοις ἀγόμενα τούτων ἀπομιμήματά ἐστιν, Ἴστρος ἐν πρώτῳ τῶν Ἀπόλλωνος ἐπιφανειῶν εἴρηκεν.

Fere eadem apud Phot., in Etym. M. et apud Suidam. In quattuor codd. Harpocrat. legitur ἱερεύς pro ἱεράς : sed Phot., Etym. M. et Suidas uno consensu exhibent ἱεράς.

34.

Photii Lex. : Τριττύαν θυσίαν· ... Ἴστρος δὲ ἐν μὲν Ἀπόλλωνος ἐπιφανείαις ἐκ βοῶν, αἰγῶν, ὑῶν ἀῤῥένων, πάντων τριετῶν.

35.

Plutarch. De musica t. III, p. 2081 Stephan., 1136 Francof. : Soterichus, qui contendit, Apollinem esse inventorem artis tibia et cithara canendi, ad suam sententiam probandam etiam hoc affert :

Καὶ ἡ ἐν Δήλῳ δὲ τοῦ ἀγάλματος αὐτοῦ (τοῦ Ἀπόλλωνος) ἀφίδρυσις ἔχει ἐν μὲν τῇ δεξιᾷ τόξον, ἐν δὲ τῇ ἀριστερᾷ Χάριτας, τῶν τῆς μουσικῆς ὀργάνων ἑκάστην τι ἔχουσαν· ἡ μὲν γὰρ λύραν κρατεῖ, ἡ δὲ αὐλούς, ἡ δὲ ἐν μέσῳ προκειμένην ἔχει τῷ στόματι σύριγγα. Ὅτι δ' οὗτος οὐκ ἐμὸς ὁ λόγος, Ἀντικλῆς καὶ Ἴστρος ἐν ταῖς Ἐπιφανείαις περὶ τούτων ἀφηγήσαντο.

Athen. III, 74, E : Ἴστρος δ' ἐν τοῖς Ἀττικοῖς οὐδ' ἐξάγεσθαί φησι τῆς Ἀττικῆς τὰς ἀπ' αὐτῶν γινομένας ἰσχάδας, ἵνα μόνοι ἀπολαύοιεν οἱ κατοικοῦντες· καὶ ἐπεὶ πολλοὶ ἐνεφανίζοντο διακλέπτοντες, οἱ τούτους μηνύοντες τοῖς δικασταῖς ἐκλήθησαν τότε πρῶτον συκοφάνται.

36.

Hygin. Astron. II, 40 : « Ister et complures dixerunt, Coronida Phlegyæ filiam fuisse : hanc autem ex Apolline Æsculapium procreasse, sed postea Ischyn, Elati filium, cum ea concubuisse. »

37.

Idem II, 34 : « Ister dicit Oriona a Diana esse dilectum, et pæne factum, ut ei nupsisse existimaretur. Quod quum Apollo ægre ferret, et sæpe eam objurgans nihil egisset, natantis Orionis longe caput solum videri conspicatus, contendit cum Diana, eam non posse sagittam mittere ad id, quod nigrum in mari videretur. Quæ quum se vellet in eo studio maxime artificem dici, sagitta missa caput Orionis trajecit. Itaque eum quum fluctus interfectum ad litus ejecisset, et se eum Diana percussisse plurimum doleret, multis ejus obitum prosecuta lacrimis inter sidera statuisse existimatur. »

ΠΤΟΛΕΜΑΙΣ.

38.

Xenophanem Colophonium Timæus fuisse dicit tempore Hieronis qui in Sicilia obtinuit dominatum, et Epicharmi poetæ; Apollodorus autem eum, quum natus esset quadragesima olympiade, pervenisse usque ad tempora Darii et Cyri.

78.

Postea Athenienses disceptasse cum Mitylenæis de possessione agri, ipsumque a Periandro controversiæ judice Atheniensibus adjudicatum esse, tradit Apollodorus in Chronicis.

79.

In brevem Anaximandri placitorum suorum expositionem incidit Apollodorus quoque Atheniensis, qui illum in Chronicis ait secundo anno quinquagesimæ octavæ olympiadis annum egisse ætatis sexagesimum quartum, ac paulo post obiisse diem: floruisse autem maxime sub Polycrate Samiorum tyranno.

ximander, regnum adeptus sit Ol. 62, 1, 532 a. C. Clintonus hic in mortis tempore notando (μετ' ὀλίγον) erratum suspicatur, nisi forte statuendum sit intelligi *majorem* Polycratem qui Ol. 54 floruit. (Suid. v. Ἴβυχος.)

80.

Ol. 63. 528 a. C.

Diogen. Laert. II, 3, de Anaximene Milesio: Καὶ γεγένηται μὲν, καθά φησιν Ἀπολλόδωρος, τῇ ἑξηκοστῇ τρίτῃ Ὀλυμπιάδι, ἐτελεύτησε δὲ περὶ τὴν Σάρδεων ἅλωσιν.

Sardes combustæ sunt Ol. 70, 2, 499 a. C. Itaque Diogenis locus vitio laborare videtur. Pseudo-Orig. Philos. c. 7, p. 66: Ἤκμασε περὶ ἔτος πρῶτον τῆς πεντηκοστῆς ὀγδόης Ὀλυμπιάδος. Suidas: Γέγονεν ἐν τῇ νε' (leg. νη') Ὀλυμπιάδι ἐν τῇ Σάρδεων ἁλώσει, ὅτε Κῦρος ὁ Πέρσης Κροῖσον καθεῖλεν. Certioris aliquid vix poterit constitui: v. Clinton. ad Ol. 58, 1, et p. 376 Kr., Ritter. l. l. p. 23 sq. Heynius cum Simsono verba esse transposita putat et sic constituenda: γεγένηται μὲν ... περὶ τὴν Σάρδεων ἅλωσιν, ἐτελεύτησε δὲ τῇ ξγ' Ὀλυμπιάδι.

81.

Ol. 71, 1. 500 a. C.

Diogen. Laert. II, 7, de Anaxagora: Φησὶ δ' Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς Χρονικοῖς, γεγενῆσθαι αὐτὸν τῇ ἑβδομηκοστῇ Ὀλυμπιάδι, τεθνηκέναι δὲ τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ὀγδοηκοστῆς ὀγδόης. Sic postrema correxerunt viri docti; vulgo legitur τῆς ἑβδομηκοστῆς ὀγδόης, quod errore positum fuisse indicant ipsius Laertæ verba l. l.: Λέγεται κατὰ τὴν Ξέρξου διάβασιν εἴκοσιν ἐτῶν εἶναι, βεβιωκέναι δὲ ἑβδομήκοντα δύο. Cum Apollodoro consentit Demetrius Phalereus ap. Laert. l. l. Cf. Ritter. Histor. phil. Ion. p. 203, et Schaubach. Anaxag. fragmm. p. 2 sqq.

82.

Ol. 77, 4. 469 a. C.

Diogen. Laert. II, 44, de Socrate: Ἐγεννήθη, καθά φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς Χρονικοῖς, ἐπὶ Ἀψεφίωνος (leg. Ἀφηψίωνος) ἐν τῷ τετάρτῳ ἔτει τῆς ἑβδομηκοστῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος, Θαργηλιῶνος ἕκτῃ, ὅτε καθαίρουσι τὴν πόλιν οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ τὴν Ἄρτεμιν γενέσθαι Δήλιοι φασίν. Ἐτελεύτησε δὲ τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ἐννενηκοστῆς πέμπτης Ὀλυμπιάδος, γεγονὼς ἐτῶν ἑβδομήκοντα. Cf. Plutarch. Symp. VIII, 1, Ælian. V. H. 25, Clinton. procem. p. XX.

83.

(Ol. 79. 464 a. C.)

Diogen. Laert. IX, 25: Ζήνων Ἐλεάτης. Τοῦτον Ἀπολλόδωρός φησιν εἶναι ἐν Χρονικοῖς φύσει μὲν Τελευταγόρου, θέσει δὲ Παρμενίδου. Sic cum Rossio hunc locum constituit Hübnerus. Legebatur: Τοῦτον Ἀπ. φ. ε. ἐν Χρ. Πύῤῥητος, τὸν δὲ Παρμενίδην φύσει μὲν Τελευταγόρου, θέσει δὲ Παρμενίδου.

Zeno Eleates ἤκμαζε κατὰ τὴν ἐνάτην καὶ ἑβδομηκοστὴν Ὀλυμπιάδα, Laert. IX, 29, sine dubio secundum Apollodorum. De Parmenide v. Clinton. et Krügerum l. l. p. 376.

84.

Ol. 80. 460 a. C.

Diogen. Laert. IX, 41, de Democrito: Γέγονε δὲ τοῖς χρόνοις, ὡς αὐτός φησιν ἐν τῷ μικρῷ Διακόσμῳ, νέος κατὰ πρεσβύτην Ἀναξαγόραν, ἔτεσιν αὐτοῦ νεώτερος τετταράκοντα. Συντετάχθαι δέ φησι τὸν μικρὸν Διάκοσμον ἔτεσιν ὕστερον τῆς Ἰλίου ἁλώσεως τριάκοντα καὶ ἑπτακοσίοις· γεγόνοι δ' ἂν, ὡς μὲν Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς Χρονικοῖς, κατὰ τὴν ὀγδοηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. Itaque Apollodori computatio ex ipso Democrito confirmatur. Alii aliter; v. Clinton. s. Ol. 80, 1 et Wesseling. ad Diodor. XIV, 11, qui annum 1183 a Democrito pro Trojana æra positum esse opinatus Apollodori sententiam studuit infringere.

85.

Ol. 84. 444 a. C.

Diogen. Laert. IX, 41, de Melisso, Parmenidis et Heracliti discipulo: Φησὶν Ἀπολλόδωρος ἠκμακέναι αὐτὸν κατὰ τὴν τετάρτην καὶ ὀγδοηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. Cf. Suidas v. Μέλιτος Λάρου. Plutarch. Pericl. 26; Adv. Colot. 32.

80.

Anaximenes Milesius natus est, referente Apollodoro, Olympiade sexagesima tertia, vitam finivit quo tempore Sardes captæ sunt.

81.

Apollodorus in Chronicis Anaxagoram floruisse dicit septuagesima olympiade, obiisse vero octogesimæ octavæ anno primo.

82.

Natus est Socrates, ut ait Apollodorus in Chronicis, sub Aphepsione, septuagesimæ et septimæ olympiadis anno quarto, Thargelionis mensis sexto, quo die lustrant Athenienses civitatem Dianamque natam Delii tradunt. Moritur primo anno nonagesimæ quintæ olympiadis, septuagesimo ætatis anno.

83.

Zeno Eleates. Hunc Apollodorus ait in Chronicis natura quidem Teleutagoræ, adoptione autem Parmenidis filium.

84.

Erat Democritus, ut ipse in parvo Diacosmo refert, juvenis quo tempore jam senior vivebat Anaxagoras, illo minor natu annis quadraginta. Parvum vero illum Diacosmum a se compositum refert anno post Trojæ excidium septingentesimo trigesimo. Fuerit vero, ut ait Apollodorus in Chronicis, olympiade octogesima.

85.

Floruisse Melissum quarta et octogesima Olympiade Apollodorus refert.

86.

Ol. 84. 444 a. C.

Diogen. Laert. IX, 50, de Protagora: Πρωταγόρας Ἀρτέμωνος, ἤ, ὡς Ἀπολλόδωρος καὶ Δίνων ἐν Περσικοῖς, Μαιανδρίου.

Idem IX, 56: Ἔνιοι κατὰ τὴν ὁδὸν τελευτῆσαι αὐτὸν, βιώσαντα ἔτη πρὸς τὰ ἐνενήκοντα· Ἀπολλόδωρος δέ φησιν ἑβδομήκοντα, σοφιστεῦσαι δὲ τεσσαράκοντα ἔτη (ex Platon. Menon. p. 91, E: ἀποθανεῖν ἐγγὺς ἑβδομήκοντα ἔτη γεγόνοτα, τετταράκοντα δὲ ἐν τῇ τέχνῃ ὄντα —) καὶ ἀκμάζειν κατὰ τὴν τετάρτην καὶ ὀγδοηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. V. Clinton. Fast. Hell. p. 377 Kr.

87.

Ol. 84. 442 a. C.

Diogen. Laert. VIII, 74, de Empedocle: Ἤκμασε κατὰ τὴν πδ' Ὀλυμπιάδα. Supra VIII, 52: Ἀπολλόδωρος δὲ ὁ γραμματικὸς ἐν τοῖς Χρονικοῖς φησιν· «ὡς ἦν Μέτωνος μὲν υἱὸς, εἰς δὲ Θουρίους αὐτὸν νεωστὶ παντελῶς ἐκτισμένους (Ol. 83, 3 et 84, 2) Γλαῦκος ἐλθεῖν φησιν.» Εἶθ' ὑποβάς· «οἱ δ' ἱστοροῦντες, ὡς οἴκοθεν πεφευγὼς εἰς τὰς Συρακούσας, μετ' ἐκείνων ἐπολέμει πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, τελέως ἀγνοεῖν μοι δοκοῦσιν. Ἢ γὰρ οὐκέτ' ἦν, ἢ παντελῶς ὑπεργεγηρακὼς· ὅπερ οὐ φαίνεται. Ἀριστοτέλης γὰρ αὐτὸν, ἔτι τε Ἡράκλειτον, ἑξήκοντα ἐτῶν φησὶ τετελευτηκέναι.» Ὁ δὲ πρώτην καὶ ἑβδομηκοστὴν Ὀλυμπιάδα νενικηκὼς κέλητι, τούτου πάντως ἦν ὁμώνυμος· ὥς θ' ἅμα καὶ τὸν χρόνον ὑπὸ τοῦ Ἀπολλοδώρου σημαίνεσθαι.

Ex his Clinton. s. Ol. 84, 1, Apollodori versus restituit hunc in modum:

Ἦν μὲν Μέτωνος υἱὸς, εἰς δὲ Θουρίους
αὐτὸν νεωστὶ παντελῶς ἐκτισμένους
Γλαυκὸς .... ἐλθεῖν φησιν ...
Οἱ δ' ἱστοροῦντες ὡς πεφευγὼς οἴκοθεν
εἰς τὰς Συρακόσας μετ' ἐκείνων ἐπολεμεῖ
πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, τελέως ἀγνοεῖν ἐμο
δοκοῦσιν· ἢ γὰρ οὐκ ἔτ' ἦν ἢ παντελῶς
ὑπεργεγηρακὼς· ὅπερ οὐχὶ φαίνεται.
Ἀριστοτέλης γὰρ αὐτὸν ἑξήκοντ' ἐτῶν,
ἔτι τ' Ἡράκλειταν, φησὶ τετελευτηκέναι.

Ad Apollodori calculos plus minus accedunt Gellius N. A. XVII, 21, et Euseb. Ol. 81 et 86. V. Karsten De Empedocle p. 9 et 45 sq.

88.

Diogen. Laert. VIII, 58: Γοργίαν γοῦν τὸν Λεοντῖνον αὐτοῦ (Empedoclis) γενέσθαι μαθητὴν, ἄνδρα ὑπερέχοντα ἐν ῥητορικῇ, καὶ τέχνην ἀπολελοιπότα. Ὅν φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς ἐννέα πρὸς τοῖς ἑκατὸν ἔτη βιῶναι.

Secundum Philostratum in Vita annos vixit 108, secundum Ciceron. De sen. 5: 107; secundum Pausan. VI, 17, 5: 105; secundum Lucian. Macrob. 23: 108; cum Apollodoro consentit Suidas. V. Clinton. ad an. 427, 459 et Append. p. 388 Kr.

89.

Ol. 88, 4. 428 a. C.

Diogen. Laert. III, 2, 3: Γίνεται Πλάτων, ὥς φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς, ὀγδόῃ καὶ ὀγδοηκοστῇ Ὀλυμπιάδι, Θαργηλιῶνος ἑβδόμῃ· καθ' ἣν Δήλιοι τὸν Ἀπόλλωνα γενέσθαι φασίν. Si accuratius calculos subducimus, Platonem natum videmus duobus mensibus ante Ol. 88 (87, 4. 429 a. C. Maii mensis die 21mo vel 22mo). V. Clinton. an. 429.

90.

Ol. 93, 3. 406 a. C.

Diodor. XIII, 103: Ἀπολλόδωρος δὲ, ὁ τὴν χρονικὴν σύνταξιν πραγματευσάμενος, φησὶ καὶ τὸν Εὐριπίδην κατὰ τὸν αὐτὸν ἐνιαυτὸν τελευτῆσαι.

91.

Ol. 93, 4. 405 a. C.

Diodor. XIII, 108: Successit Dario Artaxerxes Ol. 93, 4: Καθ' ὃν δὴ χρόνον καὶ Ἀντίμαχον τὸν ποιητὴν Ἀπολλόδωρος ὁ Ἀθηναῖος φησὶν ἠνθηκέναι. Cf. Plutarch. Lys. 18 et Suidas v. Ἀντίμαχος.

86.

Protagoras Artemonis, sive, ut Apollodorus et Dinon in Persicis ait, Mæandrii filius.

Quidam illum iter agentem in via defecisse dicunt, quum ad nonagesimum ætatis pervenisset annum: Apollodorus vero vixisse eum tradit septuaginta, dicendi artem exercuisse quadraginta annos, floruisse olympiade octogesima quarta.

87.

Apollodorus grammaticus in Chronicis, olymp. 84, Empedoclem Metonis filium fuisse ait, ceterum ad Thurios nuper omnino conditos venisse Glaucus ait: deinde post pauca: « Qui vero narrant domo profugum venisse Syracusas et cum illis bellasse adversus Athenienses, prorsus id mihi ignorare videntur: aut enim jam defecerat, aut omnino valde senex erat, id quod minime probatur. Namque et Aristoteles ipsum sexagesimo ætatis anno, insuper etiam Heraclitum, ait vita excessisse. » Qui vero septuagesimam et primam olympiadem vicerat eques, eodem censebatur nomine, ita ut simul tempus ab Apollodoro significetur.

88.

Gorgiam Leontinum narrant ipsius (Empedoclis) fuisse discipulum, insignem oratorem, qui et artem rhetoricam scripserit. Hunc tradit Apollodorus in Chronicis centum et novem ætatis implevisse annos.

89.

Nascitur Plato, ut dicit Apollodorus in Chronicis, octogesima octava olympiade, Thargelionis septima, qua die Delii Apollinem natum esse dicunt.

90.

Apollodorus, annalium scriptor, hoc anno (Ol. 93, 3) Euripidem quoque defunctum esse tradit.

91.

Successit Dario Artaxerxes Ol. 93, 4. Quo tempore Antimachum poetam Apollodorus floruisse tradit.

92.

Ol. 99, 1. 381 a. C.

Diogen. Laert. V, 9, de Aristotele: Φησὶ δ' Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς, γεννηθῆναι μὲν αὐτὸν τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ἐνάτης καὶ ἐνενηκοστῆς Ὀλυμπιάδος, παραβαλεῖν δὲ Πλάτωνι καὶ διατρίψαι παρ' αὐτῷ εἴκοσιν ἔτη, ἑπτακαιδεκέτη συστάντα, καὶ εἴς τε Μυτιλήνην ἐλθεῖν ἐπὶ ἄρχοντος Εὐβούλου τῷ τετάρτῳ ἔτει τῆς ὀγδόης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος· Πλάτωνος δὲ τελευτήσαντος τῷ πρώτῳ ἔτει ἐπὶ Θεοφίλου, πρὸς Ἑρμείαν ἀπᾶραι καὶ μεῖναι ἔτη τρία· ἐπὶ Πυθοδότου δ' ἐλθεῖν πρὸς Φίλιππον, τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς ἐνάτης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, Ἀλεξάνδρου πεντεκαίδεκα ἔτη ἤδη γεγονότος· εἰς δ' Ἀθήνας ἀφικέσθαι τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς ἑνδεκάτης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος· καὶ ἐν Λυκείῳ σχολάσαι ἔτη τρία πρὸς τοῖς δέκα. Εἶτα ἀπᾶραι εἰς Χαλκίδα τῷ τρίτῳ ἔτει τῆς τετάρτης καὶ δεκάτης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, καὶ τελευτῆσαι ἐτῶν τριῶν*που καὶ ἑξήκοντα νόσῳ, ὅτε καὶ Δημοσθένην καταστρέψαι ἐν Καλαυρίᾳ ἐπὶ Φιλοκλέους.

93.

Ol. 103. 368 a. C.

Diogen. Laert. VIII, 90: Γεγόνασι δὲ Εὔδοξοι τρεῖς· αὐτὸς οὗτος (sc. ὁ Κνίδιος), ἕτερος Ῥόδιος ἱστορίας γεγραφώς, τρίτος Σικελιώτης παῖς Ἀγαθοκλέους, ποιητὴς κωμῳδίας, νίκας ἑλὼν ἀστικὰς μὲν τρεῖς, Ληναϊκὰς δὲ πέντε, καθά φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς.... Ὁ δ' αὐτός φησι τὸν Κνίδιον Εὔδοξον ἀκμάσαι κατὰ τὴν τρίτην καὶ ἑκατοστὴν Ὀλυμπιάδα, εὑρεῖν τε τὰ περὶ τὰς καμπύλας γραμμάς. Ἐτελεύτησε δὲ τρίτον ἄγων καὶ πεντήκοστον ἔτος.

94.

Diogen. Laert. IX, 61, de Pyrrhone: Πύῤῥων Ἠλεῖος, Πλειστάρχου μὲν ἦν υἱός, καθὰ καὶ Διοκλῆς ἱστορεῖ, ὥς φησι δὲ Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς, πρότερον ἦν ζωγράφος.

95.

Ol. 109, 3. 342 a. C.

Diogen. Laert. X, 13, de Epicuro: Τοῦτον Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς Ναυσιφάνους (vel Λυσιφάνους) ἀκοῦσαι φησὶ καὶ Πραξιφάνους. Mox 14: Ἐγεννήθη δὲ, φησὶν Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς, κατὰ τὸ τρίτον ἔτος τῆς ἐνάτης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, ἐπὶ Σωσιγένους ἄρχοντος, μηνὸς Γαμηλιῶνος ἑβδόμῃ, ἔτεσιν ὕστερον τῆς Πλάτωνος τελευτῆς ἑπτά· ὑπάρχοντα δὲ αὐτὸν ἐτῶν δύο καὶ τριάκοντα, ἐν Μυτιλήνῃ καὶ Λαμψάκῳ πρῶτον συστήσασθαι σχολὴν ἐπὶ ἔτη πέντε· ἔπειθ' οὕτως εἰς Ἀθήνας μετελθεῖν, καὶ τελευτῆσαι κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς ἑβδόμης καὶ εἰκοστῆς καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, ἐπὶ Πυθαράτου, ἔτη βιώσαντα δύο πρὸς τοῖς ἑβδομήκοντα, τήν τε σχολὴν διαδέξασθαι Ἕρμαρχον Ἀγεμάρχου Μυτιληναῖον.

96.

Ol. 122, 2. 291 a. C.

Gellius XVII, 4, de Menandro: *Sed Apollodori, scriptoris celebratissimi, hos de Menandro versus legimus in libro, qui Chronica inscriptus est:*

Κηφισιεὺς ὢν ἐκ Διοπείθεος πατρὸς,
πρὸς τοῖσιν ἑκατὸν πέντε γράψας δράματα
ἐξέλιπε, πεντήκοντα καὶ δυοῖν ἐτῶν.

Ex istis tamen centum et quinque omnibus, solis eum octo vicisse idem Apollodorus eodem in libro scripsit.

Menander diem obiit Ol. 122, 2, a. C 291. Cum Apollodoro consentit inscriptio ap. Corsin. F. A. t. IV, p. 76, Prolegg. Aristoph. p. XXXI. V. Clinton. ad annos 291 et 342.

92.

Narrat Apollodorus in Chronicis Aristotelem natum esse anno primo nonagesimæ nonæ olympiadis, perrexisseque ad Platonem decimo septimo ætatis anno, annosque viginti apud eum fuisse commoratum. Tum vero venisse Mytilenen archonte Eubulo, quarto anno centesimæ octavæ olympiadis. Verum Platone primo anno functo vita sub Theophilo, profectum esse ad Hermiam mansisseque annos tres. Sub Pythodoto autem se contulisse ad Philippum secundo anno centesimæ nonæ olympiadis, Alexandro quintum decimum jam annum ætatis agente; Athenas vero concessisse secundo anno centesimæ undecimæ olympiadis, atque in Lyceo tredecim annos docuisse, ac demum perrexisse Chalcidem tertio anno centesimæ quartæ decimæ olympiadis, morboque periisse, quum esset annorum ferme sexaginta trium: quo etiam tempore Demosthenem in Calauria defunctum esse sub Philocle.

93.

Fuerunt Eudoxi tres: primus hic de quo loquor (sc. Æschini filius, Cnidius, astrologus, geometra, medicus), secundus Rhodius historiarum scriptor, tertius Siculus Agathoclis filius, poeta comicus, qui ter urbana vicit certamina, et quinquies Lenaica, ut Apollodorus in Chronicis ait. ... Idem vero refert Eudoxum Cnidium circa centesimam et tertiam Olympiadem claruisse atque linearum curvarum doctrinam reperisse.

94.

Pyrrho Eleus, Plistarchi filius erat, ut Diocles quoque refert, secundum Apollodorum vero in Chronicis, primum fuerat pictor.

95.

Epicurum Apollodorus in Chronicis Nausiphanem et Praxiphanem audivisse tradit. ... Nascitur autem, inquit Apollodorus in Chronicis, centesimæ nonæ Olympiadis anno tertio, sub Sosigene archonte, mensis Gamelionis die septimo, septem annis post Platonis obitum. Quum vero triginta duorum esset annorum, primum Mytilenis et Lampsaci scholam instituit annis quinque, postea Athenas migravit, ubi diem obiit anno secundo centesimæ vicesimæ septimæ olympiadis sub Pytharato, quum septuaginta et duos vitæ implesset annos. Successit illi in moderanda schola Hermarchus Agemarchi filius Mytilenæus.

97.

Ol. 123, 2. 287 a. C.

Diogen. Laert. V, 58, de Stratone Peripatetico: Σχολαρχεῖν δὲ, καθά φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς, ἤρξατο τῇ τρίτῃ καὶ εἰκοστῇ καὶ ἑκατοστῇ Ὀλυμπιάδι, τῆς σχολῆς ἀφηγησάμενος ἔτη ὀκτωκαίδεκα.

98.

Diogen. Laert. IV, 23, de Cratete Atheniensi: Τελευτῶν δὲ ὁ Κράτης, καθά φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν τρίτῳ τῶν Χρονικῶν, ἀπέλιπε βιβλία, τὰ μὲν φιλοσοφούμενα, τὰ δὲ περὶ κωμῳδίας, τὰ δὲ λόγους δημηγορικοὺς καὶ πρεσβευτικούς.

« Excidisse puto annum mortis Cratetis, quod factum nolim, quum aliunde de eo non constet. » *Heynius*. Euseb. ad Olymp. 127: *Polemo philosophus moritur, post quem Arcesilas et Crates* (cod. Armen. corrupte: *Coton*) *clari habentur*. Idem habet Syncell. p. 276, B.

99.

Diogen. Laert. IV, 28: Ἀρκεσίλαος, Σεύθου ἢ Σκύθου, ὡς Ἀπολλόδωρος ἐν τρίτῳ Χρονικῶν. V. Clinton. ad an. 315 et p. 378 sq. ed. Krüg.

100.

Syncell. Chron. p. 275, C (p. 253 ed. Dindf.): Οἱ βασιλεῖς Ποντίων δέκα κατὰ τούτους ἦρξαν τοὺς χρόνους διαρκέσαντες ἔτη σιη'· περὶ ὧν Ἀπολλόδωρος καὶ Διονύσιος ἱστοροῦσι.

101.

Ol. 143.

Diogen. Laert. VII, 184, de Chrysippo: Τοῦτον ἐν τῷ Ὠδείῳ σχολάζοντά φησιν Ἕρμιππος, ἐπὶ θυσίαν ὑπὸ τῶν μαθητῶν κληθῆναι· ἔνθα προσενεγκάμενον γλυκὺν ἄκρατον καὶ ἰλιγγιάσαντα πεμπταῖον ἀπελθεῖν ἐξ ἀνθρώπων, τρία καὶ ἑβδομήκοντα βιώσαντα ἔτη, κατὰ τὴν τρίτην καὶ τετταρακοστὴν καὶ ἑκατοστὴν Ὀλυμπιάδα, καθά φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς.

102.

Ol. 162, 4.

Diogen. Laert. IV, 65, de Carneade: Φησὶ δὲ Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς ἀπελθεῖν αὐτὸν ἐξ ἀνθρώπων ἔτει τετάρτῳ τῆς δευτέρας καὶ ἑξηκοστῆς καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, βιώσαντα ἔτη πέντε πρὸς τοῖς ὀγδοήκοντα.

103.

Phlegon De longævis, 2: Κτησίβιος ὁ ἱστοριογράφος ἔτη ἑκατὸν τέσσαρα (ἔζησεν), ἐν περιπάτῳ δὲ ἐτελεύτα, ὡς Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς Χρονικοῖς δεδήλωκεν.

Eadem Lucian. in Macrobiis 22: Συγγραφέων δὲ Κτησίβιος ἑκατὸν εἴκοσι τεσσάρων ἐτῶν ἐν περιπάτῳ ἐτελεύτησεν, ὡς Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς Χρονικοῖς ἱστορεῖ. In his εἴκοσι ante τεσσάρων delendum esse monet Meursius.

104.

Joseph. Contra Apionem II, 7: *Antiochus neque justam fecit templi deprædationem, sed egestate pecuniarum ad hoc accessit, quum non esset hostis, et socios insuper nos suos et amicos aggressus est, nec aliquid dignum derisione illic invenit. Multi et digni scriptores super hoc quoque testantur: Polybius Megalopolitanus, Strabo Cappadox, Nicolaus Damascenus, Timagenes et Castor chronographus et Apollodorus: qui omnes dicunt, pecuniis indigentem Antiochum transgressum fœdera Judæorum, et spoliasse templum auro argentoque plenum.*

ΠΕΡΙ ΓΗΣ sive ΠΕΡΙΗΓΗΣΙΣ.

LIBER I.

105.

Steph. Byz.: Ταυρόεις, πόλις Κελτικὴ, Μασσαλιωτῶν ἄποικος. Οἱ πολῖται Ταυροέντιοι. Ἀπολλόδω-

---

97.

Strato scholæ præesse cœpit, ut Apollodorus in Chronicis refert, olympiade centesima vicesima tertia, eamque annos octo et decem tenuit.

98.

Moriens Crates, ut Apollodorus in tertio Chronicorum ait, libros reliquit alios quidem philosophicos, alios de comœdia, orationes item pro concione et in legationibus habitas.

99.

Arcesilaus Seuthi sive Scythi filius, sicut Apollodorus in tertio Chronicorum ait.

100.

Ponti reges decem annis 218 regnantes imperii principium hoc tempore posuerunt; de quibus Apollodorus et Dionysius scribunt.

101.

Chrysippum in Odeo philosophantem Hermippus ait a discipulis ad sacrificium vocatum fuisse, ibique quum oblatum dulce merum hausisset, vertigine fatigari cœpisse, atque ita quinto die defunctum esse, quum septuaginta et tres vixisset annos, olympiade, ut ait Apollodorus in Chronicis, centesima quadrascesima tertia.

102.

Refert Apollodorus in Chronicis, Carneadem vita excessisse olympiadis centesimæ sexagesimæ secundæ anno quarto, quum vixisset annos octoginta quinque.

103.

Inter historicos Ctesibius centum quatuor annos natus in Peripato obiit, ut auctor est in Chronicis Apollodorus.

DE ORBE TERRARUM.

LIBER I.

105.

Taurois, urbs Celtica, Massiliensium colonia. Cives, Tauroentii. Apollodorus in primo Geographicorum, dicit

ρος ἐν πρώτῳ Γεωγραφουμένων φησὶν, ὅτι ταυροφόρος ἦν ἡ ναῦς ἡ διακομίσασα τοὺς τὴν πόλιν κτίσαντας· οἳ ἀποῤῥιφέντες ἀπὸ τοῦ στόλου τῶν Φωκαέων καὶ προσενεχθέντες αὐτόθι ἀπὸ τοῦ ἐπισήμου τῆς νεὼς τὴν πόλιν ὠνόμασαν.

Libri index ἐν πρώτῳ Γεωγραφουμένων Heynium movit, ut hoc fragmentum ex Artemidori opere geographico petitum esse mallet. Sed quæ est tituli hujus Apollodorei operis fluctuantia, non est cur auctoris nomen mutemus.

LIBER II.

106.

Idem: Ἄβυλλοι, ἔθνος πρὸς τῇ Τρωγλοδυτικῇ, ἔγγιστα τοῦ Νείλου, ὡς Ἀπολλόδωρος ἐν δευτέρῳ Περιηγήσεως. Libri περὶ γῆς.

107.

Idem: Ἀριανία (leg. Ἀριανοί), ἔθνος προσεχὲς τοῖς Καδουσίοις. Ἀπολλόδωρος δευτέρῳ.

108.

Idem: Αὔγιλα, οὐδετέρως, πόλις Λιβύης· Ἀπολλόδωρος β′ Περιηγήσεως. Ms. περὶ γῆς.

109.

Idem: Αὐσεῖς, ἔθνος Λιβύης. Ἀπολλόδωρος δευτέρᾳ Περιηγήσεως. Codd. περὶ γῆς.

110.

Idem: Γαυγάμηλα, τόπος Περσίδος. Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ Περὶ τῆς γῆς δευτέρῳ.

111.

Idem: Ἰβηρίαι δύο, ἡ μὲν πρὸς ταῖς Ἡρακλείαις στήλαις, ἀπὸ Ἴβηρος ποταμοῦ, οὗ μέμνηται Ἀπολλόδωρος ἐν τῇ Περὶ γῆς β′· «Ἐντὸς δὲ Πυρήνης Ἴβηρ τ' ἐστὶν μέγας ποταμὸς φερόμενος ἐνδοτέρῳ.» «Eadem apud Constantin. Porphyrog. De themat. II, 23, ubi locus plenior servatus. Omnino in hoc, seu potius in iis, quos exscripsit, plurium Apollodoreorum vestigia agnosco p. 11, 16, 24.» *Heynius.*

112.

Idem: Λᾶος, πόλις Λευκανίας. Ἀπολλόδωοος ἐν τῷ Περὶ γῆς δευτέρῳ.

113.

Idem: Μάρδοι, ἔθνος Ὑρκανῶν. Ἀπολλόδωρος Περὶ γῆς δευτέρῳ. Λησταὶ δ' οὗτοι καὶ τοξόται.

113 a.

Idem: Μασσύλοι, Λιβυκὸν ἔθνος. Ἀπολλόδωρος β′.

114.

Idem: Νάστος, πόλις Θρᾴκης. Γράφεται καὶ Νεστός. Ἀπολλόδωρος δευτέρᾳ Περιηγήσει. Leg. δευτέρῳ περὶ γῆς. *Heynius.*

115.

Idem: Νοῦβαι, ἔθνος Λιβύης παρὰ Νείλῳ. Ἀπολλόδωρος δευτέρῳ Περὶ γῆς. Λέγονται καὶ Νουβαῖοι, ὡς Δαβαῖοι (Berkel. Σαβαῖοι; Holsten., cui Heyn. adstipulatur, Δαμαῖοι), καὶ Νούμιδες οἱ αὐτοί.

116.

Idem: Ὀρβῖται, ἔθνος Ἰνδικὸν, ὡς Ἀπολλόδωρος δευτέρῳ περὶ Ἀλεξανδρείας. «H. e. gens habitans circa Alexandriam Indiæ; non vero, ut opus Apollodori fuerit περὶ Ἀλεξανδρείας. Monuit quoque Berkel.» *Heynius.* Verum hoc ferri nequit. Verba Ἀπολλόδ. δευτέρῳ περὶ Ἀ. ex satis vulgari veterum libros citandi more significant: Apollodori (Chronicorum) libro secundo, ubi agit de Alexandria in India ab Alexandro magno condita.

---

navem, quæ urbis conditores transvexit, pro insigni gessisse taurum, atque hos a classe Phocæensium disjectos et illuc appulsos, urbem a navis insigni nominasse.

LIBER II.

106.

Abylli, gens juxta regionem Troglodyticam, Nili proxima, uti tradidit Apollodorus lib. secundo Periegeseos.

107.

Ariani, gens Cadusiis proxima, auctore Apollodoro in libro secundo.

108.

Augila, genere neutro, urbs Libyæ, Apollodorus libro secundo Periegeseos.

109.

Auses, gens Libyæ, Apollodorus libro secundo Periegeseos.

110.

Gaugamela, locus Persidis, de quo Apollodorus libro secundo de Terra.

111.

Iberiæ duæ sunt. Altera circa columnas Herculeas, ab Ibere flumine sic dicta, cujus Apollodorus libro secundo Descriptionis terræ meminit: « Cis Pyrenen Iber est, « magnum flumen, ad mediterranea usque devolvens « undas. »

112.

Laos, urbs Lucaniæ, de qua Apollodorus libro secundo de Terra.

113.

Mardi, gens Hyrcanorum, de qua Apollodorus libro secundo de Terra. Latrones isti atque sagittarii.

113 a.

Massyli, Libycus populus. Apollodor. libro secundo.

114.

Nastus, urbs Thraciæ. Scribitur quoque Nestus, auctore Apollodoro libro secundo Periegeseos.

115.

Nubæ, gens Libyæ juxta Nilum, de qua Apollodorus libro secundo de Terra. Iidem appellantur etiam Nubæi, uti Sabæi, et Numides.

116.

Orbitæ, gens Indica, cujus meminit Apollodorus libro secundo, ubi de Alexandria agit.

117.

Idem : Παροπάμισσος, πόλεως ὄρος Ἰνδικῆς, ἀφ' οὗ Παροπαμισσάδαι οἱ παροικοῦντες. Ἀπολλόδωρος δὲ ἐν δευτέρῳ Περὶ γῆς ἀπ' αὐτῶν φησι τὸ ὄρος κεκλῆσθαι.

118.

Idem : Τόρεται, ἔθνος Ποντικόν. Ἀπολλόδωρος δευτέρῳ Περιηγήσεως. Ms. περὶ γῆς.

119.

Idem : Ὑλλεῖς, ἔθνος Ἰλλυρικόν. Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ Περὶ γῆς δευτέρῳ· « Ὑπὲρ δὲ τοὺς Ὕλλους Λιβυρνοὶ καί τινες Ἴστροι λεγόμενοι Θρᾷκες. » Καὶ τὸ θηλυκὸν Ὑλλίς. « Πρόκειται Χεῤῥόνησος Ὑλλικὴ μάλιστα Πελοποννήσου, ὥς φασι, πεντεκαίδεκα πόλεις ἔχουσα παμμεγέθεις οἰκουμένας. » Postrema inde a πρόκειται corrupta sunt, sed quid sibi velint, e Scymno Chio intelligitur. Is enim v. 404 :

Ἑξῆς δὲ μεγάλη χεῤῥόνησος Ὑλλική,
πρὸς τὴν Πελοπόννησόν τι ἐξισουμένη.
Πόλεις δ' ἐν αὐτῇ φασὶ πέντε καὶ δέκα
Ὕλλους κατοικεῖν, ὄντας Ἕλληνας γένει.

Nec tamen propterea cum Heynio putandum hos ipsos Scymni versus Ethnographum adscribere voluisse, sed cum Holstenio vindicanda sunt Apollodoro, ex quo mutatos in sua transtulit Scymnus. Eundem locum laudat Eustath. ad Periegeten p. 184, sed multo etiam contaminatiorem. Cf. Timæi fragm. 42.

120.

Idem : Ψησσοί, ἔθνος τῆς Ταυρινίας (Heyn. leg. Ταυρικῆς). Ἀπολλόδωρος ἐν δευτέρῳ Περιηγήσεως (Mss. ἐν β' περὶ γῆς)· « Ἔπειτα δ' Ἑρμώνασσα καὶ Κῆπος, τρίτον δὲ τὸ Ψησσῶν ἔθνος. »

121.

Idem : Ὠρῖται, ἔθνος Ἰνδικὸν αὐτόνομον. Στράβων (p. 720) ... καὶ Ἀπολλόδωρος δευτέρῳ·

« Ἔπειτα δ' Ὠρίτας τε καὶ Γεδρωσίους,
« ὧν τοὺς μὲν Ἰνδούς, ὡς ἐνοικοῦντας πέτραν ...

« Supplet tertio versu Ἄορνιν Scaliger ad Euseb. p. 127. Holstenius πέτραν in πέραν mutat : non male. Salmas., qui omnino his de verss. videndus ad Solin. p. 828, b, sic laudat : « Ἔπειτα δ' Ὠρίτας τε καὶ Γεδρωσίους οὐχ ἴσμεν Ἰνδοὺς τοὺς ἐνοικοῦντας πέραν Ἄρβιος. » *Heyn.* Equidem nil mutandum puto. Verbis ὡς ἐνοικοῦντας πέτραν auctor Oritarum regionis naturam et nomen (ὄρος, πέτρα) explicare voluit.

Sequuntur reliqua fragmenta geographica, quæ, etsi nulla libri notitia adjecta est, probabiliter tamen ad Chronica sive ad opus Περὶ γῆς referuntur.

122.

Strabo XIV, p. 995, D (p. 677), ubi adversus Apollodorum disputat, qui Asiam intra Sinopen et Issum triquetram esse dixerat, quum sit potius quadrilaterum : Νῦν δέ γε ... ἀμαθία τὸ λέγειν τριγονωειδὲς τὸ τοιοῦτον τετράπλευρον, οὐδὲ χωρογραφικόν· ὁ δὲ καὶ χωρογραφίαν ἐξέδωκεν ἐν κωμικῷ μέτρῳ, Γῆς Περίοδον ἐπιγράψας.

123.

Idem I, 105, B (p. 61), ubi de populorum migrationibus : Οἷον Ἰβήρων μὲν τῶν ἑσπερίων εἰς τοὺς ὑπὲρ τοῦ Πόντου καὶ τῆς Κολχίδος τόπους μετῳκισμένων, οὓς καὶ ὁ Ἀράξης, ὥς φησιν Ἀπολλόδωρος, ἀπὸ τῆς Ἀρμενίας ὁρίζει. E libro secundo petita esse videntur.

124.

Steph. Byz. : Ἄδρανον, πόλις Σικελίας ἐν τῇ Αἴτνῃ... Ἀπολλόδωρος δὲ Ἀδρανίτας φησὶ τὸ ἐθνικόν.

125.

Idem : Αἶνος, πόλις Θρᾴκης. ... Ταύτην Ἀπολλόδωρός φησιν ὠνομάσθαι Πολτυοβρίαν. Cf. Biblioth. II, 5, 9, 12, 13.

126.

Idem : Ἁλικαρνασσός. ... Ἀπὸ τοῦ νάσασθαι αὐτὸν (sc. τὸν Ἄνθην) ἀπὸ Τροιζῆνος, ὡς Ἀπολλόδωρος.

117.

Paropamissus, mons urbis Indicæ, a quo, qui juxta habitant, Paropamissadæ dicti. Apollodorus autem secundo de Terra, ab ipsis ait montem esse appellatum.

118.

Toretæ, gens Pontica. Apollodorus secundo Periegeseos.

119.

Hyllei, populus Illyricus. ... Apollodorus in secundo de Terra : « Supra autem Hyllos Liburni, et quidam Istri dicti Thraces. »

120.

Psessi, gens Taurica. Apollodorus in secundo Periegeseos : « Postea vero Hermonassa, et Cepos, tertia vero Psessorum gens. »

121.

Oritæ, populus Indicus liber. Strabo ... et Apollodorus secundo : « Deinde autem Oritas et Gedrosios, quo« rum illos quidem Indos, utpote inhabitantes petram**

122.

Nunc inscitia est, non regionis descriptio, tanto quadrilatero tria tantum assignare latera. Ille tamen nobis chorographiam edidit versibus comicis, quam Terræ Circuitum inscripsit.

123.

Iberi occidentales in loca ultra Pontum et Colchidem commigrarunt, quos etiam Araxes, ut ait Apollodorus, ab Armenia separat.

124.

Adranum, urbs Siciliæ ad Ætnam. Apollodorus gentile dicit Adranitæ.

125.

Ænus, urbs Thraciæ... Hanc Apollodorus Poltyobriam nominatam esse dicit.

126.

Halicarnassus,... secundum Apollodorum nomen habet ἀπὸ τοῦ νάσασθαι αὐτὸν (Anthen), i. e. ex eo quod Anthes huc commigraverit ex Trœzene.

Cf. Strabo XIV, p. 656, Pausan. II, 30, 8; IX, 22, 5.

127.

Steph.: Ἀλλόβρυγες, ἔθνος δυνατώτατον Γαλατικὸν, ὡς Ἀπολλόδωρος.

128.

Idem: Ἀμφιγένεια ... ἔστι κατὰ μὲν Ἀπολλόδωρον τῆς Μακιστίας, κατὰ δὲ τὸν Ἀντίμαχον Μεσσηνίας.

129.

Idem: Ἀντικύρα, πόλεις δύο, ἡ μία Φωκίδος, ... ἡ δὲ ἐν Μαλιεῦσιν, ὡς Ἀπολλόδωρος.

130.

Idem: Αὐτομάλακα, χωρίον Λιβύης. Πολυΐστωρ τρίτῃ· Ἀπολλόδωρος δὲ Αὐτόμαλά φησι.

131.

Idem: Βῆσσα, πόλις Λοκρῶν. Ἡρωδιανὸς δι' ἑνὸς σ γράφει, Ἀπολλόδωρος δὲ ... διὰ δύο.

132.

Idem: Δαμαῖοι, ἔθνος παρὰ τοῖς Ἰχθυοφάγοις, ὡς Ἀπολλόδωρος.

133.

Idem: Ἐχῖναι, νῆσοι περὶ τὴν Αἰτωλίαν ... Λέγονται καὶ Ἐχινάδες διὰ τὸ τραχὺ καὶ ὀξὺ, παρὰ τὸν ἐχῖνον, ἢ διὰ τὸ πλῆθος ἔχειν ἐχίνων. Ἀπολλόδωρος δὲ ἀπὸ Ἐχίνου μάντεως. Etymol. M. h. v. addit: τοῦ μετὰ Ἀμφιτρύωνος στρατεύσαντος.

134.

Idem: Θέρμη, πόλις Θρᾴκης. Ἀπολλόδωρος δὲ Μακεδονίας φησὶ καὶ Θουκυδίδης (I, 61).

135.

Idem: Λακεδαίμων. ... Ὁ πολίτης Λακεδαιμόνιος ... λέγεται κατὰ συγκοπὴν Λάκων· ὡς Ἀπολλόδωρός φησιν, ὡς τοῦ Κυδωνιᾶται οἱ Κύδωνες.

136.

Idem: Μένδη, πόλις Θρᾴκης, ἀπὸ Μένδης γυναικός. Ἀπολλόδωρος Μένδιν αὐτήν φησι.

137.

Idem: Ὀδησσὸς, πόλις ἐν τῷ Πόντῳ, πρὸς τῷ Σαλμυδησσῷ. Ἀπολλόδωρος δ' ὄρος μέγα τὴν Ὀδησσόν φησιν.

138.

Idem: Πασσαργάδαι. .. Ἀπολλόδωρος δὲ ἀρσενικῶς φησιν.

139.

Idem: Πέφνον, πόλις Λακωνικὴ, οὐδετέρως. Ἀπολλόδωρος δὲ νῆσον αὐτήν φησιν.

140.

Idem: Σικανία, ἡ περίχωρος Ἀκραγαντίνων. Καὶ ποταμὸς Σικανὸς, ὥς φησιν Ἀπολλόδωρος.

141.

Idem: Τέβερις, ποταμὸς Ἰταλίας, ἔνθα ἡ Ῥώμη καὶ ἡ τῶν Λατίνων ἐστὶ χώρα, ὡς Ἀπολλόδωρος.

142.

Idem: Τένεδος, ... Ἐστὶ καὶ πόλις Τένεδος πρὸς τῇ Λυκίᾳ. Ἀπολλόδωρος δὲ Παμφυλίας αὐτὴν εἶναί φησι. «Ex loci extrema parte forte colligas, ad libros Περὶ νεῶν spectasse hæc.» *Heyn.*

143.

Idem: Φιλωτέρα, πόλις περὶ τὴν Τρωγλοδυτικὴν, Σατύρου κτίσμα. Ἀπολλόδωρος δὲ Φιλωτερίδα καλεῖ.

127.

Allobryges, populus Galliæ potentissimus, teste Apollodoro.

128.

Amphigenia... secundum Apollodorum, urbs Macistiæ; secundum Antimachum, Messeniæ.

129.

Anticyra, urbes duæ, una Phocidis,... alia in Maliensium terra, ut Apollodorus.

130.

Automalaca, oppidum Libyæ: Polyhistor libro tertio. Apollodorus vero Automala dicit.

131.

Bessa, urbs Locrorum. Herodianus per unum tantum *s* scribit, Apollodorus vero... per duo.

132.

Damei, populus juxta Ichthyophagos, ut Apollodorus.

133.

Echinæ, insulæ circa Ætoliam... Appellantur etiam Echinades vel quia sunt asperæ et acutæ velut echinus, vel quod echinorum multitudinem habeant. Apollodorus vero ab Echino vate sortitas fuisse nomen asserit.

134.

Therme, urbs Thraciæ. Apollodorus Macedoniæ dicit, et Thucydides.

135.

Lacedæmon. ... Civis Lacedæmonius. Dicitur etiam per syncopen Lacon, ut Apollodorus inquit, quemadmodum Cydoniatæ dicuntur Cydones.

136.

Mende, urbs Thraciæ, a Mende muliere. Apollodorus Mendin eam vocat.

137.

Odessus, urbs in Ponto juxta Salmydessum. Apollodorus vero montem magnum ait esse Odessum.

138.

Passargadæ..... quod Apollodorus genere masculino usurpat.

139.

Pephnum, urbs Laconica, neutro genere. Apollodorus vero insulam esse affirmat.

140.

Sicania, regio finitima Agrigentinis. Est etiam fluvius Sicanus, ut inquit Apollodorus.

141.

Tiberis, fluvius Italiæ, ubi Roma est et Latinorum regio, ut Apollodorus.

142.

Tenedus... Est etiam urbs Tenedos juxta Lyciam. Apollodorus vero Pamphyliæ esse dicit.

143.

Philotera, urbs circa Troglodyticam, a Satyro condita, Apollodorus vero Philoteridem vocat.

144.

Idem: Ὠκαλέα, πόλις Βοιωτίας. ... Ὅμηρος. ... ἐκαλεῖτο δὲ Ὠκάλεια, ὡς Ἀπολλόδωρος.

145.

Idem: Ὠρικός.... Ἑκαταῖος λιμένα καλεῖ Ἠπείρου τὸν Ὠρικὸν ... Ἀπολλόδωρος δὲ ὁ θαυμασιώτατος πόλιν αὐτὴν οἶδε.

146.

Idem: Ὠρεὸς, πόλις Εὐβοίας. ... Ὠρείτης ... Ἀπολλόδωρος δὲ τετρασυλλάβως φησὶν, οὐ διὰ τῆς ει διφθόγγου, ἀλλὰ διὰ τοῦ ε καὶ ι, Ὠρεΐτας· «Οὕτω τὴν τῶν Ὠρεϊτῶν νυκτὸς αἱροῦσι πόλιν.» Heynius metro subveniendum putat sic: τῶν Ὠρεϊτῶν αἱροῦσιν οὕτω τὴν πόλιν.

147.

Schol. Apollonii I, 1116: Πεδίον Νηπείας ἐστὶ περὶ Κύζικον.... Ἀπολλόδωρος δέ φησι Νηπείας πεδίον ἐν Φρυγίᾳ.

148.

Schol. Pind. Ol. I, 35, ad verba, Δεσπόταν Συρακόσιον ἱπποχάρμαν βασιλῆα: Ineptos dicit Didymus eos, qui Hieronem non Syracusanum, sed Ætnæum fuisse dicentes, Συρακοσίων ἱπποχαρμᾶν scribere voluerint: Τότε γὰρ Ἱέρων ἦν Συρακούσιος, καὶ οὐδὲ ἦν Αἰτναῖος, ὥς φησιν Ἀπολλόδωρος.

149.

Schol. Pindari Ol. IX, 63: Πρωτογενείας ἄστει ... τῇ Ὀποῦντι λέγει· ἐκεῖ γάρ φησι Δευκαλίωνα καὶ Πύῤῥαν οἰκῆσαι, ὧν θυγάτηρ Πρωτογένεια. Ἀπολλόδωρος (δὲ) φησὶν, οὐκ ἐν Ὀποῦντι, ἀλλ' ἐν Κύνῳ τὸν Δευκαλίωνα καὶ τὴν Πύῤῥαν οἰκῆσαι. Cf. Strabo IX, p. 651, A (p. 425).

150.

Etymol. M.: Ἑλληνόπολις. Ἀπολλόδωρος· «Ἄτταλος ἐκ τῶν Ἑλληνίδων πόλεων οἰκήτορας συναγαγὼν, ἔκτισε πόλιν, καὶ ὠνόμασεν αὐτὴν Ἑλληνόπολιν.» Add. Stephan. in h. v: Πόλις Βιθυνίας μετὰ τὸν ἀνῳκισμὸν Βιθάλβης.

ΠΕΡΙ ΝΕΩΝ,

vel

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΝΕΩΝ ΚΑΤΑΛΟΓΟΥ.

LIBER I.

151.

Steph. Byz.: Πλαταιαὶ, πόλις Βοιωτίας ... κέκληται δὲ ἀπὸ τῆς πλάτης τῆς κώπης, ὡς Ἀπολλόδωρος πρώτῳ τοῦ Καταλόγου· Ἐκλιμνωθείσης τῆς Βοιωτίας, τοὺς παροικοῦντας ταῖς λίμναις Βοιωτοὺς πλῷ πορεύεσθαι ἐπ' ἀλλήλων. Ὅθεν παρὰ τὴν πλάτην καὶ τὴν κώπην τὰς πόλεις κληθῆναι.

Cf. Eustath. ad Il. B, 502, p. 267: Φασὶν ὅτι Κῶπαι καὶ Κωπαὶς ἐκλήθησαν διὰ τὰς κώπας, αἷς ἐχρῶντο οἱ ἐγχώριοι πρὸς ἀλλήλους πλέοντες, διὰ τὸ ἀπολιμνωθῆναι, φασὶ, τὰ ἐκεῖ. Ὅθεν καὶ ἡ ἐκεῖσέ που Πλάταια πόλις παρὰ τὴν πλάτην, ὃ δηλοῖ τὴν κώπην. Strabo X, p. 406.

152.

Idem: Ἄργουρα, πόλις Θεσσαλίας ἡ πρότερον Ἄργισσα ... Τὸ ἐθνικὸν ἔδει Ἀργουραῖος, ὡς καὶ Φίλων· Ἀπολλόδωρος δέ φησιν ἐν πρώτῳ Νεῶν καταλόγῳ Ἀργείους ὀνομάζεσθαι· ἢ τῆς προσηγορίας μεταπεσούσης, ἢ διὰ τὸ προσκυροῦν τὰ πεδία τῆς Θετταλίας, ἣν δὴ Πελασγικὸν Ἄργος εἶπεν Ὅμηρος. Cf. Eustath. ad Il. B, 738, p. 333, qui τὸν ἀναλεξάμενον τὰ ἐθνικὰ secutus, post alia dicit: Ἄργισσα δὲ ὠνομάσθη ἢ ἀπὸ Ἀργείων ἢ διὰ τὸ *προσκυροῦν τοῖς πεδίοις τῆς Θεσσαλίας, ἣν etc. Quare Berkel. Stephani locum,

---

144.

Ocalea, urbs Bœotiæ... Sic Homerus... Vocabatur vero Ocalia, teste Apollodoro.

145.

Oricus... Hecatæus portum Epiri vocat Oricum. ... Apollodorus autem admirabilissimus urbem eam novit.

146.

Oreus, urbs Eubœæ. ... Gentile Ὠρείτης... Apollodorus autem quadrisyllabice inquit, non per ει diphthongum, sed per ε et ι, Ὠρεΐτας: « Sic nocte Oreitarum urbem capiunt. »

147.

Campus Nepeæ prope Cyzicum est... Apollodorus vero Nepeæ campum in Phrygia dicit.

148.

Hiero erat Syracusanus, non vero Ætnæus, sicut Apollodorus dicit.

149.

Protogeniæ urbi... Opuntem dicit; illic enim habitasse ait Deucalionem et Pyrrham, quorum filia Protogenia. Apollodorus vero refert non Opunte, sed Cyni Deucalionem et Pyrrham habitasse.

150.

Hellenopolis. « Apollodorus: Attalus ex Græcis urbibus colonos postquam collegerat, urbem condidit eamque nominavit Hellenopolin. »

DE NAVIBUS

sive

DE NAVIUM CATALOGO.

LIBER I.

151.

Platææ, urbs Bœotiæ,... vocata fuit a *palmula remi*, ut Apollodorus primo Catalogi: « Quum ab paludibus inundari soleret Bœotia, qui juxta paludes habitant, Bœotios navibus vehentes ad invicem proficisci. Sic a palmula remi (πλάτη) vocatas esse Platæas, et a remo (κώπη) Copas urbem. »

152.

Argura, urbs Thessaliæ (ad Peneum fluvium), antea Argissa dicta... Gentile oportebat esse Argureus, quemadmodum etiam Philo perhibet: verum Apollodorus in primo libro de Navium Catalogo tradit, incolas Argivos appellari, vel nomine mutato, vel quod campestria Thessaliæ loca, quam Homerus Pelasgicum Argos nominavit, sibi vindicaverint.

quem corruptum esse putat, hoc modo in integrum vult restitui: Ἀπ. δέ φησιν ἐν πρώτῳ νεῶν καταλόγῳ Ἄργισσαν ὀνομάζεσθαι κ. τ. λ. Sed non de urbis, sed de civis nomine jam quæritur, quod Ἀργείους esse Apollodorus dixit. Id gentile est Ἀργείας, cujus nominis alia forma erat Ἄργισσα, ut indicat Eustath. l. l.: Ἰστέον δὲ ὅτι τὴν ῥηθεῖσαν Ἄργισσαν εὕρηνται σπάνιά τινα τῶν ἀντιγράφων, Ἄργειαν ἔχοντα προπαροξυτόνως διὰ διφθόγγου.

153.

Etymol. M.: Ἀσπληδών· φασὶ γὰρ εἶναι Σπληδόνα τὸν Πρεσβῶνος καὶ Στερόπης· Ἀπολλόδωρος δέ φησιν Ἀσκληπιάδην οὕτω λέγειν· Σπληδόνα τ' ἠγαθέην.

Truncata hæc, quæ ad Il. B, 511 spectant, facili negotio restituas ex Eustath. p. 272: Ἡ δὲ Ἀσπληδὼν γράφεται παρ' ἑτέροις καὶ χωρὶς τοῦ α· ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Ἀσπληδόνος, υἱοῦ Ποσειδῶνος ἢ Πρέσβωνος ἢ Ὀρχομένου. Cf. Steph. Byz. h. v., schol. Hom. ad l. l., Etym. M., Strabo IX, p. 637, C (415).

154.

Steph. Byz.: Ὠρωπός. ... Τὸ ἐθνικὸν Ὠρωπιεύς· οὕτω γὰρ ὁ αὐτὸς (sc. Ἀπολλόδωρος) ἐν Νεῶν καταλόγῳ πρώτῃ· «Ἔστι δ' ἡ Γραῖα τόπος, τῶν Ὠρωπιέων πόλις.»

155.

Strabo IX, p. 621, B, (405): Οἴονται δέ τινες δεῖν γράφειν (Il. B, 508)·

Ἶσόν τε ζαθέην, Ἀνθηδόνα τ' ἐσχατόωσαν·

ἐκτείνοντες τὴν πρώτην συλλαβὴν ποιητικῶς διὰ τὸ μέτρον, ἀντὶ τοῦ

Νῖσάν τε ζαθέην·

ἡ γὰρ Νῖσα οὐδαμοῦ φαίνεται τῆς Βοιωτίας, ὥς φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς Περὶ νεῶν· ὥστ' οὐκ ἂν εἴη, εἰ μὴ τὴν Ἶσον οὕτως εἴρηκεν.

Eadem Eustath. ad e. l. p. 271, sed Apollodori non meminit. Cf. O. Müller. Orchom. p. 381.

156.

Strabo X, p. 713, A (p. 464): Καὶ Ἀπολλόδωρος δ' εἴρηκεν ἐκ τῆς Βοιωτίας ἀπελθόντας Ὕαντας ἱστορεῖσθαι καὶ ἐποίκους τοῖς Αἰτωλοῖς γενομένους.

157.

Idem lib. IX, p. 637, B (p. 416), postquam Bœotiæ urbes enarraverat: Εὖ γάρ, inquit, τὴν τοιαύτην ὕλην ὑποβεβλήκασιν ἡμῖν οἱ τὰ περὶ τῶν νεῶν συγγράψαντες· οἷς ἀκολουθοῦμεν, ὅταν οἰκεῖα λέγωσι πρὸς τὴν ἡμετέραν ὑπόθεσιν. Ex quibus apparet, et in superioribus et toto hoc loco de vetere Græcia plura Strabonem ex Commentariis his Apollodori mutuatum esse. *Heynius.*

158.

Steph. Byz.: Ἀκτή· οὕτως ἡ Ἀττικὴ ἐκαλεῖτο ἀπὸ Ἀκταίου τινός. Ἀνὴρ δὲ ἦν αὐτόχθων, ὡς Φαβωρῖνος, ὃς ἐβασίλευσεν ἐκεῖ, καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ οὕτω τὴν χώραν ὠνόμασε καὶ τοὺς λαούς. Ἀπολλόδωρος δὲ τἀναντία φησίν· «Οὕτω γὰρ ἐκλήθη διὰ τὸ πολὺ μέρος αὐτῆς καθικνεῖσθαι εἰς θάλασσαν. Τριγώνου γὰρ οὔσης, αἱ συννεύουσαι ὑπὸ τὸ Σούνιον ἑκατέρωθεν δύο πλευραὶ παράλιοι τυγχάνουσι, δι' ἃς τῶν ἐπὶ Κέκροπος φυλῶν τεττάρων οὐσῶν δύο προσηγόρευσαν Ἀκταίαν καὶ Παραλίαν.» Utrum hæc ex opere de Navium Catalogo, an aliunde petita sint, discerni nequit, illud tamen verisimilius. Itaque hunc maxime locum fragmento assignavi, quia Attica post Bœotiam nominatur apud Homerum, cujus in navibus recensendis ordinem etiam Apollodorus secutus est, uti et res ipsa suadet et ex fragmentis libri nota distinctis licet intelligere.

LIBER II.

159.

Strabo VII, p. 457 B (298): Ἃ δ' Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ νεῶν προοιμιαζόμενος εἴρη-

---

153.

Aspledon (urbs in Bœotorum et Locrorum confinio, quam etiam Spledonem vocant) nominata est a Spledone Presbonis et Steropæ. Apollodorus vero ait Asclepiadem ita dicere: Σπληδόνα τ' ἠγαθέην.

154.

Oropus... Gentile, Oropieus. Sic enim Apollodorus libro primo de Navium Catalogo: «Est autem Græa locus, Oropieorum urbs.»

155.

Sunt qui apud Homerum sic putent scribendum:

« Atque Isum sacram positamque Anthedona fine, »

priori syllaba vocis *Isos* poetice producta, pro:

Nisam sacram.

Nusquam enim in Bœotia invenitur Nisa, sicut docet Apollodorus in Commentariis de navibus. Itaque locum non habet, nisi Isum ita appellaverit.

156.

Apollodorus quoque tradidit, Hyantes memorari, qui e Bœotia profecti, Ætolorum sint facti inquilini.

157.

Hujusmodi materiam probe nobis suggesserunt illi qui in Catalogum Homeri scripsere: quos sequimur, ubi nostro argumento accommodata tradiderunt.

158.

Acte: sic Attica appellabatur ab Actæo quodam. Is vir fuit, Phavorino auctore, indigena, qui ibi regnavit, atque de se ita et terram nominavit et populum. Sed alia prorsus statuit Apollodorus, scilicet, ita esse dictam παρὰ τὴν ἀκτήν, id est, a littore, quia magna illius pars ad mare vergit. Quum enim triangularis sit, latera utrimque Sunium versus vergentia mari adjacent. Hac de caussa duas quatuor tribuum sub Cecrope Actæam et Paraliam appellarunt.

LIBER II.

159.

Quæ Apollodorus in exordio libri secundi de navibus affert, nullo pacto quadrant. Laudat enim is sen-

χεν, ἥκιστα λέγοιτ' ἄν. Ἐπαινεῖ γὰρ Ἐρατοσθένους ἀπόφασιν, ὅτι φησὶν ἐκεῖνος καὶ Ὅμηρον καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς παλαιοὺς τὰ μὲν Ἑλληνικὰ εἰδέναι, τῶν δὲ πόῤῥω πολλὴν ἔχειν ἀπειρίαν, ἀπείρους μὲν μακρῶν ὁδῶν ὄντας, ἀπείρους δὲ τοῦ ναυτίλλεσθαι. Συνηγορῶν δὲ τούτοις, Ὅμηρόν φησι τὴν μὲν Αὐλίδα καλεῖν πετρήεσσαν, ὥσπερ καὶ ἔστι· πολύκνημον δὲ τὴν Ἐτεωνὸν, πολυτρήρωνα δὲ τὴν Θίσβην, ποιήεντα δὲ τὸν Ἁλίαρτον· τὰ δ' ἄπωθεν οὔτ' αὐτὸν εἰδέναι οὔτε τοὺς ἄλλους. Ποταμῶν γοῦν περὶ τετταράκοντα ῥεόντων εἰς τὸν Πόντον, μηδὲ τῶν ἐνδοξοτάτων μηδενὸς μεμνῆσθαι, οἷον Ἴστρου, Τανάϊδος, Βορυσθένους, Ὑπάνιος, Φάσιδος, Θερμώδοντος, Ἅλυος· ἔτι δὲ Σκυθῶν μὲν μὴ μεμνῆσθαι, πάντας (πλάττειν Coraes) δὲ ἀγαυούς τινὰς Ἱππημολγοὺς καὶ Γαλακτοφάγους Ἀβίους τε. Παφλαγόνας τε τοὺς [μὲν] ἐν τῇ μεσογαίᾳ ἱστορηκέναι παρὰ τῶν πεζῇ τοῖς τόποις πλησιασάντων, τὴν παραλίαν δὲ ἀγνοεῖν· καὶ εἰκότως γε. Ἄπλουν γὰρ εἶναι τότε τὴν θάλατταν ταύτην καὶ καλεῖσθαι Ἄξενον διὰ τὸ δυσχείμερον καὶ τὴν ἀγριότητα τῶν περιοικούντων ἐθνῶν, καὶ μάλιστα τῶν Σκυθικῶν ξενοθυτούντων καὶ σαρκοφαγούντων καὶ τοῖς κρανίοις ἐκπώμασι χρωμένων· ὕστερον δ' Εὔξεινον κεκλῆσθαι, τῶν Ἰώνων ἐν τῇ παραλίᾳ πόλεις κτισάντων. Ὁμοίως δ' ἀγνοεῖν καὶ τὰ περὶ Αἴγυπτον καὶ Λιβύην, οἷον τὰς ἀναβάσεις τοῦ Νείλου καὶ προσχώσεις τοῦ πελάγους· ὧν οὐδαμοῦ μεμνῆσθαι, οὐδὲ τοῦ ἰσθμοῦ τοῦ μεταξὺ τῆς Ἐρυθρᾶς καὶ τῆς Αἰγυπτίας θαλάσσης, οὐδὲ τῶν κατὰ τὴν Ἀραβίαν καὶ Αἰθιοπίαν καὶ τὸν Ὠκεανόν· εἰ μὴ Ζήνωνι τῷ φιλοσόφῳ προσεκτέον γράφοντι·

Αἰθίοπάς θ' ἱκόμην καὶ Σιδονίους Ἄραβάς τε.

(V. Strab. I, p. 70, A, B.) Οὐ θαυμαστὸν δ' εἶναι περὶ Ὁμήρου· καὶ γὰρ τοὺς ἔτι νεωτέρους ἐκείνου πολλὰ ἀγνοεῖν καὶ τερατολογεῖν· Ἡσίοδον μὲν Ἡμίκυνας λέγοντα καὶ Μεγαλοκεφάλους καὶ Πυγμαίους· Ἀλκμᾶνα δὲ Στεγανόποδας· Αἰσχύλον δὲ Κυνοκεφάλους καὶ Στερνοφθάλμους καὶ Μονομμάτους καὶ ἄλλα μυρία. Ἀπὸ δὲ τούτων ἐπὶ τοὺς συγγραφέας βαδίζει Ῥιπαῖα ὄρη λέγοντας, καὶ τὸ Ὠγύγιον ὄρος, καὶ τὴν τῶν Γοργόνων καὶ Ἑσπερίδων κατοικίαν, καὶ τὴν παρὰ Θεοπόμπῳ Μεροπίδα γῆν (v. fr. 76), παρ' Ἑκαταίῳ δὲ Κιμμερίδα πόλιν (v. fr. 2), παρ' Εὐημέρῳ δὲ τὴν Παγχαίαν γῆν, παρ' Ἀριστοτέλει δὲ ποταμίους λίθους ἐξ ἄμμου, ἐκ δὲ τῶν ὄμβρων τήκεσθαι (v. Theophrast. Περὶ λίθ. p. 394), ἐν δὲ τῇ Λιβύῃ Διονύσου πόλιν εἶναι, ταύτην δ' οὐκ ἐνδέχεσθαι δὶς τὸν αὐτὸν ἐξευρεῖν. Ἐπιτείνει (Casaub. ἐπιτιμᾷ) δὲ καὶ τοῖς περὶ Σικελίαν τὴν πλάνην λέγουσι καθ' Ὅμηρον τὴν Ὀδυσσέως· εἰ γὰρ αὖ χρῆναι (fortasse χρῆναι ἂν) τὴν μὲν πλάνην ἐκεῖ γεγονέναι φάσκειν, τὸν δὲ ποιητὴν ἐξωκεανικέναι μυθολογίας χάριν. Καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις συγγνώμην εἶναι, Καλλιμάχῳ δὲ μὴ πάνυ, μεταποιουμένῳ γε γραμματικῆς, ὃς τὴν μὲν Γαῦδον (Heyn. Γαῦλον) Καλυψοῦς νῆσον φησὶ, τὴν δὲ Κόρκυραν Σχερίαν· ἄλλους δὲ αἰτιᾶται ψεύσασθαι περὶ Γερήνων, καὶ τοῦ Ἀκακησίου, καὶ Δήμου ἐν Ἰθάκῃ, Πελεθρονίου τε ἐν Πηλίῳ, Γλαυκωπίου τε ἐν Ἀθήναις. Τούτοις δὲ μικρὰ τινὰ προσθεὶς τοιαῦτα παύεται, τὰ πλεῖστα μετενέγκας παρὰ τοῦ Ἐρατοσθένους, ὡς καὶ πρότερον ἐμνήσθημεν, οὐκ εὖ εἰρημένα. Τὸ μὲν γὰρ

---

tentiam Eratosthenis, qui Homerum aliosque veteres ait Græcarum quidem regionum notitia præditos, remotiorum autem admodum esse ignaros, quippe et longorum itinerum imperitos et navigationis. Quibus verbis ille patrocinans, Homerum ait Aulidi saxosæ titulum recte tribuisse, quia talis omnino sit : idemque de Eteono callosa, et Thisba columbis abundante, herbosaque Haliarto sentiendum esse : remotiora neque illi, neque reliquis nota fuisse. Nam quum in Pontum circiter quadraginta influant amnes, ne nobilissimorum quidem ullius mentionem eum facere : Istri puta, aut Tanaidis, Borysthenis, Hypanis, Phasidis, Thermodontis, Halyos. Tum Scytharum eum non meminisse : fingere vero quosdam præclaros Equimulgos, Lactivoros, et Abios. Paphlagonas quoque mediterraneos eum cognovisse ex narratione eorum, qui terrestri itinere ad eos accessissent, maritimam autem Paphlagoniam ignorasse : idque rem ita tulisse : illud enim mare tum navigabile non fuisse : sed Axenum, id est inhospitale, appellatum, ob frigoris nimii difficultatem et sævitiam accolentium ibi populorum, maxime Scytharum hospites immolantium et carnibus eorum vescentium ac capitibus poculorum loco utentium : postea temporis Euxinum, id est hospitale, ab Ionibus fuisse appellatum, qui in ora ejus urbes condidissent. Similiter eum fugisse res Ægypti et Africæ, ut Nili exundationes, et aggerum in mare congestiones, quorum nusquam meminerit ; sicut neque isthmi inter Rubrum et Ægyptium mare, neque eorum quæ in Arabia et Æthiopia sunt atque Oceano : nisi si Zenoni philosopho sit assentiendum, sic scribenti Homericum versum :

Veni et ad Æthiopes, et Sidonios, Arabesque.

Neque vero id de Homero mirum esse : quum etiam ipso posteriores multa et ignoraverint, et prodigiose finxerint : ut Hesiodum Semicanes, Capitones, Pygmæos ; Alcmanem Steganopodes (quasi pede præditos, quo supini se tegerent) ; Æschylum Canicipites, Sternophthalmos (oculos in pectore gerentes), Unoculos, et alia infinita. Ab his se convertit adversum scriptores, qui Rhipæos montes, et Ogygium montem, et Gorgonum ac Hesperidum domicilium tradiderunt : et ad Meropidem Theopompi terram, Cimmeridem Hecatæi urbem, Euhemeri Panchæam terram, et Aristotelis lapides fluviales arenosos, qui imbribus liquescant : urbemque ab eo traditam Bacchi in Africa, quam idem bis invenire non possit. Quin et eos insectatur, qui de sententia Homeri Ulyssem circa Siciliam vagatum fuisse affirmant : aut certe dicendum fuisse, Ulyssem quidem eo locorum erroribus actum, sed poetam fabularum inducendarum gratia in Oceanum eos amovisse. Ac ceteros quidem venia dignatur, excepto Callimacho : qui grammaticum se professus, Gaudum tamen Calypsus insulam faciat, et de Corcyra Scheriam. Alios item culpat, qui de Gerenis et Acacesio, de Ithacæ Demo, Pelethronio in Pelio, Glaucopio Athenis falsa scripserint. Atque aliis id genus paucis additis finem facit, quum pleraque de Eratosthene

τοὺς ὕστερον ἐμπειροτέρους γεγονέναι τῶν πάλαι περὶ τὰ τοιαῦτα, καὶ Ἐρατοσθένει καὶ τούτῳ δοτέον· τὸ δ' οὕτω πέρα τοῦ μετρίου προάγειν, καὶ μάλιστα ἐφ' Ὁμήρου, δοκεῖ μοι κἂν ἐπιπλῆξαί τις δικαίως, καὶ τοὐναντίον εἰπεῖν, ὡς περὶ ὧν ἀγνοοῦσιν αὐτοὶ, περὶ τούτων τῷ ποιητῇ προφέρουσι.

Ad hæc sæpius Strabo respexit, ut demonstrant sequentia :

160.

Strabo I, p. 55, B (p. 31) : Aristarchus Æthiopes bifariam divisos accipit, non ita tamen dirimi existimat, ut duæ sint Æthiopiæ, una versus orientem, altera versus occidentem sita; sed unam tantum esse contendit. Τοῦτο δὲ ἀγνοοῦντα τὸν ποιητὴν, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα, ὅσα εἴρηκεν Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ νεῶν καταλόγου δευτέρῳ, καταψεύσασθαι τῶν τόπων τὰ μὴ ὄντα.

Strabo I, p. 73 B (p. 43) : Non desunt, qui Æthiopiam in nostram Phœnicen transferant, et quæ de Andromeda narrantur, ad Ioppen evenisse dicant; οὐ δήπου κατ' ἄγνοιαν τοπικὴν καὶ τούτων λεγομένων, ἀλλ' ἐν μύθου μᾶλλον σχήματι, καθάπερ καὶ τῶν παρ' Ἡσιόδῳ καὶ τοῖς ἄλλοις, ἃ προφέρει ὁ Ἀπολλόδωρος, οὐδ' ὃν τρόπον παρατίθησι τοῖς Ὁμήρου ταῦτα, εἰδώς. Τὰ μὲν γὰρ Ὁμήρου τὰ περὶ τὸν Πόντον (v. inf. e lib. VII, p. 457) καὶ τὴν Αἴγυπτον παρατίθησιν, ἄγνοιαν αἰτιώμενος, ὡς λέγειν μὲν τὰ ὄντα βουλομένου, μὴ λέγοντος δὲ τὰ ὄντα, ἀλλὰ τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα, κατ' ἄγνοιαν. Ἡσιόδου δ' οὐκ ἄν τις αἰτιάσαιτο ἄγνοιαν, Ἡμίκυνας λέγοντος καὶ Μακροκεφάλους καὶ Πυγμαίους· οὐδὲ γὰρ αὐτοῦ Ὁμήρου ταῦτα μυθεύοντος· ὧν εἰσὶ καὶ οὗτοι οἱ Πυγμαῖοι· οὐδ' Ἀλκμᾶνος Στεγανόποδας ἱστοροῦντος, οὐδ' Αἰσχύλου Κυνοκεφάλους καὶ Στερνοφθάλμους καὶ Μονομμάτους· ὅπου γε οὐδὲ τοῖς πεζῇ συγγράφουσιν ἐν ἱστορίας σχήματι προσέχομεν περὶ πολλῶν, κἂν μὴ ἐξομολογῶνται τὴν μυθογραφίαν. Φαίνεται γὰρ εὐθὺς, ὅτι μύθους παραπλέκουσιν ἑκόντες, οὐκ ἀγνοίᾳ τῶν ὄντων, ἀλλὰ πλάσει τῶν ἀδυνάτων, τερατείας καὶ τέρψεως χάριν. [Δοκοῦσι δὲ κατ' ἄγνοιαν ὅτι μάλιστα, καὶ πιθανῶς, τὰ τοιαῦτα μυθεύουσι περὶ τῶν ἀδήλων καὶ τῶν ἀγνοουμένων, gloss.] Θεόπομπος δὲ ἐξομολογεῖται φήσας, ὅτι καὶ μύθους ἐν ταῖς ἱστορίαις ἐρεῖ κρεῖττον ἢ ὡς Ἡρόδοτος καὶ Κτησίας καὶ Ἑλλάνικος καὶ οἱ τὰ Ἰνδικὰ συγγράψαντες.

Idem p. 76, A (p. 44) : Ἀπολλόδωρος δὲ ἐπιτιμᾷ Καλλιμάχῳ, συνηγορῶν τοῖς περὶ Ἐρατοσθένη, διότι, καίπερ γραμματικὸς ὢν, παρὰ τὴν Ὁμηρικὴν ὑπόθεσιν καὶ τὸν ἐξωκεανισμὸν τῶν τόπων περὶ οὓς τὴν πλάνην φράζει, Γαῦδον (Heyn. Γαῦλον) καὶ Κόρκυραν ὀνομάζει. In seqq. respondet Strabo.

Cum his confer. Tzetz. Chil. VII, 760 :

Ὁ δέ γε Ἀπολλόδωρος δευτέρῳ καταλόγου,
ψυχὴν ἐπαληθίζουσαν ὥσπερ ὁ Τζέτζης ἔχων,
τέρατά τε καὶ πλάσματα οἴεται, γράφων ὧδε·
« Ἡμίκυνες, Μακρόκρανοι, καὶ οἱ Πυγμαῖοι, πλάσμα·
ὥσπερ οἱ Στεγανόποδες καὶ οἱ Στερνόφθαλμοί τε,
αὐτοί τε Κυνοκέφαλοι μετὰ τῶν Μονομμάτων.
Μύθων τε (Heyn. Μῦθοί τε, vel μυθώδεις) Ἱμαντόποδες καὶ Ἱμαντοσκελεῖς τε,
Μονοτοχῆται, Ἄῤῥινες, καὶ Ἄστομοι ὁμοίως,
Καὶ οἱ Ὀπισθοδάκτυλοι καὶ οἱ Ἀγελαστοῦντες. »

Strabo XII, p. 831 (p. 553) : Ἀγνοεῖν γὰρ αὐτὸν (τὸν Ὅμηρον sc.) πολλὰ τῶν ἐνδόξων ἔφη (Ἀπολλόδωρος sc.) περὶ τὸν Πόντον, οἷον ποταμοὺς καὶ ἔθνη, etc.

161.

Ex libro secundo fortasse petita sunt etiam hæc.

Strabo I, p. 105 B (p. 61), ubi de populorum migrationibus : Οἷον Ἰβήρων μὲν τῶν ἑσπερίων εἰς τοὺς ὑπὲρ τοῦ Πόντου καὶ τῆς Κολχίδος τό-

---

transtulerit : quæ supra ostendimus parum esse consentanea. Quippe et Eratostheni, et illi facile dederim, posteriores antiquis in peritia rerum geographicarum præstitisse : sed adeo ultra modum reprehendendo provectos, maxime in Homerum, videtur mihi merito quispiam objurgare posse : adeoque contrarium asserere, eos poetæ rerum ignorationem exprobrare earum, quas ipsi nesciant.

160.

Poetam, quum id ignoraret, sicut et alia, quæ Apollodorus libro de Recensione navium secundo refert, finxisse de locis falsa.

Quæ sane non ob ignorationem locorum dicuntur, sed fabulæ potius prætextu; sicut et apud Hesiodum sunt et alios talia, quæ Apollodorus proferens nescit quomodo ea cum Homericis componat. Nam de Ponto et Ægypto ab Homero scripta proferens, inscitiæ eum culpat, qui voluerit quidem vera dicere, sed ignoratione lapsus falsa pro veris dixerit. At enim Hesiodo nemo ignorationem objecerit, Semicanes nominanti, et Longicipites, et Pygmæos (nam hæ fabulæ, ut et Pygmæorum, Homero quoque vitio non dantur) : neque Alcmani Latipedes; neque Æschylo Canicipites et Pectoroculatos, et Unoculos; quid? quod ne prosa quidem oratione scribentibus animum advertimus multa narrantibus sub historiæ specie, etiamsi non fateantur se fabulas scribere. Statim enim apparet eos fabulas admiscere non ob verorum ignorationem, sed delectationis caussa monstra et alia, quæ esse non possunt, fingentes. [Videntur autem vel maxime ignoratione ducti de obscuris et ignotis tam probabiliter fabulari.] Et Theopompus quidem diserte profitetur se in historia fabulas narraturum rectius quam fecerint Herodotus, Ctesias, Hellanicus, et Indicarum rerum scriptores.

Apollodorus, Eratosthenem defendens, Callimachum reprehendit, quod, tametsi grammaticus esset, tamen et contra Homeri institutum, et locorum in Oceano ab hoc expositorum, ad quæ Ulysses pervenerit, Caudum is ac Corcyram nominaverit.

Ait Apollodorus Homerum multa nobilia ignorasse de iis, quæ sunt circa Pontum, utpote flumina et populos.

161.

Iberi occidentales in loca ultra Pontum et Colchidem

πους μετῳκισμένων, οὓς καὶ ὁ Ἀράξης, ὥς φησιν Ἀπολλόδωρος, ἀπὸ τῆς Ἀρμενίας ὁρίζει.

162.

Idem XIII, p. 583, D: Αἱ γὰρ καλαὶ ἡμῶν Ἀθῆναι τοσοῦτο πλῆθος ἤνεγκαν ἑταιρῶν... Ἀνέγραψε γοῦν Ἀριστοφάνης μὲν ὁ Βυζάντιος ἑκατὸν καὶ τριάκοντα πέντε, Ἀπολλόδωρος δὲ τούτων πλείους.

239.

Athen. XIII, p. 586, A: Περὶ δὲ τῆς Φανοστράτης Ἀπολλόδωρός φησιν ἐν τῷ περὶ τῶν Ἀθήνησιν ἑταιρίδων, ὅτι Φθειροπύλη ἐπεκαλεῖτο, ἐπειδήπερ ἐπὶ τῆς θύρας ἑστῶσα ἐφθειρίζετο. ... Ἑταιρῶν ἐπωνυμία αἱ ἀφύαι· περὶ ὧν ὁ προειρημένος Ἀπολλόδωρος φησίν· Σταγόνιον καὶ Ἀνθὶς ἀδελφαί, αὗται Ἀφύαι ἐκαλοῦντο, ὅτι καὶ λευκαὶ καὶ λεπταὶ οὖσαι τοὺς ὀφθαλμοὺς μεγάλους εἶχον. De ἀφύαις Ælian. N. A. II, 22.

240.

Harpocration: Φανοστράτη, ... Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ τῶν Ἀθήνησιν ἑταιρῶν, ταύτην φησὶν ὀνομάζεσθαι Φθειροπύλην, ἐπειδὴ ἐπὶ τῆς θύρας ἑστῶσα ἐφθειρίζετο. Eadem Etymol. M. h. v. et Suidas h. v.

241.

Idem: Νάννιον ... Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ τῶν ἑταιρῶν, Αἶγα λέγεσθαι φησὶ ταύτην τὴν ἑταίραν, διὰ τὸ Θαλλὸν τὸν κάπηλον καταφαγεῖν· ὅτι γὰρ θαλλῷ χαίρουσιν αἱ αἶγες, καὶ Σοφοκλῆς Ποιμέσιν etc.

Negligenter hæc exscripta ex Athenæo XIII, p. 587, A, ubi sic: Ναννίου δὲ Ὑπερίδης μνημονεύει ἐν τῷ κατὰ Πατροκλέους. Αὕτη δὲ ὅτι Αἲξ ἐκαλεῖτο προείπομεν διὰ τὸ Θαλλὸν τὸν κάπηλον ἐξαναλῶσαι· ὅτι δὲ θαλλῷ χαίρουσιν αἱ αἶγες, διόπερ οὐδ' εἰς ἀκρόπολιν ἄνεισι τὸ ζῷον, οὐδ' ὅλως Ἀθηνᾷ θύεται διὰ τοῦτο, ἄλλος ἔσται λόγος. Ἀλλὰ δ' γε Σοφοκλῆς ἐν Ποιμέσιν etc. In antecedentibus Athenæus Antiphanis opus de Scortis memoraverat. Igitur hunc cum Apollodoro confudisse videri potest Harpocration.

242.

Athen. XIII, p. 591, C: Ἀπολλόδωρος δὲ ἐν τῇ περὶ ἑταιρῶν, δύο ἀναγράφει Φρύνας γεγονέναι· ὧν τὴν μὲν ἐπικαλεῖσθαι κλαυσιγέλωτα, τὴν δὲ σαπέρδιον.

ΠΕΡΙ ΚΡΑΤΗΡΟΣ,
sive
ΠΕΡΙ ΚΥΛΙΚΩΝ.

« Singularem librum hoc titulo editum fuisse ab Apollodoro, valde dubito; potuit esse caput operis etymologici; cujus generis opera et alia commemorantur in titulos divisa, quos passim pro singularibus libellis haberi suspicor. » *Heynius.*

243.

Athenæus XI, p. 501, A, de vasis genere quod ἀμφίθετον dictum: Παρθένιος δ' ὁ τοῦ Διονυσίου ἀμφίθετον ἀκούει τὴν ἀπύθμενον φιάλην· Ἀπολλόδωρος δ' ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῷ περὶ τοῦ κρατῆρος ῥησειδίῳ τὴν κατὰ τὸν πυθμένα μὴ δυναμένην τίθεσθαι καὶ ἐρείδεσθαι, ἀλλὰ κατὰ τὸ στόμα. Exscripsit hunc l. Eustath. ad Il. Ψ, 616, p. 1299: Ἀπολλόδωρος δὲ, φασίν, ἀμφίθετον λέγει, τὴν μὴ κατὰ πυθμένα, κατὰ μόνον δὲ στόμα δυναμένην ἐρείδεσθαι.

244.

Athenæus XI, p. 479, A: Κοτύλη. ... Ἀπολλόδωρος δὲ ποτηρίου τι γένος ὑψηλὸν καὶ ἔγκοιλον.

---

bens, semperque libros hos circumferens Aristophanis, et Apollodori, et Ammonii, et Antiphanis, atque etiam Gorgiæ Atheniensis, qui omnes de meretriculis Atheniensibus scripserunt.

Elegantes illæ Athenæ nostræ tantam multitudinem tulerunt meretricum. ... Recensuit certe Aristophanes Byzantius centum et triginta quinque; Apollodorus vero majorem numerum.

239.

De Phanostrata Apollodorus in libro de Meretriculis Atticis ait, Phthiropylen fuisse eam appellatam, quod pro foribus stans pediculos venari consuesset. ... Meretricularum est cognomen illud, Aphyæ (pisces): de quibus prædictus Apollodorus ait: Stagonium et Anthis sorores; quæ Aphyæ dicebantur, quod, quum candidæ et tenues essent, simul magnos haberent oculos.

240.

Phanostrate ... Apollodorus libro de Scortis Atticis, Phanostratam φθειροπύλην dictam fuisse memorat, quod stans præ foribus pediculos quæritaret.

241.

Nannium ... Apollodorus(?) libro de Scortis, hanc meretricem *Capram* dictam fuisse memorat, quod Thallum (quod significat *ramum frondentem,* quales carpunt capræ) institorem bonis defraudasset.

242.

Apollodorus in libro de Meretricibus, duas memorat Phrynas fuisse, quarum alteri Clausigelos (risus lacrimis mixtus) cognomen fuerit, alteri Saperdium (piscis nomen).

DE CRATERE.
vel
DE VASIS.

243.

Parthenius, Dionysii discipulus, ἀμφίθετον phialam intelligit, quæ basin non habeat; Apollodorus vero Atheniensis, in loco de Cratere interpretatur « quæ in fundo non poni firmiterque statui possit, sed in ore. »

244.

Apollodorus *cotylam* dicit esse « poculi genus aliquod altum et concavum. »

245.

Athenæus XI, p. 482, E : Κύμβα ποτήριον Ἀπολλόδωρος Παφίοις (sc. εἶναι λέγει). Cf. fr. 189, ubi eadem res ex Etymologiis laudatur.

« Oritur controversia, quod ab Athen. XI, 12, p. 487, B, ubi de poculis agitur, Ἀπολλόδωρος ὁ Κυρηναῖος laudatur : Μαστός. Ἀπολλόδωρος ὁ Κυρηναῖος, ὡς Πάμφιλος φησὶ, Παφίους τὸ ποτήριον οὕτω καλεῖν. Videtur hoc ex Pamphilo laudari. Quum supra [fr. 189] aliud poculi nomen Κύμβη Cypriis proprium ex Apollodori Etymologiis laudatum sit, dubitatio fit, an et hoc Cyrenensi tributum ad eum spectet. » *Heynius.*

246.

Athen. XI, p. 485, D : Λεπαστής. ... Ἀμερίας δέ φησι τὸν οἰνοχόην λεπαστὴς καλεῖσθαι. Ἀριστοφάνης δὲ καὶ Ἀπολλόδωρος, γένος εἶναι κύλικος.

247.

Athen. XI, p. 497, F : Σελευκὶς, ὅτι ἀπὸ Σελεύκου βασιλέως τὴν προσηγορίαν ἔσχε τὸ ἔκπωμα, προείρηται (p. 488, F), ἱστοροῦντος τοῦτο καὶ Ἀπολλοδώρου τοῦ Ἀθηναίου.

Sequuntur in Heynii editione fragmenta, ubi laudatur Apollodorus περὶ θηρίων, i. e. *De bestiis venenatis*, ut explicatius hoc opus citatur inter auctores Plinii (Hist. Nat. XI). Sed extra dubitationem positum est hæc aliena ab Nostro referenda esse ad Apollodorum, nescio quem, medicum. Nam plures fuerunt Apollodori, qui de venenis scripserant, uti apparet ex Plinio (H. N. XX, 4, 13), ubi de raphanis : *Et contra viscum quoque dari Apollodori duo jubent : sed Citieus semen ex aqua tritum, Tarentinus succum.*

Ceterum loci, quibus Apollodori liber *De bestiis* commemoratur, hi sunt : Plin. N. H. XI, 25, 30 ; XXII, 7, 8 et al.; schol. Nicandri in Theriac. v. 715, p. 33 ed. Paris. ; v. 780, p. 36 ; v. 858, p. 39; idem in Alexiph. p. 65 (p. 70 Schneider.) et p. 66 (p. 72 Schneider.), ad v. 594; Ælian. H. A. VIII, 7 et 12.

De reliquis Apollodoris, quorum ingens est numerus, v. Fabric. Bibl. Gr. Tom. IV, p. 299, et Galeum in dissert. de scriptoribus mythicis præfixa editioni Scriptt. Hist. Myth. p. 10 sqq. Nonnullorum Heynius quoque in calce fragmentorum collectionis mentionem facit.

245.

Cymba, poculum apud Paphios, ut Apollodorus ait. *Mastos*. Apollodorus Cyrenensis, ut refert Pamphilus, Paphios ait hoc nomine vocare poculum.

246.

Lepaste. Amerias dicit trullam, qua vinum in pocula infunditur, *lepasten* vocari; Aristophanes vero et Apollodorus, genus esse calicis.

247.

Seleucis. A Seleuco rege nomen invenisse hoc poculum, supra dictum est : quod etiam Apollodorus docuit Atheniensis.

INDEX

NOMINUM ET RERUM.

Nomina auctorum : *Acus.*, Acusilaus; *Androt.*, Androtio; *Ant.*, Antiochus; *Ap. fr.*, Apollodori fragmenta; *Char.*, Charon; *Clitod.*, Clitodemus; *Dem.*, Demo; *Ephor.*, Ephorus; *Hec.*, Hecatæus; *Hell.*, Hellanicus; *Ist.*, Ister; *Phanod.*, Phanodemus; *Pher.*, Pherecydes; *Phil.*, Philistus; *Philoch.*, Philochorus; *Phyl.*, Phylarchus; *Theop.*, Theopompus; *Tim.*, Timæus; *Xanth.*, Xanthus. Numeri sine auctoris nomine spectant ad Bibliothecam Apollodori.

A.

C.

D.

F.

G.

H.

L.

N.

O.

P.

T.

U.

V.

X.

Z.

MARMOR PARIUM

CUM COMMENTARIO

CAR. MÜLLERI.

INTRODUCTIO.

Chronicon Parium tabulæ insculptum est marmoreæ, quam Sampso quidam jussu Peirescii una cum aliis quibusdam priscis marmoribus Smyrnæ emerat aureis quinquaginta. Verum nescio quo Turcarum dolo, Sampso, quum jam in eo esset, ut hæc antiquitatis monumenta in Europam transmitteret, repente in vincula conjectus est marmoraque sunt retenta. Accidit autem, ut Thomas Howardus, comes Arundelliæ et Surriæ, eodem fere tempore in Asiam misisset Guilielmum Pettæum, qui veteres ibi inscriptiones et quæ huc spectant alia conquireret. Is marmora illa Peirescii opera primum detecta erutaque majori jam pretio redemit et cum aliis a. 1627 transferenda curavit Londinum, ubi in ædibus hortisque Howardi ad Thamesis ripam disposita sunt. Neque tamen diu his locis erant ornamento. Nam quum turbulentis illis quæ subsecuta sunt temporibus comes Arundelliæ domum suam derelinquere cogeretur, marmora partim surrepta sunt, partim servorum nequitia corrupta, alia denique ad communes vitæ usus adhibita. Tantam stragem lapis quoque Parius non prorsus incolumis effugit. Etenim superiore ejus parte focus in palatio Arundelliano reparatus esse dicitur. Pars inferior oblique abrupta jam erat, quum transvectus est in Britanniam. Latus tum fuit 2′ 7″, crassus 5″, altus ad dextram 2′ 11″, ad sinistram 3′ 7″, literæ fere 3/10″ altæ. Anno denique 1667 Henricus Howardus, nepos Thomæ, comitis Arundelliæ, marmora, quæ hominum injuriam elapsa diu neglecta jacuerant, una cum truncato nostro Chronico dono dedit Universitati Oxoniensi, ubi etiamnum asservantur.

Primus Chronicon transcripsit Joh. Seldenus. Quæ res jam tum non sine difficultate fieri potuit. Nam « in illa stela epocharum describenda, Seldenus inquit, opera complurium dierum collocata est. Obscurior nempe est, elementis sæpius omnino detritis, fugientibus sæpius. Has tamen et perspicillorum usu adjutus et assiduo acumine et judicio suavissimi amici Patricii Junii, post bene multas iterationes, in quantum fieri potuit revocavi. » Titulus operis, cujus partem facit inscriptio Paria, hic est : *Marmora Arundelliana sive saxa Græce incisa, ex venerandis priscæ Orientis gloriæ ruderibus, auspiciis et impensis herois illustrissimi Thomæ, Comitis Arundelliæ et Surriæ, Comitis Marescalli Angliæ, pridem vindicata, et in ædibus ejus hortisque cognominibus ad Thamesis ripam disposita... publicavit et commentariolos adjecit Joannes Seldenus, J. C. — Londini typis et impensis Guilielmi Stanesbeii*, 1628, 4 », vel, ut in nonnullis exemplaribus legitur, *apud Johannem Billium typographum* 1629.

Quinquaginta fere annis post Seldenianas inscriptiones denuo edendas curavit Humphridus Prideaux in libro qui inscribitur: *Marmora Oxoniensia, ex Arundellianis, Seldenianis, aliisque conflata, recensuit et perpetuo commentario explicavit Humphridus Prideaux, Ædis Christi alumnus, adpositis ad eorum nonnulla Seldeni et Lydiati annotationibus. Oxonii e Theatro Sheldoniano*, 1676, fol. At Prideaux ipsum lapidem denuo non inspexit. « Ad ipsa marmora (a Seldeno jam exscripta), inquit, recurrebam, eaque, ut etiam hæc ederentur quam accuratissime, eadem cura perlegi omnia, excepto uno tantum, eo scilicet (Chronico Pario), a quo incipit pars secunda, cujus quum dimidiam tantum partem habeamus — altera a lapicida quodam ad reficiendum focum in Palatio Arundelliano adhibita —eamque ita totam erasam, ut vix ulla literula in illa jam legi possit, pro vera illius lectione soli Seldeno est fidendum; illud ideo eodem modo, quo in viri eruditissimi libro inveneram, curavi edendum in meo ».

Ex ejusdem Seldeni fide pendet Chronicon Parium in editione Mettairii (*Marmorum Arundellianorum, Seldenianorum, aliorumque Academiæ Oxoniensi donatorum secunda editio* etc. *Londini*, 1732, fol.), in qua simul collecti commentarii et animadversiones Seldeni, Palmerii, Lydiati, Thomæ Joh. Marshami, H. Prideauxii, Bentleji (cui Millius locos nonnullos ex ipso Marmore comparavit), Scip. Maffei, Dodwelli, ipsius denique Mettairii : qui viri docti aut totam inscriptionem data opera illustrarunt, aut aliud agentes oblata occasione de singulis quibusdam epochis disseruerunt.

Chandlerus denique superstitem lapidis partem inde a linea 46 denuo consuluit et cum

altera parte a solo Seldeno descripta edidit libro cui titulus «*Marmora Oxoniensia*, 1763.» Neque tamen multa ob pessimam lapidis conditionem ex eo corrigere et explere valuit. Quæ ipse conjectando emendare studuit, parvi sunt momenti.

Præter ea, quæ Seldenus, Bentlejus et Chandlerus præbent, novum ad suam Marmoris editionem (in Corp. Inscriptt., tom. II, p. 293, sqq.) subsidium adhibuit Bœckhius. «Nos, inquit, in superstitis partis lectione constituenda præter Chandlerum usi sumus manuscripto bibliothecæ regiæ Berolinensis, quod in fronte exteriore Forsteri nomen inscriptum habet, manu admodum juvenili exaratum: inter a. 1751 et 1756 a Reinholdo Forstero, qui a. 1798 obiit, scriptum esse didici ex certis indiciis, quæ, quum res levis sit, exponere supersedeo. Insunt explicationes variæ paucissima nova afferentes, in quibus auctor Baumgartenium potissimum secutus est, textusque ex prioribus petitus editionibus, lacunis neutiquam recte demensis, isque multifarie correctus et interpolatus, appositis etiam superius emendationibus partim manifesto ex Chandlero ductis, quem diu post primitivam scripturam inspexerat Forsterus. Verum alia aut in textu ipso a secunda manu correcta sunt aut inter lineas et ad marginem adscripta, quæ ex nova lapidis superstitis (v. 46, sqq.) collatione profecta sunt: quippe Forsteri apographum nescio quis primum contulit cum lapide, Anglico is sermone semel atque iterum usus; deinde quum Forsterus quid certis locis esset in Marmore scriptum, quæsivisset denuo, ad hæc ex secunda inspectione responsum est in margine.» Verum non solum textum ex iis fontibus, quibus solis auctoritas est, Bœckhius constituit, sed commentarium quoque adjecit, in quo tum de tempora computandi ratione, quam Inscriptionis auctor secutus sit, qua solet eximia cum doctrina disseruit, tum res in singulis epochis memoratas explicavit, lacunasque tanta cum sagacitate explevit, ut priores editores longe post se reliquerit. Consentaneum est igitur hujus maxime viri doctissimi rationes nos in nova hac Chronici editione secutos esse; neque est cur hic virorum eruditorum, qui Marmoris inscriptionem aut verterunt aut explicarunt, accumulemus nomina, suo loco uniuscujusque facturi mentionem.

Chronicum nostrum in ipsa Paro insula, neque, ut Lydiatus opinatus est, in Pharo, maris insula Adriatici Pariorumque colonia, exaratum esse, propter nomen archontis Parii in fronte lapidis scriptum, extra dubitationis aleam positum est. Inde intelligitur, cur sermo plures exhibeat formas Ionicas, uti εἵως v. 2, ἱρόν v. 7, 87, Τληςία v. 49, Ἱππία v. 61.

Quæ vero caussa fuerit, cur homo privatus, ut videtur, tabulam hancce chronologicam componendam curaret, jam sciri nequit. Fortasse ejus rei mentio injecta erat in primis vel postremis inscriptionis lineis; sed prima ejus pars jam prorsus oblitterata est, postrema deperdita. Fieri potuit, ut res quædam memorabilis sub Pario illo archonte evenisset, vel ut major quidam festorum cyclus ejus anno absolveretur, quæ permoverent sacerdotem vel alium quemvis hominem, ut res potiores, quæ inde ab hominum memoria contigerunt, consignaret, earumque tempora a Diogneti anno retro computans enotaret. Sed vanum est conjecturis indulgere, quas ad probabilitatis speciem adducere numquam licebit. Memorandum est autem, ipso illo tempore, quo Marmor nostrum inscriptum est, miro quodam studio Græcos elaborasse, ut rerum tempora quantum ejus fieri potuit accuratissime constituerent. Nam circa id temporis Timæus primus suscepit negotium illud multis sine dubio difficultatibus impeditum Athenarum archontes comparandi cum regibus Lacedæmoniorum, et Olympicos victores cum sacerdotibus Junonis Argivæ. Neque multum antea Demetrius Phalereus archontum catalogum contexuit; eodemque quo Noster auctor scripsit, Philochorus denuo inquisivit in Atticorum archontum seriem, quæ propterea non ubique ita certa esse putanda est, quam vulgo existimatur. Fortasse Nostri quoque auctoris opera in eo maxima posita erat, ut res, quas in aliis ἀναγραφαῖς jam enotatas inveniret, ad archontum Atheniensium annos revocaret. Qua in re eum ad Demetrii Phalerei catalogum præ ceteris sese applicasse crediderim. Nam in anterioribus operibus chronologicis, ut in Sacerdotibus Hellanici, in Prytanibus Charonis, in Sicyonio illo poetarum musicorumque recensu, archontum Atticorum nulla habita erat ratio.

Quod deinde delectum rerum attinet, singularem sententiam protulit Freretus in *Mém. de l'Académ. des Inscr.*, tom. XXVI, p. 165: «L'histoire générale et politique de la Grèce, inquit, ne paraît pas avoir été le principal objet de l'auteur de la chronique. On voit, en l'examinant, que son dessein était de disposer dans un ordre chronologique les notions qui peuvent être nécessaires pour lire les poëtes avec plus de faci-

lité, et pour connaître le temps de leur naissance et de leur mort, du moins celui de leur plus grande célébrité. C'est dans cette vue qu'il marquait avec tant de soin la suite des rois d'Athènes, depuis Cécrops jusqu'à l'abolition de la royauté, et qu'il rapporte plusieurs événements de l'histoire de ce temps-là, l'établissement des principales fêtes religieuses d'Athènes, l'introduction de diverses sortes de musique dans les hymnes chantées à ces fêtes, les premiers commencements de la tragédie et de la comédie, les différentes victoires théâtrales de plusieurs poètes, et celles de plusieurs musiciens dans les concours qui accompagnaient certaines fêtes. Entre les quatre-vingts époques différentes qui nous restent, il y en a peu qui contiennent des faits d'un autre genre, encore sont-ils presque toujours accompagnés de quelques circonstances peu importantes de l'histoire littéraire, et en quelques occasions, il est difficile de s'assurer si la date se rapporte au fait de l'histoire générale ou à celui de l'histoire littéraire. L'auteur de la chronique parle rarement de ce qui regarde le Péloponnèse, même dans l'objet que je crois qu'il s'était proposé principalement : sans doute, parce que tout cela était marqué dans l'inscription placée à Sicyone. »

Minus accurate hæc disputata esse recte monet Bœckhius; atque omnino a veri specie abhorret Marmor nostrum in usum scholarum fuisse exaratum. Quod Athenarum historiam ceteris uberius persequitur, ejus rei caussa sponte intelligitur. Nam Paros insula Atheniensium imperio erat subjecta. Porro tam diligenter refert ea quæ ad mysteria spectant, quoniam Cereris cultu auctoris patria insignis fuit (v. Hom. Hymn. in Cererem vers. finem). Ac quod in universum festorum originibus, poetarum musicorumque victoriis rebusque mirabilibus longe primæ partes tribuuntur, res autem historiæ politicæ admodum parce commemorantur, frustraque quæris reditum Heraclidarum, Lycurgum, Iphiti Olympiadem, bella Messeniaca, Draconem, Solonem, Septem Sapientes, bella Messeniaca, Clisthenem, Periclem, bellum Peloponnesiacum, Triginta tyrannos, etc. : hæc omnia, inquam, probare videntur magnam Chronico nostro similitudinem intercedere cum templorum ἀναγραφαῖς, ubi illa unice fere enotata, hæc tantum non prorsus neglecta fuisse consentaneum. Neque tamen his potissimum monumentis Nostrum sese addixisse probabile est. Immo seriorum maxime scriptorum opera consuluisse videtur, ex iisque sine magno judicii acumine elegisse res Marmori inscribendas. Qui vero fuerint isti auctores, propter ipsam eorum copiam, qui præsto esse poterant Nostro, dici nequit. Nam quod in una vel altera re cum hoc vel illo scriptore consentit, omnino nihil probat. Unus tamen exsistit auctor, Phaniam dico, quem Bœckhius maxime accommodatum putat, unde multa Noster in usus suos converterit. Quare quæ de eo disputat vir doctissimus, apponam. «De Phania Eresio, ait, Aristotelis discipulo, post alios dixere Plehn. Lesbiac. p. 215 sq., F. J. Ebert. Dissert. Sicul. tom. I, p. 76 sqq. et singulari libello Voisinus. Vir γραμμάτων οὐκ ἄπειρος ἱστορικῶν, ut ait Plutarch. (Themist. 13), scripsit præter alia περὶ ποιητῶν : quo opere tractavit etiam musica (Athen. VIII, p. 352, C), eademque vel in libro adversus Sophistas attigit: ejusdem affertur liber, Τυράννων ἀναίρεσις ἐκ τιμωρίας, unde aliquid de Heracleæ Italicæ tyranno promit Parthenius (Erot. c. 7), item liber de Siciliæ tyrannis (Athen. VI, p. 231, E; p. 232, C), in quo nominatim de Gelone et Hierone dixerat; aliquid de rebus Himerensibus ex Phania profert Plutarchus (De oracul. def. c. 32). Postremo ejus de Eresi prytanibus liber (Athen. VIII, p. 333, A) manifesto fuit chronicus, quod jam Ebertus monuit. Profecto non novi commodiorem hominem, quo uti Noster potuerit, etiamsi fortasse ea, quæ Phanias protulit, depravarit. Phanias definierat epocham Trojæ captæ : qua de re quæ tradiderat, ea fortasse convenirent Nostro, nisi corruptus a librariis numerus esset; Terpandri constituerat ætatem (v. ep. 34), cujus νόμων meminerat etiam in libro adversus Sophistas (Athen. XIV, p. 638, C): quidni ex illo hæc habuerit Parius? Tum epoch. 36 Sapphonis Lesbiæ in Siciliam fuga ex Attico archonte et Geomorum Syracusis imperio definitur; hæc nemo disertius tradere hac ratione poterat quam Phanias Eresius, qui de prytanibus Eresiorum scripserat, compositis haud dubie etiam archontibus ipsi notissimis, et Sicularum rerum erat peritissimus. Idem ut Noster de Gelone et Hierone dixerat, idem ut Noster de Dionysio majore et Philoxeno dithyramborum poeta (Athen. I, p. 6, E); maxime Noster ad poetas et tyrannos attendit, de quibus scripsit Phanias; et Himerenses poetas duos rettulit Parius. Nec Phanias Attica non attigit : de Solone egit (Plutarch. Solon. c. 14, Etym. M. et Gud. v. Κύρβεις); cujus obitum ex Attici archontis anno definiit : Ἐπεβίωσε δ' οὖν ὁ Σόλων ἀρξαμένου τοῦ Πεισιστράτου τυραννεῖν, ὡς μὲν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἱστορεῖ συχνὸν χρόνον, ὡς δὲ Φανίας ὁ Ἐρέσιος ἔλαττονα

δυοῖν ἐτῶν. Ἐπὶ Κωμίου μὲν γὰρ ἤρξατο τυραννεῖν Πεισίστρατος, ἐφ' Ἡγεστράτου δὲ Σόλωνά φησιν ὁ Φανίας ἀποθανεῖν τοῦ μετὰ Κωμίαν ἄρξαντος (Plutarch. Solon. extrem.) : quo loco quæ de Pisistrato dicta sunt, et ipsa videntur Phaniæ esse; atque eadem epocha a Nostro redditur (ep. 40). Nonne vero probabile, etiam reliqua, quæ Parius de Pisistratidis et præsertim de Hipparcho et aliquo, ut conjicio, Hippiæ filio interemtis habet, esse ex Phania sumta, qui de tyrannorum cædibus egerat ultione adductis, item quæ in chronico hoc de repositis Harmodii et Aristogitonis statuis dicuntur? Etiam de prœliis ad Artemisium et Salaminem exposuerat Phanias (Plutarch. Themist. c. 7 et 13) : et Noster Salaminii non oblitus est. Denique Phanias in libro de Prytanibus Eresiorum etiam mirabilia narravit, non solum quæ in Lesbo accidissent, sed etiam peregrina (Athen. VIII, p. 333, A, et hinc Eustath. ad Iliad. A, p. 35, 17 Rom., ubi de tridua piscium in Peloponneso pluvia) : qui certe non omiserit lapidem ad Ægos flumen cœlo delapsum et insignem illum cometam, quos probe norat ab Aristotele magistro : quas res apud Nostrum perscriptas reperimus. Ac nescio an eodem fonte usus sit is, quem Eusebius compilavit; Eusebii enim aliquot notata ad Chronici Parii verba proxime accedunt, ut illud ipsum de lapide cœlitus delapso, et de Thespide; neque in Terpandri ætate, quam Noster videtur ex Phania constituisse, Eusebius a Nostro discedit magis quam pro turbatissimis Eusebiani canonis numeris exspectes. »

Tempora marmoris auctor ita computat, ut a data quadam epocha annos (civiles illos vel Atticos, circa solstitium æstivum incipientes) numeret usque ad annum Diogneti archontis elapsos. De hujus Diogneti anno nemo veterum scriptorum aliquid tradidit : sed ex intervallis, quæ ab aliis archontibus aliunde bene notis ad Diognetum usque a Marmore computantur, evincitur Diogneti hujus annum esse Ol. 129, 1, ante Chr. 264, P. J. 4450, a. 47 primæ periodi Callippeæ sec. Ideler. Enchir. Chronol. tom. I, p. 344.

Verum non eandem ubique annos numerandi rationem Noster observat. In nonnullis enim locis simplicissime rem sic instituit, ut annorum numerus certæ cuidam epochæ adscriptus ab anno Diogneti detractus sit. Hunc computum, ad terminum ad quem recte significandum aptissimum, et versus finem Marmoris frequentissimum, Bœckhius notat litera A. Alter computus, litera B signatus a Bœckhio, uno anno auctior est, i. e. annis ex computo A repertis unum annum addit, pro more isto veterum, quo τριετηρίδες et πεντετηρίδες dicunt periodos duorum vel quatuor annorum.

Præterea tres exstant epochæ (ep. 58, 62, 63), ubi numeri marmoris a computo A duobus et tribus annis recedunt (computus C et D). Cujus rei causa aut in errore auctoris vel lapicidæ quærenda est, aut in eo quo Noster usus est archontum catalogo.

Secundum hæc anni archontum, quos Marmor memorat, ex Bœckhii rationibus constituendi sunt hunc in modum :

Ep. 32.	(Κρέων).	Ol. 24, 2.	an. 420 B.
33.	Τ]λ[η]σία.	24, 1.	418 B.
34.	Δρωπίδου.		381.
35.	Ἀριστοκλέους.	43, 4.	341 A.
36.	Κριτίου α.		
37.	Σίμωνος.	47, 3.	327 B.
38.	Δαμασίου β.	49, 3.	318 A.
39.			
40.	Κωμίου.		297.
41.	Εὐθυδήμου	56, 1.	292 A.
42.			
43.			
44.			
45.		67, 2.	248 B.
46.	Ἰ]σαγόρου.	68, 1.	
47.	Πυθοκρίτου.	71, 3.	231 B.
48.	Φαινίππου β.	72, 3.	227 B.
49.	Ἀριστείδου.	72, 4.	225 (6) A (B).
50.	Φιλοκράτους.	73, 4.	222 B.
51.	Καλλιάδου.	75, 1.	217 B.
52.	Ξανθίππου.	75, 2.	216 B.
53.	Τιμοσθένους.	75, 3.	215 B.
54.	Ἀδειμάντου.	75, 4.	
55.	Χάρητος.	77, 1.	208 A.
56.	Ἀψηφίονος.	77, 4.	206 B.
57.	Θεαγενίδου.	78, 1.	205 B.
58.	Εὐθίππου.	79, 4.	199 C.
59.	Καλλίου α.	81, 1.	193 B.
60.	Διφίλου.	84, 3.	
61.	Ἀστυφίλου.	90, 1.	
62.	Εὐκτήμονος.	93, 1.	147 D.
63.	Ἀντιγένους.	93, 2.	145 C.
64.	Καλλίου β.	93, 3.	
65.	Μίκωνος.	94, 3.	139 B.
66.	Λάχητος.	95, 1.	137 B.
67.	Ἀριστοκράτους.	95, 2.	135 A.
68.			
69.	Πυθέου.	100, 1.	116 A.
70.	Καλλέου.	100, 4.	
71.	Ἀστείου.	101, 4.	109 A.
72.	Φρασικλείδου.	102, 2.	107 A.

73.			
74.	Ναυσιγένους.	103, 1.	104 A.
75.	Κηφισοδώρου.	105, 3.	
76.	Ἀγαθοκλέους.	105, 4.	93 A.
77.	Καλλιστράτου.	106, 2.	91 A.
78.			

Nonnulla quidem in iis quæ pugnam Marathoniam antecedunt (nempe Creontis et Tlesiæ anni), in dubitationem vocari possunt; sed de his uberius jam exponendi hic non est locus; quare ipsum Bœckhium adeas sagacissime de iis disserentem.

Apparet igitur ex laterculo modo apposito diversos istos computos promiscue esse a Marmoris auctore adhibitos. Non ita tamen ante Bœckhium statuerunt chronici interpretes, sed varias rationes excogitarunt, quibus utrumque computandi modum conciliarent.

Etenim Gibertus in *Mém. de l'Académ. des Inscr.* t. XXIII, p. 66, primos tabulæ nostræ versus vertendos putat ita : « J'ai décrit les temps depuis le règne de Cécrops jusqu'à l'archontat d'Astyanax à Paros, Diognète étant aussi archonte à Athènes. » Deinde pergit :

« Or, en traduisant de la sorte, le seul archontat d'Astyanax à Paros est le terme que le chronographe donne à ses calculs, et celui de Diognète ne sert qu'à désigner, suivant la méthode observée dans toutes les époques qui vont suivre, la magistrature Athénienne, sous laquelle le chronographe écrivoit... Or, quelle étoit l'année des magistrats de cette île? Commençoit-elle au solstice d'été comme celle d'Athènes, ou se prenoit-elle du solstice d'hiver comme celle de Samos et de la plus-part des autres villes de Grèce? C'est sur quoi il nous reste à chercher quelque lumière dans les marbres mêmes, car je ne sache pas qu'on en trouve ailleurs aucun indice. Pour y parvenir, il faut observer d'abord que l'année commençant au solstice d'été, que j'appellerai Athénienne, comprend les saisons dans cet ordre, l'été, l'automne, l'hiver et le printemps, et que l'année commençant au solstice d'hiver, que j'appellerai dès à présent Parienne, pour éviter les équivoques et la confusion, par la même raison comprend les saisons dans cet ordre, l'hiver, le printemps, l'été, l'automne; d'où il résulte que l'hiver et le printemps, qui finissent une année Athénienne, commencent une année Parienne, et réciproquement que l'hiver et le printemps, qui commencent une année Parienne, finissent une année Athénienne. Si donc on trouvait que l'auteur des marbres eût renfermé sous une même année deux événements arrivés, le premier dans l'été et dans l'automne, et l'autre dans l'hiver ou le printemps suivant, ce serait sans difficulté une preuve que l'année dont il se sert est l'année Athénienne : mais si on trouve au contraire qu'il renferme sous une même année deux événements, dont le premier soit de l'hiver ou du printemps, et le second de l'une des deux saisons suivantes, il s'en suivra qu'il a employé l'année Parienne dans ses calculs. »

Jam demonstrare studet reditum Græcorum et Socratis obitum, una eademque epocha (66) memoratos non posse referri ad unum eundemque annum Atticum; nam Græcorum reditum in veris tempestatem cadere, Socratem autem auctumno diem supremum obiisse. Similiter ep. 51 Xerxem dici Hellespontum trajecisse, quod verno tempore factum esset, et pugnas pugnatas ad Thermopylas et Salaminem, quæ in æstatem caderent. Inde igitur colligi non Athenienses sed Parios annos in Marmoris computationibus intelligendos esse.

« Ce point étant donc ainsi déterminé, pergit, il en résultera une première conséquence bien remarquable dans l'application et l'usage des époques : c'est que la différence que l'on y rencontrait entre la date de quelques archontats, connue par Diodore de Sicile ou d'autres historiens; cette différence, dis-je, s'efface et disparaît entièrement.

« Selden et les chronologistes postérieurs sont arrêtés à chaque pas par cette différence prétendue. Des vingt époques ou environ qui suivent l'archontat de Callias, il y en a huit ou neuf dans lesquelles le chronographe se trouve avancer ou reculer d'un an la situation connue des archontats; ce qui ne vient que de ce que les savants se sont trompés sur la nature des années dont se sert le chronographe, et qu'ils les ont prises pour des années Athéniennes, au lieu qu'elles sont Pariennes.

« En effet, on doit observer 1° que chaque archontat Athénien concourt avec deux années Pariennes, et occupe l'été et l'automne de l'une, et l'hiver et le printemps de l'autre : d'où il arrive que les événements qui se sont passés sous un seul et même archontat Athénien, peuvent cependant être datés de deux années Pariennes différentes, savoir, d'une année antérieure lorsqu'ils sont de l'été ou de l'automne, et d'une année postérieure lorsqu'ils sont de l'hiver et du printemps.

« 2° Il faut faire attention que deux archontats Athéniens qui se suivent immédiatement, n'oc-

cupent à la vérité que deux ans ou vingt-quatre mois; mais que ces vingt-quatre mois se répartissent entre trois années Pariennes : car il y en a d'abord six mois qui terminent l'année Parienne dans laquelle l'archontat a commencé. Les douze mois suivants qui partent de l'hiver, remplissent une seconde année, et les six derniers mois en commencent une troisième : d'où il arrive qu'entre deux événements qui appartiennent à deux archontats Athéniens immédiats, il peut y avoir une année Parienne toute entière intermédiaire; et que l'un étant daté d'une première année, l'autre ne l'est que de la troisième. »

Adversarios hæc doctrina nacta est et Freretum (*Mém. de l'Acad. des Inscr.* t. XXVI, p. 200 sqq.) et Bœckhium. Ac Freretus quidem inter alia eo maxime nititur, quod ep. 24 Trojæ excidium assignatur Thargelioni mensi Attico. Sed hoc non multum valet, quoniam Thargelion mensis Pariis cum Atticis communis esse poterat. Idque ita fuisse ex eo colligo, quod Thargeliorum festum a Pariis celebratum esse expresse dicitur ab Archilocho p. 257 ed. Liebel. (Cf. O. Müller. Dor. I, p. 327). Bœckhius vero demonstravit Socratis obitum non tribuendum esse auctumno sed veri, ideoque epoch. 66 notatam in unum eundemque cadere annum Atticum. Atque epocha 51 Hellesponti trajectum memoratum esse, quod hic viam pararet ad pugnam Thermopylensem, sicuti Atho perfossus duceret ad pugnam Salaminiam; eodemque modo ep. 45 res conjungi quatuor fere annis dissitas. Patet igitur annum istum Parium merum esse Giberti inventum; neque quisquam propterea, quod initio inscriptionis præter Atticum archontem etiam Parius nominatur, quum tamen in reliqua parte nonnisi Attici archontes apponantur, Giberti opinioni adstipulandum esse censebit. Plura de singulis epochis contra disputat Bœckhius, quæ hic repetere non vacat.

Corsinus in Fast. Att. t. II, p. 40 sqq. diversos Marmoris computos explicandos esse statuit ex mutato anni Attici initio. Is enim putat ab Ol. 87, 1 demum annum Atticum a solstitio æstivo vel ab Hecatombæone mense incepisse, antea a solstitio hiberno vel a Gamelione mense. Ideo in illis epochis, quæ Olymp. 87, 1, Metonei cycli epocham, antecedunt, res positas esse omnes ex computo B, in subsequentibus ex computo A. Ex hac ratione ferri quidem potest computus A in re Olymp. 87, 1 præcedente; nam in his anni numerum ad secundum vetusti anni Attici semestre refert; sed post Olymp. 87, 1 nonnisi computus A admitti potest. Quare cogitur Corsinus, ut quæ in hac parte ex computo B supputata sunt, mutando removeat. Parum hoc accommodatum, ut fidem nostram Corsinianæ sententiæ adjungamus. Magis vero obstat quod Bœckhius docuit non ab Olymp. 87, 1 demum, sed certe jam inde ab Olymp. 72, 3 Atticum annum ab Hecatombæone incepisse. « Ac quum tot retro archontes, ait vir doctissimus, usque ad Creontem certis simpliciter Olympicis annis tribuantur a veteribus, neque quisquam unquam archontem ex his ullum duobus tribuat Olympicis annis, noli dubitare quin inde a Creonte idem Attici anni cardo fuerit. »

Reliquum est, ut ratio explicetur, quam in notandis Canonis numeris adhibuimus. Qua in re, quum totos nos ad Bœckhianam chronici editionem accommodaverimus, quæ vir clarissimus de ea exposuit, ipsissimis ejus verbis adscribam : « In canone conficiendo operam dedi, ut quos Noster vere significaverit annos, ad eos referrentur res gestæ. Firmi haud dubie certique Attici Fasti inde a Creonte erant, nec poterat Noster in Archontum Atticorum annorum temporibus facile errare aut ab aliis differre; itaque ex archontibus designavi annum Olympicum, ubi fieri poterat, ita quidem, ut archonticus et civilis Atticus annus idem esset atque Olympicus, ab eodem quippe deductus initio, solstitio fere æstivo. Hinc definivi, quo computo sumendus esset numerus in Marmore scriptus; aut si archon quidem nos deficeret, ex aliis vero rebus annus Olympicus colligi posset, etiam his usus sum. Jam ubi Marmoris annus Olympiadis certo, cui debet, anno comparatus referebat computum A, illum in Canone numerum dedi simpliciter, quem referret Marmor. Sic ep. 74 Nausigenis archontis annus est Olymp. 103, 1, cui ex computo A respondet numerus Marmoris 104, quem solum dedi. Sin numerus Marmoris cum Olympiadis anno collatus alium computum referebat, adscripsi nihilominus Marmoris numerum, sed inclusum parenthetice addidi verum numerum. Sic ep. 66 Lachetis anno Olymp. 95, 1, annus 137 in Marmore adscriptus, ex computo ille B sumendus; itaque in Canone scripsi : 137 (136). Ubi numerus supplendus vel corrigendus erat, non feci hoc nisi ad computum A constituto numero; suppleta vel correcta uncis inclusa sunt, ubi quidem certum annum supplementum vel correctio referat. Ubi vero annus Olympicus, cui respondeat epocha, certo definiri nequit, spa-

tium apposui annorum, in quod is incidere debeat. Hoc etiam tum locum habet, ubi numerus Marmoris et archon servati sunt, sed utro computo, A an B, sumendus numerus sit, non constat, quod archontis annus aliunde non notus est. Ut ep. 34 Dropides est archon, et numerus remanet 381 : qui prout ex computo A vel B sumetur, Dropides aut Olymp. 33, 4, aut Olymp. 34, 1, erit archon statuendus. Talibus in epochis numerum Marmoris traditum non adscripto altero parenthetico in Canone dedi, sed Olympicum annum dupplicem. At ante annuos archontes subsidia, ex quibus de computi genere judices, nos deficiunt prope omnia : posset enim de eo tum tantum judicari, si canonem Atticorum regum et archontum perpetuorum ac decennalium, quem Noster secutus est, teneremus. Sed eum non tenemus integrum. Nam primum archontum decennalium in ætatem nulla incidit Marmoris epocha, atque insuper inter Olympiadum initium et Creontem archontem annum primum una tantum notata epocha est 31. Æschyli archontis perpetui a. 21, sed numerus intercidit. Quum tamen nulla causa sit, quare canonem Nostri hac ætate censeas distulisse a canone aliunde noto, ex hoc constituimus annum epochæ [493] ad computum A. Canonem aliunde notum dico Eusebianum, una correctione ex mente Dionysii Halicarnassensis emendatum : quem dedi ad ep. 27, una cum canone nostro archontum perpetuorum inde ab Acasto. Apposui epoch. 31 etiam annum Olympicum ex eodem canone constitutum. Deinde vero ea ætate, quæ inter Trojam captam et Olympiadum initium interjecta est, canon Eusebianus manifesto distat a Nostri canone : nam Menesthei annus 22 Nostro est numerus 945, qui ex computo A est P. J. 3505, quum Eusebio ille annus sit P. J. 3531. Itaque alius pro Nostri calculo hujus ætatis magistratuum Atticorum canon conficiendus fuit, quem in duas partes divisum dedi ad ep. 27. In quo ludicro opere construendo accidit, ut certos numeros commodius esset distincte ex computo A et B sumere ; quippe ep. 27, ex computo A sumta est, et ep. 24 ad illam comparata ex computo B ; singularem ob causam etiam ep. 29 ex computo B sumsi, de quo v. Canon. Ante epocham 27 autem epochæ 25, 26 ex computo B sumendæ, si epocha 27 ex computo A sumitur, quod alias canon sibi non constat ; idemque dicendum de reliquis ante ep. 24, quæ est Trojæ captæ, usque ad initium omnibus, in quibus canones Eusebii et Nostri prorsus conspirant, nisi quod Nostri auctoris numeri cum Periodo Juliana comparati remotiores sunt annis 26, ex computo A, vel 25 ex computo B. Quapropter si mihi confidere voluissem, ep. 1-26 debuissem omnia ex computo B ponere, et annos ante Olympiades, quos in hac parte eorum loco posui, qui posthac a prima Olympiade computati sunt, ex solo computo B definire. Sed quod universa res ex nostro de ep. 27 judicio pendet, ut in prima Canonis columna utriusque computi numeros habes, ita etiam in tertia ex utroque computo annos ante Olymp. 1 dedi. Numeros suppletos vel correctos in hac parte Canonis et a computo A et ex computo B designavi ; in textu græco numeros dedi eos, qui epochæ primæ consentanei sunt, sive ex A sive ex B sumetur... Denique per universum Canonem annos Periodi Julianæ eos dedi, quibus mediis inciperent anni Olympici annique ante Olymp. 1, prout hi a me in tertia columna designati sunt. »

MARMOR PARIUM.

(1) ....ου...[ἐξ ἀναγραφῶ]ν παν[τοί]ων [περὶ τῶν προγεγενημέ]νων ἀνέγραψα τοὺς ἄν[ωθεν χρό-

(2) νους?] ἀρξάμ[εν]ος ἀπὸ Κέκροπος τοῦ πρώτου βασιλεύσαντος Ἀθηνῶν εἴως ἄρχοντος ἐμ Πάρῳ [μὲν]

I. (3) ...υάνακτος, Ἀθήνησιν δὲ Διογνήτου. ¶ Ἀφ' οὗ Κέκροψ Ἀθηνῶν ἐβασίλευσε καὶ 1
ἡ χώρα Κεκροπία ἐκλήθη, τὸ πρότερον καλου-

(4) μένη Ακτικὴ ἀπὸ Ακταίου τοῦ αὐτόχθονος, ἔτη **ΧΗΗΗΔΠΙΙΙ**. ¶ Ἀφ' οὗ 2
Δευκαλίων παρὰ τὸν Παρνασσὸν ἐν Λυκωρείᾳ ἐβασίλευσε, [βα]σιλε[ύ-

(5) ο]ντος Ἀθηνῶν Κέκροπος, ἔτη **ΧΗΗΗΔ**. ¶ Ἀφ' οὗ δίκη Ἀθήνησι[ν ἐγέ]νετο 3
Ἄρει καὶ Ποσειδῶνι ὑπὲρ Ἁλιῤῥοθίου τοῦ Ποσειδῶνος, καὶ ὁ τόπος ἐκλήθη

(6) Ἄρειος πάγος, ἔτη **ΧΗΗ𐅄ΔΠΙΙΙ**, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Κρ[ανα]οῦ. ¶ Ἀφ' οὗ 4
κατακλυσμὸς ἐπὶ Δευκαλίωνος ἐγένετο, καὶ Δευκαλίων τοὺς

(7) ὄμβρους ἔφυγεν ἐγ Λυκωρείας εἰς Ἀθήνας πρὸ[ς Κρανα]όν, καὶ τοῦ Διὸ[ς το]ῦ Ὀ[μβρίου Ἀπη]μ[ί]ου τὸ ἱρὸν ἱδ[ρύσατ]ο [καὶ] τὰ σωτήρια ἔθυσεν,

(8) [ἔ]τη **ΧΗΗ𐅄ΔΠ**, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Κρ[α]ν[α]οῦ. ¶ Ἀ[φ' οὗ Ἀμφι]κτύων 5
Δευκαλίωνος ἐβασίλευσεν ἐν Θερμοπύλαις, καὶ συνῆγε

(9) [τ]οὺς περὶ τὸν ὅρον οἰκοῦντας καὶ ὠ[νό]μασεν Ἀμφικτύονας καὶ Π[υλαία]ν οὗ- [περ] καὶ νῦν ἔτι θύουσιν Ἀμφικτύονες,

(10) [ἔ]τη **ΧΗΗ𐅄ΠΙΙΙ**, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Ἀμφικτύονος. ¶ Ἀφ' οὗ Ἕλλην ὁ 6
Δευκ[αλίωνος Φθι]ώτιδος ἐβασίλευσε, καὶ Ἕλληνες

(11) [ὠν]ομάσθησαν, τὸ πρότερον Γραικοὶ καλούμενοι, καὶ τὸν ἀγῶνα Παν[ελλήν]ι[α ἔθεσαν, ἔτη] **ΧΗΗ𐅄ΠΙΙ**, βασιλεύοντος

(12) Ἀθηνῶν Ἀμφικτύονος. ¶ Ἀφ' οὗ Κάδμος ὁ Ἀγήνορος εἰς Θήβας ἀφίκετο [ἐκ 7
Φοινίκης, καὶ] ἔκτισεν τὴν Καδμεί-

(13) αν, ἔτη **ΧΗΗ𐅄Π**, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Ἀμφικτύονος. ¶ Ἀφ' οὗ [Εὐρώτας καὶ 8
Λακεδαίμων Λακω]νικῆς ἐβασίλευσαν,

(14) ἔτη **ΧΗΗ𐅄ΙΙ**, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Ἀμφικτύονος. ¶ Ἀφ' οὗ ναῦ[ς μετὰ Δαναοῦ 9
καὶ τῶν πεντ]ή[κοντα Δαναΐδ]ων ἐξ Αἰγύπτου

(15) [ε]ἰς τὴν Ἑλλάδα ἔπλευσε, καὶ ὠνομάσθη πεντηκόντορος, καὶ αἱ Δαναοῦ θυγατέρες, ... [καὶ Ἀμυμ]ώνη? καὶ Β[ρύ-

MARMOR PARIUM.

	Annus marmoris.	Period. Julian. Annus medius.	Ante Olymp. I.	Magistrat. Attic.
...... *ex variis catalogis rerum quæ ante memoriam nostram evenerunt*, consignavi *superiora tempora* exorsus a Cecrope, qui primus regnavit Athenis, usque ad archontem in Paro *quidem* ... yanactem, Athenis vero Diognetum.				
1 A quo Cecrops Athenis regnavit, et regio Cecropia dicta est, quæ prius dicebatur Attica ab Actæo indigena, anni MCCCXVIII.	1318 (1317)	3132 (3131)	806 (805)	Cecropis I regis an. 1.
	ante Christ. 1582 (1581).			
2 A quo Deucalion Lycoreæ ad Parnassum regnavit, regnante Athenis Cecrope, anni MCCCX.	1310 (1309)	3140 (3141)	798 (797)	Cecropis I regis an. 9.
3 A quo lis Athenis fuit Marti et Neptuno super Halirrhothio, Neptuni filio, et locus dictus est Areopagus, anni MCCLXVIII, regnante Athenis Cranao.	1268 (1267)	3182 (3183)	756 (755)	Cranai regis an. 1.
4 A quo diluvium tempore Deucalionis evenit, et Deucalion imbres elapsus Lycorea fugit Athenas ad Cranaum et Jovis Pluvii Innoxii aram exstruxit, et sacra pro salute fecit, anni MCCLXV, regnante Athenis Cranao.	1265 (1264)	3185 (3186)	753 (752)	Cranai regis an. 4.
5 A quo Amphictyon, Deucalionis filius, regnavit in Thermopylis, et congregavit populos in vicinia habitantes, et appellavit Amphictyonas, et *Pylæam*, ubi etiam nunc sacrificant Amphictyones, anni MCCLVIII, regnante Athenis Amphictyone.	1258 (1257)	3192 (3193)	746 (745)	Amphictyonis regis an. 2.
6 A quo Hellen, Deucalionis filius, in Phthiotide regnavit, et Hellenes appellati sunt, qui prius Græci dicebantur, atque hi *Panhellenia* festum instituerunt, anni MCCLVII, regnante Athenis Amphictyone.	1257 (1256)	3193 (3194)	745 (744)	Amphictyonis regis an. 3.
7 A quo Cadmus, Agenoris filius, ex *Phœnicia* Thebas venit, et Cadmeam condidit, anni MCCLV, regnante Athenis Amphictyone.	1255 (1254)	3195 (3196)	743 (742)	Amphictyonis regis an. 5.
8 A quo *Eurotas et Lacedæmon in Laconica* regnarunt, anni MCCLII, regnante Athenis Amphictyone.	1252 (1251)	3198 (3199)	740 (739)	Amphictyonis regis an. 8.
9 A quo navis *cum Danao et quinquaginta Danaidibus* ex Ægypto in Græciam appulsa est, et vocata est Pentecontorus, et Danai filiæ, ... *et Amymone et Bryce et Hero* et Helice et	1247 (1246)	3203 (3201)	735 (734)	*Erichthonii regis an.* 3.

(16) κη κ]α[ὶ Ἡρ]ώ? καὶ Ἑλίκη καὶ Ἀρχεδίκη ἀποκληρωθεῖσαι ὑπὸ τῶν λοιπῶν [ἱρὸν ἱδρύσ]αντ[ο Ἀθηνᾶς]

(17) καὶ ἔθυσαν ἐπὶ τῆς ἀκτῆς ἐμ παρά[πλῳ] ἐν Λίνδῳ τῆς Ῥοδίας, ἔτη **ΧΗΗ ΔΔΔΔΓΙΙ**, βασιλεύο[ντος Ἀθηνῶν Ἐριχθονίου. ¶ Ἀφ' οὗ Ἐριχ]- 10

(18) θόνιος Παναθηναίοις τοῖς πρώτοις γενομένοις ἅρμα ἔζευξε καὶ τὸν ἀγῶνα ἐδείκνυε, καὶ Ἀθηναίους [ὠν]ό[μασε, κ]αὶ [βρέτας

(19) θ]εῶν μητρὸς ἐφάνη ἐγ Κυβέλοις, καὶ Ὕαγνις ὁ Φρὺξ αὐλοὺς πρῶτος ηὗρεν ἐγ Κ[ελ]α[ι]ναι[ς πόλει τῆ]ς Φρ[υγίας, καὶ ἁρμονίαν τὴν καλ]-

(20) ουμένην Φρυγιστὶ πρῶτος ηὔλησε καὶ ἄλλους νόμους Μητρός, Διονύσου, Πανός, καὶ τὸν ἐπ - - - - - -

(21) - - - , ἔτη **ΧΗΗΔΔΔΔΙΙ**, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Ἐριχθονίου τοῦ τὸ ἅρμα ζεύξαντος. ¶ Ἀφ' οὗ Μίνως [ὁ] πρ[ότερος ἐ]βα[σίλευσε Κρήτης 11

(22) καὶ Κυδω]νίαν ᾤκισε, καὶ σίδηρος ηὑρέθη ἐν τῇ Ἴδῃ, εὑρόντων τῶν Ἰδαίων Δακτύλων Κέλμιος κ[αὶ Δαμναμενέως καὶ Ἄκμονος, ἔτη **ΧΗΡΔΓΙΙΙ**, βα-

(23) σι]λεύοντος Ἀθηνῶν Πανδίονος. ¶ Ἀφ' οὗ Δημήτηρ ἀφικομένη εἰς Ἀθήνας 12 καρπὸν ἐφύ[τε]υεν καὶ πρ[όπειρα ἐ]πρά[χθη πρ]ώτη δ[ειξάντων

(24) Τ]ριπτολέμου τοῦ Κελεοῦ καὶ Νεαίρας, ἔτη **ΧΗΔΔΔΔΓ**, βασιλεύοντος Ἀθήνησιν Ἐριχθέως. ¶ Ἀφ' οὗ Τριπτό[λεμος ὁ Κελεοῦ καρ- 13

(25) πὸν] ἔσπειρεν ἐν τῇ Ῥαρίᾳ καλουμένῃ Ἐλευσῖνι, ἔτη **Χ[Η]ΔΔΔΔ[ΙΙ]**, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν [Ἐριχθέως. ¶ Ἀφ' οὗ Ὀρφεὺς Οἰάγρου καὶ Καλλιόπης] 14

(26) υἱὸ[ς τὴ]ν αὑτοῦ πόησιν ἐξ[έ]θηκε, Κόρης τε ἁρπαγὴν καὶ Δήμητρος ζήτησιν καὶ τὸν αὐτοῦ [ἐς ᾅδου καταβαθμὸν

(27) καὶ τὸ γῆ]θος τῶν ὑποδεξαμένων τὸν καρπόν, ἔτη **ΧΗΔΔΔΓ**, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Ἐριχθέως. ¶ [Ἀφ' οὗ Εὔμολπος ὁ 15

(28) Μουσαί]ου τὰ μυστήρια ἀνέφηνεν ἐν Ἐλευσῖνι, καὶ τὰς τοῦ [πατρὸς Μ]ουσαίου ποιήσ[ει]ς ἐξέθηκ[εν, ἔτη **ΧΗΔ** - βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Ἐ-

(29) ριχθέ]ως τοῦ Πανδίονος. ¶ Ἀφ' οὗ καθαρμὸς πρῶτον ἐγένετο [φόν]ου, πρώ- 16 τω[ν] Ἀ[θηναίων καθηρ]άντ[ων Ἡρακλέα, ἔτη

(30) **ΧΡ]ΔΙΙ**, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Πανδίονος τοῦ Κέκροπος. ¶ Ἀφ' οὗ [ἐ]ν Ἐλευσῖνι 17 ὁ γυμνικὸς [ἀγὼν ἐτέθη, κ]α[ὶ θ]υ[σία βρέφους ἀν-

(31) θρώπου κ]αὶ τὰ Λύκαια ἐν Ἀρκαδίᾳ ἐγένετο, καὶ [αἱ ἐ]κκ[ηρύξεις τοῦ] Λυκάονος ἐδόθησαν [ἐν] τοῖς Ἑλλ[η]σι[ν, ἔτ]η [**Χ**].[**Δ**] . ., βασιλεύον-

(32) τος Ἀθηνῶν Πανδίονος τοῦ Κέκροπος. ¶ Ἀφ' οὗ κα[τερ]γ[ασάμενος τὰ ἐν] 18 Ἤ[λ]ι[δ]ι Ἡρακλῆς [τὸ τέμε]ν[ος καθιέρ]ω[σε τοῦ] Δ[ι]ός, [ἔ]τ[η **ΧΔΔΔ**]--

(33) βασιλεύοντος Ἀθήνησιν Αἰγέως. ¶ Ἀφ' οὗ Ἀθήνησι [σπάνι]ς τῶν καρπῶν ἐγένετο, 19 καὶ μαντευομένο[ι]ς [τοῖς] Ἀθην[αίοις Ἀπόλ]λων ἔ[χρ]η[σε

		Annus marmoris.	Period. Julian. Annus medius.	Ante Olymp. 1.	Magistrat. Attic.
	Archedice sorte lectæ ex ceteris *Minervæ delubrum condiderunt* eique in trajectu sacra fecerunt Lindi, quæ Rhodi urbs est, anni MCCXLVII, regnante *Athenis Erichthonio.*				
10	*A quo Erichthonius* Panathenæis primis celebratis currum junxit, et certamen monstravit, et Atheniensibus (hoc quod habent) nomen dedit, et *simulacrum* Matris Deorum apparuit Cybelis, et Hyagnis Phryx tibias primus invenit in Celænis urbe Phrygiæ, et *harmoniam* quæ vocatur Phrygia primus tibiis cecinit, et alios nomos Magnæ Matris, Bacchi, Panis, et illum .... anni MCCXLII, regnante Athenis Erichthonio, qui currum junxit.	1242 (1241)	3208 (3209)	730 (729)	Erichthonii regis an. 8.
11	A quo Minos *prior* in Creta regnavit, et Cydoniam condidit, et ferrum inventum est in Ida, inventoribus Idæis Dactylis Celmi, *Damnameneo et Acmone anni MCLXVIII*, regnante Athenis Pandione.	[11]68 (1167)	[3282] (3283)	[656] (655)	Pandionis I regis an. [32]
12	A quo Ceres adveniens Athenas fruges seminavit et *primum rei periculum factum est monstrante* Triptolemo Celei et Neæræ filio, anni MCXLV, regnante Athenis Erechtheo.	1145 (1144)	3305 (3306)	633 (632)	Erechthei regis an. 15.
13	A quo Triptolemus, *Celei filius, fruges* sevit in Rhario campo prope Eleusinem anni M[C]XLII, regnante Athenis *Erechtheo.*	114[2] (1141)	330[8] (3309)	63[0] (629)	Erechthei regis an. 1[8].
14	*A quo Orpheus, OEagri et Calliopes filius,* poesin suam edidit, et Proserpinæ Raptum et Cereris Investigationem et ipsius *ad inferos Descensum* et *Deliciæ* eorum, qui fruges accipiebant, anni MCXXXV, regnante Athenis Erechtheo.	1335 (1334)	3315 (3316)	623 (622)	Erechthei regis an. 25.
15	*A quo Eumolpus, Musæi filius,* mysteria exhibuit Eleusine, et *patris sui* Musæi poemata edidit, *anni MCX.., regnante Athenis Erechtheo* filio Pandionis.	1134-1110 (1133-1109)	3316-3340 (3317-3341)	622-598 (621-597)	Erechthei regis an. 26-50.
16	A quo primum instituta est *cædis* lustratio, *primis Atheniensibus Herculem lustrantibus anni MLXII*, regnante Athenis Pandione, Cecropis filio	1062 (1061)	3388 (3389)	550 (549)	Pandionis II regis an. 8.
17	A quo Eleusine instituti sunt *ludi* gymnici *et humanum sacrificium* infantis, et Lycæa in Arcadia fuerunt, et *præconibus* Lycaonis *novi ludi* per Græciam *nunciati sunt, anni M.C...,* regnante Athenis Pandione filio Cecropis.	1061-1045 (1060-1044)	3389-3405 (3390-3406)	549-533 (548-532)	Pandionis II regis an. 9-25.
18	A quo *post peractas res in Elide* Hercules *lucum* Jovis consecravit *anni MXXX...*, regnante Athenis Ægeo.	1044-1032 (1043-1031)	3406-3418 (3407-3419)	532-250 (531-519)	Ægei regis an. 1-12.
19	A quo Athenis inopia frugum fuit, et consultus ab Atheniensibus Apollo *oraculo jussit*	1031 (1030)	3419 (3420)	519 (518)	Ægei regis an. 13.

(34) δίκα]ς ὑποσχε[ῖν] ἅ[ς] ἀμ Μίνως ἀξιώσῃ, ἔτη ΧΔΔΔΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Αἰγ[έως]. ¶ Ἀφ' οὗ Θησ[εὺς βασιλεύων] 20

(35) Ἀθηνῶν τὰς δώδεκα πόλεις εἰς τὸ αὐτὸ συνῴκισεν, καὶ πολιτείαν καὶ τὴν δημοκρατίαν ἀπ[έδ]ω[κε, καὶ ἀπογε-

(36) νόμεν]ος Ἀθηνῶν τὸν τῶν Ἰσθμίων ἀγῶνα ἔθηκε Σίνιν ἀποκτείνας, ἔτη 𐅅ΗΗΗΗ𐅄ΔΔΔΓ. ¶ Ἀπὸ τῆς Ἀμ[αζ]όν[ων εἰς] τὴ[ν Ἀττικὴν στρατείας, 21 ἔτη 𐅅Η

(37) ΗΗΗ𐅄]ΔΔΔΔΙΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Θησέως. ¶ Ἀφ' οὗ Ἀργεῖοι [μ]ε[τ'] 22 Ἀδράσ[του ἐπὶ Θή]βας [ἐστράτ]ευσαν, καὶ τὸν ἀγῶνα [ἐ]ν [Νεμέ]ᾳ [ἔ]θ[εσ]αν [τῷ

(38) Διί], ἔτη 𐅅ΗΗΗΗ𐅄ΔΔΔΓΙΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Θησέως. ¶ Ἀφ' οὗ οἱ 23 [Ἕλλη]νες εἰς Τροίαν ἐ[στ]ράτευσ[αν], ἔτη 𐅅ΗΗΗΗ𐅄ΙΙΙΙ, βασιλεύοντος Ἀθη-[νῶν

(39) Μεν]εσθέως τρεισκαιδεκάτου ἔτους. ¶ Ἀφ' οὗ Τροία ἥλω, ἔτη 𐅅ΗΗΗΗΔΔΔΓ, 24 βασιλεύοντος Ἀθηνῶν [Μενεσθέ]ως δευτέρου *[καὶ εἰκοστοῦ] ἔτους, μηνὸς Θ[αρ-

II. (40) γηλιῶ]νος ἑβδόμῃ φθίνοντος. ¶ Ἀφ' οὗ Ὀρέστη[ς πρ]ο[ς]αιτῶν αὐτὸ[ς δίκην 25 ὑπέσχεν Α]ἰγίσθου θυγατρὶ [Ἠριγ]όν[ῃ ὑπὲρ Αἰ]γίσθου, καὶ αὐ[τοῖς ἡ δί-

(41) κη ἐδικ]ά[σθη] ἐν *Ἀρεί[ῳ] πάγῳ, ἣν Ὀρέστης ἐνίκησεν [ἰσωθεισῶν τ]ῶν [ψήφων], ἔτη [𐅅]ΗΗΗΗΔΔΔ[ΓΙΙ]ΙΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Δημοφῶντος. ¶ Ἀφ' οὗ 26 [Σαλα-

(42) μῖνα ἐν] Κύπρῳ Τεῦκρος ᾤκισεν, ἔτη 𐅅ΗΗΗΗΔΔΓΙΙΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Δημοφῶντος. ¶ Ἀφ' οὗ Νε[ιλ]εὺς ᾤκισ[ε Μίλητον καὶ τὴν] ἄλ[λ]η[ν] 27 ἅ[πα]σ[αν

(43) Ἰωνί]αν, Ἔφεσον, Ἐρυθράς, Κλαζομενάς, [Πρι]ήν[ην, Λέβε[δον, [Τέω], Κολοφῶνα, [Μ]υοῦντα, [Φώκ]α[ιαν], Σάμον, [Χίον, καὶ] τὰ [Παν]ιώνι[α] ἐγένετο, ἔτ[η

(44) 𐅅ΗΗΗ]ΔΙΙΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν *Μέ[δοντο]ς τρεισκαιδεκάτου [ἔτ]ους. ¶ 28 Ἀφ' οὗ [Ἡσ]ίοδος ὁ ποιητὴς [ἐφάν]η, ἔτη 𐅅Η𐅄ΔΔ[ΙΙΙ], βασιλεύοντος Ἀθηνῶν [Μεγα-

[45] κλέους]. ¶ Ἀφ' οὗ Ὅμηρος ὁ ποιητὴς ἐφάνη, ἔτη 𐅅ΗΔΔΔΔΙΙΙ, βασιλεύοντος 29 Ἀθηνῶ[ν Δ]ιογνήτου. ¶ Ἀφ' οὗ Φ[εί]δων ὁ Ἀργεῖος ἐδήμευσ[ε τὰ μ]έ[τρα 30

(46) καὶ ἀ]νεσκεύασε, καὶ νόμισμα ἀργυροῦν ἐν Αἰγίνῃ ἐποίησεν, ἑνδέκατος ὢν ἀφ' Ἡρακλέους, ἔτη 𐅅ΗΔΔΔΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν [Φε-

(47) ρεκλέ]ους. ¶ Ἀφ' οὗ Ἀρχίας Εὐαγήτου, δέκατος ὢν ἀπὸ Τημένου, ἐκ Κορίνθου 31 ἤγαγε τὴν ἀποικίαν [εἰς τὰς] Συρακού[σας, ἔτη ΗΗΗΗ𐅄ΔΔΔΔΙΙΙ,

	Annus marmoris.	Period. Julian. Annus medius.	Ante Olymp. 1.	Magistrat. Attic.
eos pœnas subire, quascunque Minos postularet, anni MXXXI, regnante Athenis Ægeo.				
20 A quo Theseus Athenis duodecim urbes in unam civitatem collegit, et reipublicæ formam et democratiam *concessit*, et relictis Athenis ludos Isthmios instituit postquam Sinin interemerat, anni DCCCCLXXXXV.	995 (994)	3455 (3456)		Thesei regis an. 2.
21 Ab *Amazonum* in [Atticam expeditione anni DCCCCL]XXXXII, regnante Athenis Theseo.	992 (991)	3458 (3459)	480 (479)	Thesei regis an. 5.
22 A quo Argivi sub Adrasto *contra Thebas profecti sunt, et Nemea in Jovis honorem instituerunt,* anni DCCCCLXXXVII, regnante Athenis Theseo.	987 (986)	3463 (3464)	475 (474)	Thesei regis an. 10.
23 A quo Græci contra Trojam expeditionem susceperunt, anni DCCCCLIV, regnante Athenis Menestheo, anno regni decimo tertio.	954 (953)	3496 (3497)	442 (441)	Menesthei regis an. 13.
24 A quo Troja capta est, anni DCCCCXLV, regnante Athenis *Menestheo*, anno regni *vicesimo* secundo, mensis Thargelionis die septimo ante finem.	945 (944)	3505 (3506)	433 (432)	Menesthei regis an. 22.
25 A quo Orestes *ipse supplicans* de Ægistho litem habuit cum Ægisthi filia *Erigone, iisque caussa judicata est* in Areopago, in qua Orestes vicit *æqualibus numero suffragiis*, anni [D]CCCCXXX[VII]II, regnante Athenis Demophonte.	93[9] (938)	3511 (3512)	427 (426)	Demophontis regis an. 5.
26 A quo *Salamina in* Cypro Teucer condidit, anni DCCCCXXXVIII, regnante Athenis Demophonte.	938 (937)	3512 (3513)	426 (425)	Demophontis regis an. 6.
27 A quo Neleus condidit *Miletum et ceteras omnes Ioniæ civitates,* Ephesum, Erythras, Clazomenas, *Prienen*, *Lebedum*, *Teo*, Colophonem, Myuntem, *Phocæam*, Samum, *Chium*, *atque Panionia* instituit, anni [DCCC]XIII, regnante Athenis *Medonte*, anno decimo tertio.	8[13]	3637	301	*Medontis* archontis an. 13.
28 A quo Hesiodus poeta *claruit*, anni DCLXX[III], regnante Athenis *Megacle*.	67[3]	3777	161	*Megaclis* archontis [an. 22].
29 A quo Homerus poeta claruit, anni DCXXXXIII, regnante Athenis Diogneto.	643 (642)	3808	130	Diogneti archontis [an. 25].
30 A quo Phidon Argivus *in publicum redegit pristinas mensuras et sustulit*, et nummum argenteum in Ægina cudit, undecimus ab Hercule, anni DCXXXI, regnante Athenis *Pherecle*.	631	3819	119	*Phereclis* archontis [an. 8].
31 A quo Archias, Euageti filius, decimus a Temeno, e Corintho eduxit coloniam Syracusas, anni CCCCXCIII, regnante Athenis Æschylo, anno vicesimo primo.	493	3957	*Olympiad.* 5,4	Æschyli archontis an. 21.

(48) βασιλεύον]τος Ἀθηνῶν Αἰσχύλου ἔτους εἰκοστοῦ καὶ ἑνός. ¶ Ἀφ' οὗ κατ' ἐνιαυτὸν 32
ἦρ[χ]εν ὁ ἄρ[χ]ων, ἔτ[η] ΗΗΗΗΔΔ. ¶ Ἀφ' οὗ . . . . ο . . υ 33
(49) . . . . , ἔτη ΗΗΗΗΔΓΙΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι [Τλη]σία. ¶ Ἀφ' οὗ Τέρ- 34
πανδρος ὁ Δερδένεος ὁ Λέσβιος τοὺς νόμους τοὺ[ς κιθ]α[ρῳδ]ῶν [ἐδί]δ[αξεν],
οὓς [κ]αὶ αὐλητ[ὴς συν-
(50) ηύ]λησε, καὶ τὴν ἔμπροσθε μουσικὴν μετέστησεν, ἔτ[η] ΗΗΗ𐅄ΔΔΙ, ἄρχον-
τος Ἀθήνησιν Δροπί[δ]ου. ¶ Ἀφ' οὗ Ἀ[λυάττη]ς Λυδ[ῶν ἐβα]σίλευσ[εν, ἔτη 35
(51) ΗΗΗΔ]ΔΔΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀριστοκλέους. ¶ Ἀφ' οὗ Σαπφὼ ἐγ Μιτυ- 36
λήνης εἰς Σικελίαν ἔπλευσε φυγοῦσα . . . ολ . . . θ . . [ἔτη ΗΗΗΔΔ . .,
(52) ἄρχον]τος Ἀθήνησιν μὲν Κριτίου τοῦ προτέρου, ἐν Συρακούσαις δὲ τῶν [γεω]-
μόρων κατεχόντων τὴν ἀρχήν. ¶ [Ἀφ' οὗ Ἀμφικτύ]ο[νες ἐνίκη- 37
(53) σαν ἑλ]όντες Κύῤῥαν, καὶ ὁ ἀγὼν ὁ γυμνικὸς ἐτέθη χρηματίτης ἀπὸ τῶν λαφύ-
ρων, ἔτη ΗΗ[Η]ΔΔΓΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι Σίμω[ν]ος. ¶ Ἀφ' οὗ [ἐν Δελ- 38
(54) φοῖς στεφ]ανίτης ἀγὼν πάλιν ἐτέθη, ἔτη ΗΗΗΔΓΙΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι Δαμασίου
τοῦ δευτέρου. ¶ Ἀφ' οὗ ἐν Ἀθ[ήν]αις κωμῳ[δῶν χο]ρ[ὸς ηὑρ]έθη, [στη]σάν[των αὐ- 39
(55) τὸν] τῶν Ἰκαριέων, εὑρόντος Σουσαρίωνος, καὶ ἆθλον ἐτέθη πρῶτον ἰσχάδω[ν]
ἄρσιχο[ς] καὶ οἴνου [ἀμφορ]ε[ύς? ἔτη ΗΗ . . . ἄρχοντ]ος [Ἀθήνησι] . .
[56] . . ¶ Ἀφ' οὗ Πεισίστρατος Ἀθηνῶν ἐτυράννευσεν, ἔτη ΗΗ𐅄ΔΔΔΓΙΙ, ἄρ- 40
χοντος [Ἀθήνησ]ι Κ[ωμί]ου. ¶ Ἀφ' οὗ Κροῖσος [ἐξ] Ἀσίας [εἰς] Δελφο[ὺ]ς 41
ἀ[πέστειλεν . . . .
(57) ἔτη ΗΗ𐅄]ΔΔΔΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι[ν Εὐθ]υδήμου. ¶ Ἀφ' οὗ Κῦρος ὁ Περ- 42
σῶν βασιλεὺς Σάρδεις ἔλαβε καὶ Κροῖσον ὑπὸ [Πυθία]ς σφαλ[έντα ἐζώγρησεν,
ἔτη ΗΗ𐅄ΔΔΓΙΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι . . . ἦν
(58) δὲ] καὶ Ἱππῶναξ κατὰ τοῦτον ὁ ἰαμβοποιός. ¶ Ἀφ' οὗ Θέσπις ὁ ποιητὴς [ἐφάνη], 43
πρῶτος ὃς ἐδίδαξε [δρ]ᾶ[μα ἐν ἄ]στ[ει, καὶ ἐ]τέθη ὁ [τ]ράγος [ἆθλον], ἔτη
ΗΗ𐅄[ΔΔ] . . ἄρχοντος Ἀθ[ήνησι]
(59) . . . . ναίου τοῦ προτέρου. ¶ Ἀφ' οὗ Δαρεῖος Περσῶν ἐβασίλευε Μάγου τελευτή- 44
σαντος, ἔτη [ΗΗ]𐅄[Γ]Ι, ἄρχοντος Ἀθή[νησι]. . . . . . ¶ Ἀφ' οὗ Ἁρμόδιος καὶ 45
[Ἀριστογε]ίτων ἀπέκτε[ιναν Ἵπ-
(60) πα]ρχον Πεισιστράτου Ἀ[θηνῶν τύραννον]ον, καὶ Ἀθηναῖοι [ἐξανέστ]ησαν τοὺς
Πεισιστρατίδας ἐκ [τοῦ Πε]λασ[γικ]οῦ τείχους, ἔτη ΗΗΔΔΔΓΙΙΙ,
ἄρχοντος Ἀθήνησι . .
(61) . . . ¶ Ἀφ' οὗ χοροὶ πρῶτον ἠγωνίσαντο ἀνδρῶν· ὃν διδάξας Ὑπό[δι]κος ὁ Χαλκι- 46
δε[ὺς] ἐνίκ[ησεν], ἔτη ΗΗΔΔΔΔ[ΙΙΙΙ], ἄρχοντος Ἀθήνησιν [Ἰ]σαγόρου. ¶ 47
Ἀφ' οὗ Νε . . . . . . Ἱππία [υἱὸς? ἐτελεύ-

	Annus marmoris.	Period. Julian. Annus medius.	Ante Olymp. I.	Magistrat. Attic.
32 A quo annui archontes cœperunt, anni CCCCXX.	420 (419)	4031	24,2	*Creonte archonte.*
33 A quo ...., anni CCCCXVIII, archonte Athenis *Tle*sia.	418 (417)	4033	24,4	[T]l[e]sia archonte.
34 A quo Terpander, Derdenei filius, Lesbius, nomos *citharodicos docuit, quos tibicen tibia simul modulatus est,* et vetustam musicam mutavit, anni CCCLXXXI, archonte Athenis Dropi*de*.	381	4069 / 4070	33,4 / 34,1	Dropi*de* archonte.
35 A quo *Alyattes* in Lydia regnavit, *anni* [CCCX]XXXI, archonte Athenis Aristocle.	[34]1	4109	43,4	Aristocle archonte.
36 A quo Sappho Mytilenis in Siciliam fugit ..., *anni CCCXX..*, archonte Athenis quidem Critia priore, Syracusis autem rerum potitis Geomoris.	340-332 vel 328 (327)	4110-4118 vel 4123	44,1-46,1 vel 47,2	Critia I archonte.
37 A quo *Amphictyones vicerunt* capta Cyrrha, et certamen gymnicum editum fuit pecuniarium ex spoliis, anni CC[C]XXVII, archonte Athenis Simone.	327 (326)	4124	47,3	Simone archonte.
38 A quo *Delphis* rursus certamen idque jam coronarium institutum est, anni CCCXVIII, archonte Athenis Damasia secundo.	318	4132	49,3	Damasia II archonte.
39 A quo Athenis comœdia *inventa* est ab Icariensibus, inventore Susarione; et præmium positum est primum ficuum cophinus et vini *amphora, anni CC ... archonte Athenis ...*	317-298	4133-4152 / 4153	49,4-54¾	— —
40 A quo Pisistratus Athenis tyrannidem occupavit, anni CCLXXXXVII, archonte *Athenis Comia.*	297	4153 / 4154	54,4 / 55,1	Co*mi*a archonte.
41 A quo Crœsus ex Asia Delphos misit ... *anni* [CCL]XXXXII, archonte Athenis *Euth*ydemo.	[29]2	4158	56,1	*Euth*ydemo arch.
42 A quo Cyrus Persarum rex Sardes cepit, et Crœsum a Pythia deceptum *vivum cepit, anni CCLXXVIII, archonte Athenis ... Vixit autem* hujus tempore et Hipponax, iambicus poeta.	[278]	4172	59,3	— —
43 A quo Thespis poeta *floruit, qui primus* docuit *tragœdiam in astu, cujus præmium* fuit hircus, anni CCL[XX].., archonte *Athenis*... næo priore.	272-270	4178-4180	61,1-3	— næo I archonte.
44 A quo Darius in Persis regnavit, Mago defuncto, anni [CC]L[V]I, archonte Athenis ...	25[6]	4194	65,1	— —
45 A quo Harmodius et Aristogiton interfecerunt Hipparchum, Pisistrati filium, *Athenarum tyrannum*, et Athenienses *ejecerunt* Pisistratidas *ex Pelasgico* muro, anni CCXLVIII, archonte Athenis ...	248 (247)	4203	67,2	— —
46 A quo primum certarunt chori virorum, cujusmodi primum quum docuisset Hypodicus Chalcidensis, vicit, anni CCXXXX[IV], archonte Athenis *I*sagora.	24[4]	4206	68,1	*I*sagora archonte.
47 A quo Ne... Hippiæ *filius* (?) Athenis *vitam finivit*, anni CCXXXI, archonte Athenis Pythocrito.	231 (230)	4220	71,3	Pythocrito archonte.

(62) της]εν Ἀθήνησιν, ἔτη ΗΗΔΔΔΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι Πυθοκρίτου. ¶ Ἀφ' οὗ ἡ 48
ἐμ Μαραθῶνι μάχη ἐγένετο Ἀθηναίοις πρὸς τοὺς Πέρσας [καὶ] Ἀρ[ταφέρνεα
τὸ]ν Δαρείου ἀδελ-

(63) [φιδοῦ]ν τὸν στρατηγόν, ἣν ἐνίκων Ἀθηναίοι, ἔτη ΗΗΔΔΓΙΙ, ἄρχοντος Ἀθή-
ν[ησι τοῦ] δευτέρου Φ[αι]ν[ίππου· ᾗ] ἐν μάχῃ συνηγωνίσατο Αἰσχύλος ὁ ποιητὴς

(64) [ἐτ]ῶ[ν] ὢν ΔΔΔΓ. ¶ Ἀφ' οὗ Σιμωνίδης, ὁ Σιμωνίδου πάππος τοῦ ποιητοῦ, 49
ποιητὴς ὢν καὶ [αὐτός, νικᾷ Ἀθή]νησι, καὶ Δαρεῖος τελευτᾷ, Ξέρξης δὲ ὁ υἱὸς
βασιλεύει [Περσῶν, ἔτη

(65) ΗΗΔ]ΔΓ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀριστείδου. ¶ Ἀφ' οὗ Αἰσχύλος ὁ ποιητὴς τρα- 50
γῳδίᾳ πρῶτον ἐνίκησε καὶ Εὐριπίδης ὁ ποιητὴς ἐγένετο, καὶ Στησίχορος
ποιητὴς εἰ[ς]

(66) τὴν Ἑλλάδα ἀ[φίκετ]ο, ἔτη ΗΗΔΔΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Φιλοκράτους. ¶ Ἀφ' 51
οὗ Ξέρξης τὴν σχεδίαν ἔζευξεν ἐν Ἑλλησπόντῳ καὶ τὸν Ἄθω διώρυξε, καὶ ἡ ἐν
Θερμο-

(67) [πύ]λαις μάχη ἐγένετο, καὶ ναυμαχία τοῖς Ἕλλησι περὶ Σαλαμῖνα πρὸς τοὺς
Πέρσας, ἣν ἐνίκων οἱ Ἕλληνες, ἔτη ΗΗΔΓΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι Καλλιάδου. ¶ 52
Ἀφ' οὗ ἡ ἐν

(68) Πλαταιαῖς μάχη ἐγένετο Ἀθηναίοις πρὸς Μαρδόνιον τὸν Ξέρξου στρατηγόν, ἣν
ἐνίκων Ἀθηναῖοι, καὶ Μαρδόνιος ἐτελεύτησεν ἐν τῇ μάχῃ, καὶ τὸ πῦρ ἐρρύη κ[ατὰ

(69) ἐν Σικ]ελίᾳ περὶ τὴν Αἴτν[η]ν, ἔτη ΗΗΔΓΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι Ξαντίππου. ¶ 53
Ἀφ' οὗ [Γέ]λων ὁ Δεινομένους [Συρακουσῶν] ἐτυράννευσεν, ἔτη ΗΗΔΓ,
ἄρχοντος Ἀθήνησι Τιμοσθέν[ο-

(70) υς. ¶ Ἀ]φ' οὗ Σιμωνίδης ὁ Λεωπρέπους ὁ Κεῖος, ὁ τὸ μνημονικὸν εὑρών, ἐνίκησεν 54
Ἀθήνησιν διδάσκων, καὶ αἱ εἰκόνες ἐστάθησαν Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος,
ἔτη ΗΗΔΙΙ[Ι],

[71] ἄρχοντος Ἀθήνησι[ν Ἀ]δειμάντου. ¶ Ἀφ' οὗ Ἱέρων Συρακουσῶν ἐτυράννευσεν, ἔτη 55
ΗΗΓΙΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι Χ[άρ]ητος. ἦν δὲ καὶ Ἐπίχαρμος ὁ ποιητὴς κατὰ τοῦ-

(72) τον. ¶ Ἀφ' οὗ Σοφοκλῆς ὁ Σοφίλλου ὁ ἐκ Κολωνοῦ ἐνίκησε τραγῳδίᾳ ἐτῶν ὢν 56
ΔΔΓΙΙΙ, ἔτη ΗΗΓΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι Ἀψηφίονος. ¶ Ἀφ' οὗ ἐν Αἰγὸς ποτα- 57
μοῖς ὁ λίθος ἔπεσε,

(73) καὶ Σιμωνίδης ὁ ποιητὴς ἐτελεύτησεν βιοὺς ἔτη ΡΔΔΔΔ, ἔτη ΗΗΓ, ἄρχοντος
Ἀθήνησι Θεαγενίδου. ¶ Ἀφ' οὗ Ἀλέξανδρος ἐτελεύτησεν· ὁ δὲ υἱὸς Περδίκ- 58

(74) κας Μακεδόνων βασιλεύει, ἔτη ΗΡΔΔΔΓΙΙΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Εὐθίπ-
που. ¶ Ἀφ' οὗ Αἰσχύλος ὁ ποιητὴς βιώσας ἔτη ΡΔΓΙΙΙΙ ἐτελεύτησεν ἐν [Γέ- 59

	Annus marmoris.	Period. Julian. Annus medius.	Ante Olymp. 1.	Magistrat. Attic.
48 A quo ad Marathonem pugna commissa est ab Atheniensibus contra Persas, et Ar*taphernem* Darii nepotem, exercitus ducem, qua vicerunt Athenienses, anni CCXXVII, archonte Athenis secundo *Phænippo;* in quo prœlio una certavit Æschylus poeta *annos* natus XXXV.	227 (226)	4224	72,3	Phæ*nippo* II archonte.
49 A quo Simonides, Simonidis poetæ avus, qui et *ipse* fuit poeta, *vincit* Athenis; et Darius obit, Xerxes vero ejus filius *Persis* imperat, *anni* [CCX]XV, archonte Athenis Aristide.	225 vel 226 (225)	4225	72,4	Aristide archonte.
50 A quo Æschylus poeta tragœdia primum vicit, et Euripides poeta natus est, et Stesichorus poeta *in* Græciam *venit*, anni CCXXII, archonte Athenis Philocrate.	222 (221)	4229	73,4	Philocrate archonte.
51 A quo Xerxes navigiorum pontem junxit in Hellesponto, et Athonem perfodit, et in Thermopylis pugna commissa est, et pugna navalis a Græcis ad Salaminem contra Persas, in qua vicerunt Græci, anni CCXVII, archonte Athenis Calliade.	217 (216)	4234	75,1	Calliade archonte.
52 A quo ad Platæas pugna commissa est ab Atheniensibus contra Mardonium Xerxis ducem, in qua vicerunt Athenienses, et Mardonius occubuit in pugna, et ignis defluxit *in Sicilia* circa Ætnam, anni CCXVI, archonte Athenis Xantippo.	216 (215)	4235	75,2	Xantippo archonte.
53 A quo *Ge*lon Dinomenis filius *Syracusis* tyrannidem occupavit, anni CCXV, archonte Athenis Timosthene.	215 (214)	4236	5,3	Timosthene archonte.
54 A quo Simonides Leoprepis filius, Ceius, qui memorandi artem invenit, vicit Athenis docens, et statuæ positæ fuerunt Harmodii et Aristogitonis, anni CCXII[I], archonte Athenis *A*dimanto.	21[3]	4237	75,4	*A*dimanto archonte.
55 A quo Hiero Syracusis tyrannidem occupavit, anni CCVIII, archonte Athenis Ch*a*rete. Vixit autem et Epicharmus poeta hujus tempore.	208	4242	77,1	Ch*ar*ete archonte.
56 A quo Sophocles Sophilli filius, qui e Colono fuit, vicit tragœdia annos natus XXVIII, anni CCVI, archonte Athenis Apsephione.	206 (205)	4245	77,4	Apsephione archonte.
57 A quo ad Ægos flumen lapis cecidit, et Simonides poeta obiit ætatis anno XC, anni CCV, archonte Athenis Theagenide.	205 (204)	4246	78,1	Theagenide archonte.
58 A quo Alexander obiit, filius autem illius Perdiccas Macedonibus imperavit, anni CXCIX, archonte Athenis Euthippo.	199 (197)	4253	79,4	Euthippo archonte.
59 A quo Æschylus poeta, quum vixisset annos LXIX, obiit in *Gela* Siciliæ urbe, anni CXCIII, archonte Athenis Callia primo.	193 (192)	4258	81,1	Callia I archonte.

[75] λ]α̣ τῆς [Σι]κελίας, ἔτη Η𐅄ΔΔΔΔΙΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι Καλλ[ί]ου τοῦ προτέρου. ¶ Ἀφ' οὗ Εὐριπίδης ἐτῶν ὢν ΔΔΔΔΙΙΙ τραγῳδία πρῶτον ἐνίκησεν, 60 ἔτη Η𐅄Δ[ΔΓΙΙΙ,

(76) ἄρχ]οντος Ἀθήνησι Διφί[λου. ἦ]σαν δὲ κατ' Εὐριπίδην Σωκράτης καὶ [Ἀνα]ξαγόρας. ¶ Ἀφ' οὗ Ἀρχέλαος Μακεδόνων βασιλεύει Περδίκκου τελευτήσαντος, ἔτη Η[𐅄ΓΙ, 61

(77) ἄρχ]οντος Ἀθήνησιν Ἀστυφίλου. ¶ Ἀφ' οὗ Διονύσιος Συρακουσῶν ἐτυράννευσεν, 62 ἔτη ΗΔΔΔΔΓΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Εὐκτήμονος. ¶ Ἀφ' οὗ Εὐριπίδης βι[ώ- 63 σας ἔτη 𐅄ΔΔΓΙΙΙ

(78) ἐτε]λεύτησεν, ἔτη ΗΔΔΔΔΓ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀντιγένους. ¶ Ἀ[φ'] οὗ 64 Σοφοκλῆς ὁ ποιητὴς βιώσας ἔτη 𐅄ΔΔΔΔΙ ἐτελεύτησεν, καὶ Κῦρος ἀνέβ[η, ἔτη ΗΔΔΔΔΙΙ,

(79) ἄρχ]οντος Ἀθήνησι Καλλίου τοῦ *[δευ]τέρου. ¶ Ἀφ' οὗ Τελέστης Σελινούντιος 65 [ἐ]νίκησεν Ἀθήνησιν, ἔτη ΗΔΔΔΓΙΙΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Μίκωνος. ¶ Ἀφ' οὗ 66 [ἐπανῆλθον οἱ με-

(80) τ]ὰ Κύρου ἀναβάντες, καὶ Σωκράτης ὁ φιλόσοφ[ο]ς ἐτελεύτησεν βιοὺς ἔτη 𐅄ΔΔ, ἔτη ΗΔΔΔΓΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Λάχητος. ¶ Ἀφ' οὗ Ἀ[στυδάμας 67 πρῶτον ἐδίδαξεν ?]

(81) Ἀθήνησιν, ἔτη ΗΔΔΔΓ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀριστοκράτους. ¶ Ἀφ' οὗ Ξ. λοσ..... 68 [ὁ Σηλ]υβριανὸς διθυράμβῳ ἐνίκησεν Ἀθήνησιν, ἔτη Η[Δ.. ἄρχοντος Ἀθήνησιν...

(82) ¶ Ἀφ'] οὗ Φιλόξενος διθυραμβοποιὸς τελευτᾷ βιοὺς ἔτη 𐅄Γ, ἔτη ΗΔΓΙ, 69 ἄρχοντος Ἀθήνησιν Πυθέου. ¶ Ἀφ' οὗ Ἀναξανδρίδης ὁ κωμ[ῳδοποιὸς .... 70 Ἀθήνησιν, ἔτη ΗΔΙΙΙ, ἄρχοντος]

(83) Ἀθήνησι Καλλέου. ¶ Ἀφ' οὗ Ἀστυδάμας Ἀθήνησιν ἐνίκησεν, ἔτη ΗΓΙΙΙΙ, ἄρχοντος 71 Ἀθήνησιν Ἀστείου. κατεκάη δὲ τότε κα[τὰ τὸν οὐρανὸν ἡ πυρίνη δοκίς. ¶ Ἀφ' οὗ 72 ἡ ἐν Λεύκτροις

(84) μάχη ἐ]γένετο Θηβαίων καὶ Λακεδαιμονίων, ἣν ἐνίκων Θηβαῖοι, ἔτη ΗΓΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Φρασικλείδου. καὶ ὁ Ἀλ[έξανδρος δὲ ὁ Ἀμύντου κατὰ τοῦτον Μακεδόνων]

(85) βασιλεύει. ¶ Ἀφ' οὗ Στησίχορος ὁ Ἱμεραῖος ὁ δεύτερος ἐνίκησεν Ἀθήνησιν, καὶ 73 ᾠκίσθη Μεγάλη πόλι[ς ἐν Ἀρκαδίᾳ, ἔτη ΗΓΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι Δυσκινήτου.]

(86) ¶ Ἀφ' οὗ Διονύσιος Σικελιώτης ἐτελεύτησεν, ὁ δὲ υἱὸς Διονύσιος ἐτυράννευσεν, 74 καὶ Ἀλε[ξά]ν[δρου τελευτήσαντος Πτολεμαῖος ὁ Ἀλωρίτης Μακεδόνων βα]-

(87) σιλεύει, ἔτη ΗΙΙΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ναυσιγένους. ¶ Ἀφ' οὗ Φωκεῖς τὸ ἐν 75 Δελφοῖς ἱρὸν [κατέλαβον, ἔτη 𐅄ΔΔΔΔΙΙΙΙ, ἄρχοντος Ἀθή]-

	Annus marmoris.	Period. Julian. Annus medius.	Ante Olymp. 1.	Magistrat. Attic.
60 A quo Euripides annos natus XLIII, tragœdia primum vicit, anni [CLX]XVIII, archonte Athenis Diphilo. Vixerunt autem tempore Euripidis Socrates et Anaxagoras.	1[78]	4272	84,3	Diphilo archonte.
61 A quo Archelaus in Macedonia regnavit, Perdicca defuncto, anni C[LVI], archonte Athenis Astyphilo.	1[56]	4294	90,1	Astyphilo archonte.
62 A quo Dionysius Syracusis tyrannidem occupavit, anni CXLVII, archonte Athenis Euctemone.	147 (144)	4306	93,1	Euctemone archonte.
63 A quo Euripides, quum *vixisset annos LXXVIII*, obiit, anni CXLV, archonte Athenis Antigene.	145 (143)	4307	93,2	Antigene archonte.
64 A quo Sophocles poeta, quum vixisset annos XCI, obiit, et Cyrus *invasit fratrem suum*, *anni CXLII*, archonte Athenis Callia *secundo*.	[142]	4308	93,3	Callia II (III) archonte.
65 A quo Telestes Selinuntius vicit Athenis, anni CXXXIX, archonte Athenis Micone.	139 (138)	4312	94,3	Micone archonte.
66 A quo *rediere qui* cum Cyro iverant, et Socrates philosophus obiit ætatis anno LXX, anni CXXXVII, archonte Athenis Lachete.	137 (136)	4314	95,1	Lachete archonte.
67 A quo *Astydamas primum docuit* Athenis, anni CXXXV, archonte Athenis Aristocrate.	135	4315	95,2	Aristocrate archonte.
68 A quo X. los ..... *Sel*ymbrianus dithyrambo vicit Athenis, anni C[X..., *archonte Athenis*...	134-117	4316-4333	95,3-99,4	— —
69 *A* quo Philoxenus dithyrambicus obiit, quum vixisset annos LV, anni CXVI, archonte Athenis Pythea.	116	4334	100,1	Pythea archonte.
70 A quo Anaxandrides comicus ... *Athenis anni CXIII, archonte* Athenis Callea.	[113]	4337	100,4	Callea archonte.
71 A quo Astydamas Athenis vicit, anni CIX, archonte Athenis Astio. Arsit autem tunc *in cœlo trabs ignita*.	109	4341	101,4	Astio archonte.
72 *A quo in Leuctris pugna* commissa est inter Thebanos et Lacedæmonios, in qua vicerunt Thebani, anni CVII, archonte Athenis Phrasiclide. *Hujus autem tempore* Al*exander Amyntæ filius in Macedonia* regnavit.	107	4343	102,2	Phrasiclide archonte.
73 A quo Stesichorus Himeræus secundus vicit Athenis, et condita fuit Megalopolis *in Arcadia; anni CVI, archonte Athenis Dyscineto*.	[106]	4344	102,3	*Dyscineto* archonte.
74 A quo Dionysius Siculus obiit, filius autem ejus Dionysius tyrannidem occupavit, et Al*exandro defuncto Ptolemæus Alorita in Macedonia* regnavit, anni CIV, archonte Athenis Nausigene.	104	4346	103,1	Nausigene archonte.
75 A quo Phocenses Delphicum templum *occuparunt, anni XCIV, archonte* Athenis Cephisodoro.	[94]	4356	105,3	Cephisodoro archonte.

(88) νησι Κηφισοδώρου. ¶ Ἀφ' οὗ Τιμόθεος βιώσας ἔτη ΡΔΔΔ ἐτελεύτησεν, ἐτ[ε- 76
λεύτησεν δὲ καὶ Περδίκκας, καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Φίλιππος ὁ Ἀμύντου Μα]-
(89) κεδόνων βασιλεύει, καὶ Ἀρτοξέρξης ἐτελεύτησεν, Ὦχος δὲ ὁ υἱὸς β[ασιλεύει
Περσῶν, καὶ] - - - - - - - - - - - - - -
(90) .ἐνίκησεν, ἔτη ΡΔΔΔΙΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀγαθοκλέ[ους. ¶ Ἀφ' οὗ] 77
- - - - - - - - - - - [καὶ ὁ πρὸς τοὺς Φωκεῖς πόλεμος
(91) ἐγ]ένετο, ἔτη ΡΔΔΔΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι Καλλιστ[ράτου. ἦσαν δὲ τότε καὶ
- - - - - - - - - - - - - Πλάτων?
(92) ὁ φιλό]σοφος [καὶ Ἀριστοτέλης μαθη]τ[ὴς]? τούτου. ¶ Ἀφ' οὗ Κ[αλλ]ι - - 78
- - - - - - - - - - - - - - -
(93) . . . [ἔτ]η Ρ. . . . ἄρχοντος [Ἀθήνησιν - - - - -

	Annus marmoris.	Period. Julian. Annus medius.	Ante Olymp. 1.	Magistrat. Attic.
76 A quo Timotheus quum vixisset annos XC, obiit, *et vitam finivit Perdiccas et frater ejus Philippus, Amyntæ filius*, in Macedonia regnavit, et Artaxerxes obiit, Ochus vero filius ejus *regnavit in Persia*, et ... vicit, anni XCIII, archonte Athenis Agathocle.	93	4357	105,4	Agathocle archonte.
77 *A quo .... et contra Phocenses bellum* fuit anni XCI, archonte Athenis Callis*trato*. Erant autem tunc et .... *Plato (?) philosophus et Aristoteles, discipulus ejus.*	91	4359	106,2	Callis*trato* archonte.
78 A quo *Calli* ...... anni L ... archonte *Athenis*				— —

ANNOTATIO.

Vs. 1-2.

Prima tituli verba ex more antiquitatis exhibuisse videntur nomen auctoris; quod conjectando supplere nemo tentavit præter editorem Danielis *(Daniel secundum LXX, ex Tetraplis Origenis nunc primum editus e singulari Chisiano codice, annorum supra DCCC. Romæ* 1772 *fol.)*, qui versum restitui voluit hunc in modum : Δημήτριος ὁ Φανοστράτου Φαληρεὺς ἐκ τῶν συμπάντων ὑπαρχόντων ἀνέγραψα τοὺς etc. Quod absurdum, quia Demetrius Phalereus circa a. 283 a. Christ. diem jam obierat (v. Clinton F. H. ad an. 283). Baumgartenius (*Zusætze zur allgemeinen Welthistorie*) spatium lacunæ explendæ parum curans scribendum proposuit : οὕ[τως τῶ]ν πάν[τ]ων [χρόν]ων ἀνέγραψα τοὺς ἂν [εὗρον]. Quod Bœckhius dedit ἐξ ἀναγραφῶ]ν παν[τοί]ων [περὶ τῶν προγεγενημέ]νων commendatur verbis quibus usus est Eusebius in Canone p. 87 : χρόνων ἀναγραφὰς συνελεξάμην παντοίας, sed excedit spatium lacunæ. — Τοὺς ἀν[ωθεν χρόνους] ἀρξάμ[εν]ος supplevit Seldenus. — Nomen archontis Parii utrum fuerit Ἀστυάναξ, an Πολυάναξ, an Εὐρυάναξ, dijudicari nequit.

Epoch. 1. *vs.* 3-4.

Actæum regem memorat Pausan. I, 2, 5: Ἀκταῖον λέγουσιν ἐν τῇ νῦν Ἀττικῇ βασιλεῦσαι πρῶτον· ἀποθανόντος δὲ Ἀκταίου Κέκροψ ἐνδέχεται τὴν ἀρχὴν θυγατρὶ συνοικῶν Ἀκταίου. Contra Philochorus ap. Euseb. Præp. Evang. X, 10, p. 489 (v. Philoch. fr. 8) Atticam inde ab Ogygis temporibus usque ad Cecropem regibus caruisse dicit; Actæum enim et alios reges, qui post Ogygem regnasse fabulis traderentur, uti Porphyrionem et Celænum, numquam exstitisse. Etenim si in antiquissimas Atticæ terræ fabulas inquiras, videbis quidem arcto vinculo ob naturam suam et significationem Cecropem cum Actæo (Jovi Ἀκταίῳ) esse conjunctum, summamque inter eos intercedere similitudinem; sed quum postea antiquæ Atticæ fabulæ eo potissimum consilio adornarentur, ut continuus inde regum ordo conficeretur, hoc semel constituto et temporum decursu a multitudine approbato, multæ personæ mythicæ, quæ insignem in vetustis fabulis locum obtinuerant, paullatim in oblivionem abibant, earumque memoria nonnisi in ἐπιχωρίοις quibusdam traditionibus colebatur. Ab altera parte, ut temporis spatium, quod a Cecrope ad Theseum elapsum statuerunt, rite expleretur, aliorum nonnullorum regum nomina efficta sunt, quos antiquior fabula prorsus ignorat. Atque ipse Cecrops ab primitiva Atticæ religione alienus est, et post Ionum demum invasionem eum, quem nunc tenet, locum occupavit, sicuti in Mythologo, nisi memoria fallit, rectissime contendit Buttmannus.

Ἀκτικὴν, priscum regionis Atticæ nomen, memorat Strabo IX, 1, 18, tom. III, p. 365 ed. Siebenk. : Ἀκτικὴν ... ἀπὸ Ἀκταίωνός φασιν, Ἀτθίδα δὲ καὶ Ἀττικὴν ἀπὸ Ἀτθίδος τῆς Κραναοῦ · ubi Ἀκταίων alia forma est nominis Ἀκταῖος (similiter dicitur et Αἰγεὺς et Αἰγαίων et Αἰγαῖος, v. Müller. Prolegg. ad Mythol. p. 272, Welcker Trilog. p. 149, 296). De nexu fabulæ de Actæone a canibus dilacerati cum cultu Jovis Ἀκταίου v. Müller. l. l. p. 271 et Orchomen. p. 248, 349.

Pro Ἀκτική alii ponunt Ἀκταία, ut Pausan. l. l., Hesych. v. Ἀκταία (tom. I., p. 209, not. 7 et 10 ed. Albert.), Tatian. Adv. Gent. et ex eo Euseb. Præp. Evang. X, 9, 11 (κατὰ δὲ Φόρβαντα Ἀκταῖος, ἀφ' οὗ Ἀκταία ἡ Ἀττική).

Tertia nominis forma est Ἀκτή. Strabo IX, 1, 3, tom. III, p. 333 ed. Siebenk. : Ἀκτή ἐστιν ἀμφιθάλαττος ... διὰ τοῦτο καὶ Ἀκτήν φασι λεχθῆναι τὸ παλαιὸν καὶ Ἀκτικὴν τὴν νῦν Ἀττικὴν παρονομασθεῖσαν, ὅτι τοῖς ὄρεσιν ὑποπέπτωκε τὸ πλεῖστον μέρος αὐτῆς. Cf. Apollod. ap. Stephan. Byz. v. Ἀκτή (Apollod. fr. 157), Harpocration s. h. v., Plin. H. N. IV, 4, Syncell. Chron. tom. I, p. 284, 289 ed. Dindorf., alios, qui originem nominis, quod mythicas istas personas creavit, recte perspexerunt.

De primo anno Cecropis satis magna est auctorum dissensio. *Hellanicus* et *Philochorus* (v. Philoch. fr. 8) ab Ogyge ad Olymp. 1 computant annos 1020. Ogyges igitur ponendus a. 1796 a. Chr. Ab hoc vero ad Cecropem Philochorus numerat a. 189. Itaque Cecropis annus primus est 1607, qui numerus anno Marmoris annis 25 vel 26 auctior est.

Eusebius in Canone primum Cecropis annum notat N. 461, cui respondet a. P. J. 3158, vel

a. a. Christ. 1557. Quemadmodum igitur Philochorus Cecropem 25 vel 26 annis priorem ponit quam Marmoris auctor, sic Eusebius eum totidem annis posteriorem facit.

Excerpta Barbara p. 76 a Cecrope ad Olymp. 1 numerant annos 814 et ab eodem usque ad Creontem (Ol. 24, 2 vel 683 a. Chr.) a. 907. Inde efficitur a. 1590 a. Chr., qui a Nostro distat annis 8 vel 9.

Orosius I, 9 diluvium Deucalioneum ponit sub regno Amphictyonis a. 810 ante Urbem conditam, i. e. ante Ol. 8, 1 vel 748 a. Chr. secundum epocham Fabii Pictoris. Ex hoc computo diluvium evenit 782 ante Olymp. 1, a. P. J. 3214, a. Chr. 1558. Quæritur quonam Amphictyonis anno rem accidisse Orosius statuerit. Sumamus annum quartum, ita ut Deucalion eodem anno Athenis Jovis Olympii templum condiderit (v. Marm. ep. 4), quo Erichthonius Deliacum templum exstruxisse dicitur (ap. Hieronym. Can. p. 78). Itaque quum Cecropi communi fere omnium consensu 50 anni, Cranao vero 9 anni assignentur, diluvium poneretur 63 annis post primum annum Cecropis, ideoque hic esset 1621 a. Chr. Orosius igitur a Marmore differret a. 39 vel 40. Sin in his calculis pro Fabii epocha posueris Varronianam, ex qua Roma condita est Olymp. 6, 3 vel 754 a. Chr.), Cecropis annus 1 erit 1627, diluvium 1564 vel a. P. J. 3208.

Clemens Alexandr. (Strom. I, p. 336 ed. Col.) a Cecrope ad Alexandri Magni in Asiam trajectum computat annos 1828, a Demophonte ad eundem 1250. Igitur Cecropis initium ponendum foret 2162 (1828 × 334). Quod quum a reliquorum testimoniis longe recedat, Clementis numeri pro corruptissimis habentur. Sed hoc citius quam cogitatius pronunciatum esse infra ad ep. 24 demonstrabo.

Differentia illa 25 vel 26 annorum, quæ Marmori cum Eusebii calculis intercedit, eadem reperitur etiam in regnis ceterorum regum Atticorum usque ad Demophontem. Unde colligere licet Marmoris auctorem singulis regibus totidem fere annos tribuisse quam Eusebium. Quare laterculum eorum ex Euseb. Arm. ed. Mai opponamus :

1.	Cecrops I	a. 50.	
2.	Cranaus	« 9.	
3.	Amphictyon	« 9.	
4.	Erechtheus I	« 50.	
5.	Pandion I	« 40.	
6.	Erechtheus II	« 50.	
7.	Cecrops II	« 44	(40 p. 134).
8.	Pandion II	« 25.	
9.	Ægeus	a. 48.	
10.	Theseus	« 30.	
11.	Menestheus	« 23.	
		a. 378.	

Ex his emendandum putarem Clementis locum modo laudatum, ubi a Cecrope usque ad Demophontem computantur anni 578, qui numerus ad Eusebianum redigi posset, si pro 1828 scriberemus 1628; nisi verisimilius esset Clementis auctorem a Cecrope numerasse quod alii rectius ab Ogyge numerarunt.

Ceterum jam hoc loco indicare mihi liceat rem, ad quam in sequentibus sæpius recurram. Etenim negari nequit, et mihi quidem persuasissimum est, temporum computationes in rebus mythicæ ætatis cyclorum quorundam majorum ope institutas esse. Jam vero, nisi omnia me fallunt, cyclus ille, qui in veteri chronographia fundamentum quasi et basis erat, cui majorum periodorum computatio superstrueretur, annorum fuit *sexaginta trium*. Cur ita statuam, infra, ubi de æra Trojana dicendum erit, uberius exponam. Ubi si verum me vidisse largieris, apparet quomodo spatium illud inter Ogygem et Cecropem interjectum tam accurate, ut nobis videtur, veteres definierint. Anni enim 189, quos Philochorus ponit vetustos computos reddens, tres efficiunt cyclos majores (3 × 63). Anni vero 378, qui deinde a Cecrope ad Demophontem vel bellum Trojanum numerantur, duplex prioris periodi spatium vel 6 cyclos explent.

De differentia 26 annorum inter Nostri et Eusebii calculos Bœckhius adscribit hæc: «Ceterum Lydiatus [quem equidem inspicere non potui] p. 235 ingeniose docet, hujus differentiæ vestigium in ipsis Eusebianis inesse, dum Deliaci templi exstructio, quæ quippe certo anno assignata esset qualiscunque periodi, modo in Cecropis annum 37 (Canon Gr. p. 110, Hieronym. Can. p. 76) modo in annum Amphictyonis 4 refertur (Hieronym. Can. p. 78) : quæ differentia est 26 annorum. Simile habes ep. 4 et 6, item 12.» Templum Deliacum igitur quum a. 4 Amphictyonis conditum dicatur, vides rem poni annis 63 post Cecropis a. 1; atque fontem Hieronymi, ubi idem a. 37 Cecropis tribuit, Cecropem 26 annis priorem fecisse. Res enim magni momenti, quæ παραπηγμάτων instar erant in chronologia, totis cyclis distineri solent.

Epoch. 2. vs. 4—5.

De Lycorea Pausan. X, 6 : Τῶν ἀνθρώπων ὅσοι διαφυγεῖν τὸν χειμῶνα ἠδυνήθησαν, λύκων ὠρυγαῖς ἀπεσώθησαν ἐς τοῦ Παρνασσοῦ τὰ ἄκρα ὑπὸ ἡγεμόσι

τῆς πορείας τοῖς θηρίοις· πόλιν δὲ ἣν ἔκτισαν, ἐκάλεσαν ἐπὶ τούτῳ Λυκωρείαν. Cf. Strabo IX, c. 3, § 3; Steph. Byz. s. v.; O. Müller. Dor. 1, p. 303, 212, Orchom. p. 479; Dodwell. *Travels* I, p. 139.

Rem Eusebius ex Pontaco ponit Cecropis anno 20, ex Scaligero a. 16, apud A. Mai. p. 281, a. 17.

Epoch. 3. vs. 5—6.

De re vide Hellanici fr. 69, 82, Philochor. fr. 16, Demosthen. in Aristocrat. p. 641, 26 ed. Reisk., Pausan. I, 21, 7; I, 28, 5, Apollodor. III, 14, 2. Cf. Benseler. ad Isocrat. Areopag. p. 2—9.

Noster rem ponit a. 1 Cranai (nam Cecropi, uti Eusebius, dat annos 50). Gr. Can. Cecropis a. 41, Hieronym. Can. p. 76 a. 39, apud Pontac. a. 49.

Epoch. 4. vs. 6—8.

Palmerius lacunas supplevit ita : εἰς Ἀθήνας πρό[τερ]ον, καὶ τοῦ Διὸ[ς παυομένου, δι' ἑαυτ]ὸν τὸ ἱρ[ὸν Ἀπόλλ]ωνα δ[ομήσατ]ο [καὶ] etc. Quod nihili est. Prideaux scripsit : πρὸς Κραναόν, καὶ τοῦ Διὸ[ς Φυξίου καὶ Ὀλυ]μ[πί]ου τὸ ἱ[ε]ρὸν ἱδ[ρύσατ]ο [καὶ] etc. Chandler : Διὸ[ς τοῦ Ὀλυ]μ[πί]ου; cetera Prideauxii retinuit. Verum ne hæc quidem literis superstitibus satis conveniunt. Seldeni enim apographum habet ita :

ΔΙᴼ.. ΥΟ... Δ... ΜΤΟΥ.

Jam apud Pausan. I, 32, 2 legitur : Ἐν Ὑμηττῷ δὲ ἄγαλμά ἐστιν Ὑμηττίου Διός· βωμοὶ δὲ καὶ Ὀμβρίου Διὸς καὶ Ἀπόλλωνός εἰσι Προοψίου· καὶ ἐν Πάρνηθι Παρνήθιος Ζεὺς χαλκοῦς ἐστι, καὶ βωμὸς Σημαλέου Διός· ἔστι δὲ ἐν τῇ Πάρνηθι καὶ ἄλλος βωμὸς, θύουσι δὲ ἐπ' αὐτοῦ, τοτὲ μὲν Ὄμβριον, τοτὲ δὲ Ἀπήμιον καλοῦντες Δία. Hoc loco adjutus Bœckhius sagaciter in Marmore restituit : τοῦ Διὸ[ς το]ῦ Ὀμ[βρίου Ἀπη]μίου. « Ex Ὀμβρίου, dicit, opinor superest O..., lacuna angustiore a Seldeno notata; ad ΑΠΗΜΙΟΥ manu ducit lectio Δ...ΜΤᴼΥ. Deucalion igitur primum hanc aram condidisse dictus fuerit ibique immolasse σωτήρια, et condidisse posthac etiam Olympieum : vel, si malis, auctor noster Olympieum putavit primum Ὀμβρίῳ Ἀπημίῳ dicatum fuisse. » Posterius probabile est propter alium locum Pausaniæ (I, 18, 7 et 8) : Ἔστι δὲ ἀρχαῖα ἐν τῷ περιβόλῳ, Ζεὺς χαλκοῦς... καὶ τέμενος τὴν ἐπίκλησιν Ὀλυμπίας. Ἐνταῦθα ὅσον ἐς πῆχυν τὸ ἔδαφος διέστηκε, καὶ λέγουσι μετὰ τὴν ἐπομβρίαν τὴν ἐπὶ Δευκαλίωνος συμβᾶσαν ὑπορυῆναι ταύτῃ τὸ ὕδωρ... Τοῦ δὲ Ὀλυμπίου Διὸς Δευκαλίωνα οἰκοδομῆσαι λέγουσι τὸ ἀρχαῖον ἱερὸν, σημεῖα ἀποφαίνοντες, ὡς Δευκαλίων Ἀθήνησιν ᾤκησε, τάφον τοῦ ναοῦ τοῦ νῦν οὐ πολὺ ἀφεστηκότα. Jovi Phyxio Deucalion sacra fecit in Parnasso; vide Apollodor. I, 7, 2.

In eo, quod sub Cranai regno diluvium Noster ponit, plurimos habet assentientes, Apollodorum III, 14, 5, Varronem ap. Augustin. C. D. XVIII, 10, Euseb. Chron. Gr. p. 27, Syncell. p. 157 (125), Cedrenum, Tatianum et Euseb. in Præp. Ev. Canon Euseb. N. 490 rem tribuit Cecropis a. 30 vel 31, P. J. 3187, quod duobus tantum annis a Marmore distat (salva differentia illa 26 annorum). Chronicon Thrasylli ap. Clem. Strom. I, p. 335 rem collocat a. P. J. 3201; Orosius (v. ep. 1) a. P. J. 3208 ex æra Varroniana. Inter Orosii computum et Thrasylli differentia est 7 annorum, Thrasyllus ab Eusebio distat annis 14. Apud Eusebium inter Deucalionis adventum ad Parnassum et fugam Athenas 14 anni intercedunt (3173—3187), in Marmore anni 45.

Epoch. 5. vs. 8—10.

Τ]οὺς dedit Selden.; λα]ούς voluit Prideaux. Πυλαία]ν οὗ[περ] Palmerii est.

De Amphictyonibus v. Sainte-Croix, *Des anciens gouvernements fédératifs.* Paris, 1804, p. 1—115, F. W. Tittmann, *Ueber den Bund der Ampictyonen.* Berol., 1812, Petersen, *der Amphictyonische Forbund*, etc.

Amphictyonem, Deucalionis filium, confœderationis Pylææ auctorem ex more antiquitatis effictum esse inter ipsos veteres bene viderunt Anaximenes (συνέδριον... ὠνομάσθη... ἀπὸ τοῦ περιοίκους εἶναι τῶν Δελφῶν τοὺς συναχθέντας, ὡς Ἀναξιμένης ἐν πρώτῃ Ἑλληνικῶν) et Androtion ap. Pausan. X, 8, 1 (v. Androt. fr. 33). Noster quoque verbis οἱ περὶ τὸν ὅρον (Pylæas angustias) οἰκοῦντες verum indicat; cf. Bœckh. Not. crit. ad Pindar. Nem. VI, 40; Corp. Inscript. I, p. 808, ubi Ἀμφικτίονες scribitur; Hüllmann *Anfænge der Gr. Geschichte* p. 161, sqq. Quare etiam alias, ubi populorum urbiumque fœdera exstiterunt, Amphictyonis conditoris nomen occurrit (v. Fréret ap. Sainte-Croix, p. 308. sqq., Hermann. *Gr. Staatsalterthümer*, § 12, not. 13). Sic Amphictyonem quoque Atticæ regem, quem Marmoris auctor ab Amphictyone, Deucalionis filio, aperte distinguit, Bœckhius (ad nostrum locum) suspicatur originem debere Calaureaticæ Amphictioniæ, cujus pars fuerunt Athenæ (cf. Strabo VIII, p. 574, B, Sainte-Croix. l.l. p. 116, O. Müller. Æginet. p. 32 sqq., De Sacris Minervæ Pol. p. 1, Orchom. p. 247, Bœckh. *Staatshaushalt.*, tom. II, p. 368, et in Commentatt. Academ. Berolinens. 1816, p. 117). Utut est, neminem fugit Amphictyonem, sicuti Cranaum

vi quasi in Atticorum regum seriem intrusos esse. Neuter affinitatis vinculo cum Cecrope conjunctus; uterque auctochthon. Cranaus et Amphictyon inter se quidem conjunguntur, ita tamen ut diversa eorum natura ipsa fabula exprimatur. Nam Pausan. I, 2, 5 : Κραναῷ Ἀμφικτύων ἐπαναστὰς, θυγατέρα ὅμως ἔχων αὐτοῦ, παύει τῆς ἀρχῆς.

Verum non omnes Amphictyonem Deucalionis filium ab Attico rege distinxerunt. Apollodor. I, 7, 2 : Γίνονται ἐκ Πύῤῥας Δευκαλίωνι παῖδες· Ἕλλην μὲν πρῶτος..., δεύτερος δὲ Ἀμφικτύων, ὁ μετὰ Κραναὸν βασιλεύσας τῆς Ἀττικῆς. Idem III, 14, 5, : Κραναὸν ἐκβαλὼν Ἀμφικτύων ἐβασίλευσε. Τοῦτον ἔνιοι μὲν Δευκαλίωνος, ἔνιοι δὲ αὐτόχθονα λέγουσι.

Καὶ Πυλαίαν] Suidas v. Πυλαγόραι : Πυλαία περὶ Ἀμφικτύοσιν, ὁ τόπος ἐν ᾧ ἐκαθέζοντο οἱ ἔκεισε πεμπόμενοι, καὶ αὐτὴ ἡ συνάθροισις. Strabo IX, 3, 7 : Τὴν δὲ σύνοδον Πυλαίαν ἐκάλουν... ἐπειδὴ ἐν Πύλαις συνήγοντο, ἃς καὶ Θερμοπύλας καλοῦσιν. Ceterum Straboni Amphictyonum collegium instituit Acrisius. Hermann. Antiquit. Gr. 14, 1. Accuratius locum conventus indicat Herodot. VII, 200; cf. Tittmann. l. l. p. 76, Hüllmann. l.l. p. 164.

Res memorata a Marm. septem annis post diluvium ponitur. «Qui cum Tatiano ex Argivis regibus computant res gestas, Amphictyonem (Atticum intellige) componunt cum Sthenelo, discedentes paullulum ab Eusebiano canone.» *Bœckh.* Etenim apud Eusebium annus primus Amphictyonis annum 1 Stheneli 14 annis antecedit. Ceterum multo prius poni Amphictyonum institutum quam probabiliter fieri potuerit, demonstrare studuerunt Fréret apud Sainte-Croix l. l. p. 216, et Schubart De Homero p. 62. Uterque rem post bellum Trojanum ponunt.

Epoch. 6. vs. 10, 11.

De Γραικοῖς locus classicus ap. Aristot. Meteor. I, 14, p. 548 ed. Duvall. : Καὶ γὰρ οὗτος (ὁ καλούμενος ἐπὶ Δευκαλίωνος κατακλυσμός) περὶ τὸν Ἑλληνικὸν ἐγένετο μάλιστα τόπον· καὶ τούτου περὶ τὴν Ἑλλάδα τὴν ἀρχαίαν. Αὕτη δ' ἐστὶν ἡ περὶ τὴν Δωδώνην καὶ τὸν Ἀχελῷον· οὗτος γὰρ πολλαχοῦ τὸ ῥεῦμα μεταβέβληκεν. Ὤκουν γὰρ οἱ Σελλοὶ ἐνταῦθα καὶ οἱ καλούμενοι τότε μὲν Γραικοὶ, νῦν δὲ Ἕλληνες. Cf. Apollodor I, 7, 3, Plin. H. N. IV, 14, Steph. Byz. v. Γραικός, Euseb. Chron. 23, Can. Hieronym. p. 76. Ante Aristolelis ætatem *Græcorum* nomen non obviam fieri probavit Clavier. Hist. III, p. 18 sqq. Cf. Sturz. De dialect. Macedon. p. 8, Creuzerus in Epistolis ad Hermannum de Homero et Hes. p. 179.

Vs. 11 lacunam Palmerius explevit ita : Παναθ[ή] ναι[α ἔθεσαν ἔτη]; Prideaux. : Παναθ[η]ναϊ[κὸν συνεστήσαντο ἔτη]. Ad hæc Bœckhius : « Sed ep. 10 prima Panathenæa Erichthonio tribuuntur; et is fertur ea festa, olim Ἀθήναια dicta, primus nominasse Παναθήναια. Panathenæa egisse Erichthonius traditur ab Hellanico et Androtione, ab utroque in Atthide ap. Harpocrat. v. Παναθήναια : antea esse Ἀθήναια dicta produntur ex Atthide Istri ap. Harpocrat. ibid. Cum prioribus fere facit Apollodorus III, 14, 6, item Eratosthenes personatus et Hyginus; adde Meurs. Panathen. c. 3. Anne igitur sexta hac epocha de Athenæis agit? Sic scribendum foret τὸν ἀγῶνα [τὸ]ν Ἀθηναίων. Alii quod altero loco de magnis, altero de parvis Athenæis dictum putant, id admitti nequit; nihil enim neque de *magnis* nec de *parvis* in lapide dictum. At qui sunt qui hac epocha ludos instituisse feruntur? nonne Hellenes? Quodnam enim aliud subjectum sumas ad verbum ἔθεσαν? Nec falsum hoc supplementum videtur; neque indefinitum subjectum ferri potest. Num vero Hellenes potuerunt aut Ἀθήναια aut Παναθήναια instituere? Vidit hanc difficultatem Lyd. p. 243 et rem ad Hellenem referens excogitavit aliquid, quod nemini arridebit magnopere : scilicet Erichthonium, priusquam rex esset factus, esse in Scythiam profectum; hinc reducèm esse ab Hellene et Amphictyone fratribus hospitio exceptum, eique ab Hellene consilium datum Panathenæorum instituendorum. Immo Hellenes, quum primum hoc universi reciperent nomen, dicti fuerint Πανελλήνια instituisse, ut Παναθήναια instituta sunt, quando Cecropii prisci Ἀθηναῖοι vocari cœpti sunt (ep. 10). Itaque sive lapicidæ error sive Seldeni est, corrige Παν[ελλήν]ι[α. Πανέλληνες novit jam Homerus, eosque Phthiotidem habitantes, ubi Hellenis regnum; igitur in promptu erat Πανελλήνια solemnia et certamina tribuere antiquissimis temporibus. Alias Panhellenia ab Æaco primum in Ægina Jovi Panhellenio instituta feruntur, ubi haud dubie ab initio Hellenia dicta erant, ut Juppiter passim Hellenius audit antiquitus (Müller Ægin. p. 18 sqq., p. 155 sqq.) : id noster fonte usus nescio quo transtulerit ad Hellenem et eam ætatem, qua Græci cœperint Hellenes ex illo vocari. Et nescio an Hadrianus Attica Panhellenia Jovi Panhellenio in principe Græciæ urbe ideo instituerit, quod et ipse ex vetustiore fama accepisset, ab universis Græcis olim hæc solemnia celebrata esse, neque ea Æginæ putaret propria esse et peculiaria».

Præclare hæc a viro summo disputata : nihilo-

minus valde dubito num invito ipso Marmore, invita denique vulgari de Panathenæorum institutione fabula, corrigendum sit. Fieri potuit ut eadem res ex diversis fontibus (cf. ad ep. 10) bis poneretur, deinde vero ut fonte usus nescio quo Marmoris auctor Panathenæa ad Hellenem referret. Mirum quidem hoc; sed mirum illud quoque quod in Euseb. Arm. N. 485 Cecropis a. 25 lego : « *Ab Hellene, Deucalionis et Pyrrhæ filio, Hellenes dicti sunt* (*nempe Hellanodici*). *Ab eodem Acte dicta est Attica.* » Ubi procul dubio res ad diversos homines pertinentes librarii culpa ad unum Hellenem relatæ sunt; simile quid et Nostro quoque accidere potuit. Præterea omnino non constat de supplemento; fortasse præter verbum etiam nomen excidit, Seldeno lacunam notante justo breviorem. Sin quid mutandum, præfero illud : τὸν ἀγῶνα [τὸ]ν Ἀθηναίων.

Euseb. Arm. rem ponit Cecropis a. 25; Euseb. Can. ex Scalig. autem, ut ex Bœckhio video, Cecropis a $\frac{36}{37}$. Atque hoc rectius; concinit enim cum Nostro; teneas modo omnia ap. Euseb. 26 annis superiora esse.

Epoch. 7. vs. 12—13.

Bœckhius explevit [ἐκ Φοινίκης], ut ep. 9 legitur ἐξ Αἰγύπτου. Priores editores receperunt conjecturam Palmerii [κατὰ χρησμόν].

De re notissima v. Apollodor. III, 14, 1. Pausan. IX, 12, 1. Marmoris auctor initium chronologiæ Thebanæ ponit 63 annis post a. 1 Cecropis; quod bene quadrat cum eo quem statui cyclo. Euseb. Arm. N. 588 Cadmum memorat a. $\frac{8}{9}$ Pandionis. Igitur 63 annis vel uno cyclo posteriorem facit quam Marmor. Deinde Cadmus iterum ponitur N. 711. Qui numerus ab N. 588 distat a. 123. Si 126 essent anni, duo explerentur cycli; sed duo vel tres anni in tantis numeris in tantaque Eusebiani nostri canonis perturbatione non veniunt in censum. Itaque tres jam habemus de Cadmi ætate sententias; quarum prima Thebarum conditorem uno cyclo, altera duobus cyclis, tertia quattuor cyclis Cecrope posteriorem ponit. Hæ differentiæ principales sunt; præterea minores quædam reperiuntur. Sic Cadmi mentio fit ap. Euseb. N. 699. Easdem de Thebana chronologia diversitates aliis locis apud Euseb. produntur. Zethi et Amphionis regnum ponitur N° 600 et N° 693, raptus Europæ N° 568, 589, 710, 720, Bacchus, N° 508, 624, 689, 712. Inter numeros de Baccho laudatos, N° 508 (a. J. P. 3205) Bacchus, Semeles filius, vitem invenisse refertur. Unde colligitur exstitisse chronologias, quæ Cadmum antiquiorem fecerint quam ipse auctor Marmoris. Atque hunc computum pro valde antiquo habendum esse docemur loco Herodoti (II, 145), ubi hæc : Διονύσῳ μέν νυν, τῷ ἐκ Σεμέλης τῆς Κάδμου λεγομένῳ γενέσθαι, κατὰ ἑξήκοντα (sic recte vv. dd. pro vulg. ἑξακόσια) ἔτεα καὶ χίλια μάλιστά ἐστι ἐς ἐμέ· Ἡρακλέϊ δὲ, τῷ Ἀλκμήνης, κατὰ εἰνακόσια ἔτεα· Πανὶ δὲ τῷ ἐκ Πηνελόπης... ἐλάσσω ἔτεα ἐστὶ τῶν Τρωϊκῶν κατὰ τὰ ὀκτακόσια μάλιστα ἐς ἐμέ. Jam quum ex Herodoti rationibus Troja capta sit a. 1270, si cum Larchero Panem editum ponimus a. 1260, Bacchus ponendus est a. 1520 vel 250 ante Trojam (252 forent 4 × 63); ideo Cadmus avus eidem tempori assignandus esset, quo Noster collocat Cecropem. Herodotus igitur Bacchum ponit circiter 4 cyclis (252 a.) ante epocham Trojanam. Eandem rationem etiam Noster sequi debuit, si hujus dei mentionem injecisset. Nam uti Cadmum, sic etiam epocham Trojanam (ut infra videbimus) uno cyclo posteriorem ponit quam Herodotus. Contra Apollodorus (fr. 72) nonnisi tres epochas a Dionyso ad Trojam captam statuit. Etenim Dionysum inter deos relatum dicit Persei anno trigesimo secundo; igitur a Persei a. 1 ad apotheosin Dionysi numerandi anni sunt 31 $^1/_2$, quæ dimidia est epocha; deinde a Dionysi apotheosi ad Herculem et Argonautas numerantur anni 63 vel una epocha. Inde ad Herculis apotheosin συνάγεται ἔτη λ′ vel ut alii legunt λη′. Neutrum verum esse videtur; pro κη′ scribendum est, opinor, κβ′. Literæ η et β pro ipsarum in codicibus similitudine facillime confunduntur. Atque sic scribendum esse etiam alia ratione colligo. Etenim in Vita Hellanici demonstravi hunc auctorem in Sacerdotibus Junonis in eodem tempore ponere apotheosin Herculis et Thesei iter in Cretam; ita ut primus Sacerdotum liber ista re finiretur, alter ab hacce initium caperet. Jam vero Clemens (Strom. I, p. 246) ab Argonautis ad Thesei expeditionem numerat 32 annos, tot, quot ego in nostro quoque loco requiro. — Locus Clementis modo laudatus simillimus est nostro, easdemque plane (si levissimas discrepantias exceperis) rationes numerales reddit. Quare liceat apponere. Ἀπὸ Περσέως στρατείας, inquit, ἐπὶ Ἰλίου κτίσιν ἔτη τριάκοντα τέσσαρα (debuit : 32), ἐντεῦθεν ἐπὶ τὸν εἴσπλουν τῆς Ἀργοῦς ἔτη ἑξήκοντα τέσσαρα, ἐκ τούτου ἐπὶ Θησέα καὶ Μινώταυρον ἔτη τριάκοντα δύο. Porro ab Herculis apotheosi ad illam Dioscurorum anni sunt 53. Ἐνταῦθά που, Clemens addit, καὶ ἡ Ἰλίου κατάληψις. Verisimile est Dioscurorum apotheosin cadere in annum *expeditionis* Troja-

næ, ita ut ab Hercule inter deos relato usque ad Trojam captam sint anni 63. Igitur a Persei anno 1 ad excidium Trojæ tres computantur epochæ.

Epoch. 8. vs. 13-14.

Palmerius supplevit : ἀφ οὗ [Ἀγηνορίδαι Φοι]νί-κης. Perperam. Lydiatus, ἀφ οὗ [Εὐρώτας καὶ Λακεδαίμων Λακω]νικῆς. Quod retinuit Bœckhius. Sed hoc non aptum propterea quod Lacedæmon est gener Eurotæ, neque subest cur Lydiati conjecturæ caussa utrumque simul regnasse statuamus. Quidni scribamus Λακεδαίμων τοῦ Διός?

De Lacedæmone Pausan. III, 1, 2 : Ὡς Λακεδαιμόνιοι λέγουσι, Λέλεξ αὐτόχθων ὢν ἐβασίλευσε πρῶτος ἐν τῇ γῇ ταύτῃ... Λέλεγος δὲ γίνεται Μύλης... Μύλητος δὲ τελευτήσαντος, παρέλαβεν ὁ παῖς Εὐρώτας τὴν ἀρχήν... ἅτε δὲ οὐκ ὄντων αὐτῷ παίδων ἀῤῥένων, βασιλεύειν καταλείπει Λακεδαίμονα, μητρὸς μὲν Ταϋγέτης ὄντα... ἐς Δία δὲ πατέρα ἀνήκοντα κατὰ τὴν φήμην. Συνῴκει δὲ ὁ Λακεδαίμων Σπάρτῃ θυγατρὶ τοῦ Εὐρώτα. Cf. Apollod. III, 10, 3. Steph. B. v. Ἀβίνη.

Lacedæmon condita est sec. Hieronym. Can. p. 73 a. 10 Amphictyonis; sec. Euseb. Can. Gr. p. 112 Erichthonii a. 2, P. J. 3326.

Præter vulgarem hanc traditionem alia exstat, ex qua Sparta condita est a Spartone Phoronei filio. Hanc secutus Euseb. Arm. N. 300 Spartæ origines ponit a. P. J. 2997.

Epoch. 9. vs. 14-17.

« Versu 14 lacunas sumsi majores esse quam notatæ sunt. Seldenus solum supplevit ναῦ[ς; Chandl. : ναῦ[ς πεντ]ή[κοντα κωπ[ῶν; reliqua non digna quæ referantur. Equidem ut certe aliquid commodum haberes, scripsi : ναῦ[ς μετὰ Δαναοῦ et cetera quæ in textu minusculis expressa habes. » *Bœckh.*

De re v. Apollodor. II, 1, 4, Eustath. ad Hom. Il. A, 42, p. 37, 25, Hygin. Fab. 168, 277, ibique Muncker., Plin. H. N. VII, 56, Nonni Synagog. ad Gregor. Naz. Ino I, n. 67.

Vs. 15. Nomina Danaidum ex conjectura posuit Bœckhius, bene sciens quam sint incerta. Ἀμυμ]ώνη quidem prioribus editoribus reponenda visa est omnibus; sed ne hoc quidem extra dubitationem positum. Nam legi potuit Δαμ]ώνη vel Φιχομ]ώνη. Danaidum catalogum v. ap. Apollodor. et Hyginum l. l., qui vero in multis inter se dissentiunt. Archedice Danais est apud neutrum; sed inter Thespii filias ejus nomen occurrit ap. Apollodor. II, 7, 8, 5, siquidem ex codicibus, neque ex mera conjectura Ægius vulgatam : Εὐρυπύλης Ἀρχέδικος mutavit in Εὐρύπυλος Ἀρχεδίκης. Ceterum reperiuntur ap. Apollodorum : Euridice, Hippodice, Callidice; ap. Hyginum : Autodice et Daplidice (?).

Vs. 16. Palmer. dedit : ἱδρύσ[αντ]ο Λινδίας Ἀθηνᾶς ἄγαλμα vel Λινδίαν Ἀθηνᾶν. Prideaux. : [ἱερὸν ἱδρύ]σαν[το]. Heynius ad Apollodor. II, 1, 4 : [βρέτας ἱδρύ]σαν[το]. Bœckh. Prideauxii supplementum probavit, addito in fine versus : Ἀθηνᾶς; rejecit autem illud τῆς Λινδίας, quoniam sequenti versu Lindi mentio fieret.

Vs. 17. Vulgo legebant : ἐπὶ τῆς ἀκτῆς ἐμ παρα[λι]άδι ἐν Λίνδῳ τῆς Ῥοδίας. Heynius l. l. proposuit : ἐν παραλίᾳ πεδιάδι. Neutrum aptum. Ex Marmore Seldenus exhibet hæc : ΠΑΡ..ΑΔΙ, ad quæ notat : « Elicuerit fortasse aliquis ΠΑΡΑΡΑΔΙ aut ΠΑΡΑΓΑΔΙ ex elementorum quæ supersunt in Marmore vestigiis ». Bœckhius : « Pro infaustis aliorum conatibus certam dedi emendationem ἐμ παράπλῳ; ΓΑΔΙ fuit ΠΛΩΙ. » Sed vel sic sententia admodum inconcinna est. Nam primum dicitur tres Danaides sorte lectas Minervæ simulacrum consecrasse, et deinde, eas quum in itinere Rhodum præternavigarent sacra fecisse in litore. Quæ quam oscitanter enuntiata sint quisque sentit. Quare scribendum proposuerim ΘΕΡΜΥΔΡΩΙ. Θέρμυδρον vel Θερμυδραί vel Θέρμυδρα portus est Lindiorum. Apollodor. II, 5, 11 nostræ ed. de Hercule : Θερμυδραῖς Λινδίων λιμένι προσίσχει. Tzetz. Chil. II, 369 : Θερμύδρῳ δὲ προσσχὼν λιμένι Ῥόδου. Cf. Steph. Byz. Fortasse etiam quod sequitur ἐν Λίνδῳ Seldenus animo magis quam oculis in Marmore vidit; fueritque ἐν Θερμύδροις λιμένι. Minerva Lindia antecedenti versu memorari potuit. Igitur sensus foret : Danaides simulacrum posuerunt Minervæ Lindiæ, et in loco edito (quo simulacrum posuerant) ad Thermydra portum sacra fecerunt. Particula ἐν h. l significat *ad*, ut ep. 57, ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς est *ad Ægos flumen;* Herodot. II, 171, ἐν τῇ λίμνῃ *ad lacum*, etc.

De re Diodor. V, 58 : Ἱδρύσατο (Δαναὸς μετὰ τῶν θυγατέρων) τῆς Ἀθηνᾶς τὸ ἱερὸν, καὶ τὸ ἄγαλμα τῆς θεοῦ καθιέρωσεν· τῶν δὲ τοῦ Δαναοῦ θυγατέρων τρεῖς ἐτελεύτησαν κατὰ τὴν ἐπιδημίαν τὴν ἐν τῇ Λίνδῳ. Strabo XIV, 2, 11 : Πόλις (Λίνδος) ἐπὶ ὄρους ἱδρυμένη... ἱερὸν δὲ ἐστὶν Ἀθηνᾶς Λινδίας αὐτόθι ἐπιφανὲς, τῶν Δαναΐδων ἵδρυμα. Diodorea et Nostra ex communi fonte fluxisse videntur. Ex vulgari fabula omnes Danaides incolumes veniunt in Peloponnesum.

Secundum Diodori (l.l.) narrationem Danaides

in Rhodum veniunt paullo ante quam Cadmus ad sororem investigandam profectus est. Apud Euseb. Arm. p. 314 Mai. Danaidum historia memoratur sub Amphictyone, atque in Canone hujus regis anno 5 vel 6 assignatur. Qui computus a Nostri calculis rem a. 3 Erichthonii tribuentis distat annis septem. Idem vero Euseb. primum Danai annum cum anno 15 (14) Erichthonii componit; et septimo Danai anno Danaides procos trucidasse narrantur. Orosius rem nostram ponit a. 775 ante Romam conditam; i. e. ex æra Fabiana 747, ex æra Varron. 753 ante Olymp. 1; quod Marmoris epocham superat annis 12 vel 13.

Epoch. 10. vs. 17-21.

V. 17. De Panathenæis ab Erichthonio institutis Apollodor. III, 14, 6. Harpocration v. Παναθήναια: Ἤγαγε δὲ τὴν ἑορτὴν ὁ Ἐριχθόνιος ὁ Ἡφαίστου... πρὸ τούτου δὲ Ἀθήναια ἐκαλεῖτο... Suidas s. v.: Πρῶτον ὑπὸ Ἐριχθονίου, τοῦ Ἡφαίστου καὶ τῆς Ἀθηνᾶς, ὕστερον δὲ ὑπὸ Θησέως συναγαγόντος τοὺς δήμους εἰς ἄστυ. De Theseo festi hujus auctore cf. Plutarch. Vit. Thes. c. 21. Pausan. VIII, 2, 1: Λυκάων... Δία ὠνόμασε Λυκαῖον, καὶ ἀγῶνα ἔθηκε Λυκαῖα. Οὐκ ἔτι δὲ τὰ παρ' Ἀθηναίοις Παναθήναια τεθῆναι πρότερα ἀποφαίνομαι· τούτῳ γὰρ τῷ ἀγῶνι Ἀθήναια ὄνομα ἦν. Παναθήναια δὲ κληθῆναί φασιν ἐπὶ Θησέως, ὅτι ὑπὸ Ἀθηναίων ἐτέθη συνειλεγμένων εἰς μίαν ἁπάντων πόλιν.

V. 18. Ἅρμα ἔζευξε] Erastothenes Cataster. 13: Οὗτός (Ἡνίοχος) ἐστιν Ἐριχθόνιος, ἐξ Ἡφαίστου καὶ Γῆς γενόμενος. Τοῦτον λέγουσιν ὅτι ὁ Ζεὺς εἶδεν πρῶτον ἐν ἀνθρώποις ἅρμα ζεύξαντα ἵππων θαυμάσαι, ὅτι τῇ τοῦ ἡλίου ἀντίμιμον ἐποιήσατο διφρείαν, ὑποζεύξας ἵππους λευκοὺς, πρῶτόν τε Ἀθηνᾷ πομπὴν ἤγαγεν ἐν ἀκροπόλει· καὶ ἐποιήσατο πρὸς τούτοις ἐπιφανῆ θυσίαν αὐτὴν σεμνύνων... Αὐξηθεὶς τὸ ἅρμα εὗρε, καὶ ἐθαυμάσθη, ἀγωνιστὴς γενόμενος, ἤγαγε δὲ ἐπιμελῶς τὰ Παναθήναια. Cf. Ælian. Var. Hist. III, 38, Plin. Hist. Nat. VII, 57, Virgil. Georg. III, 113, Hygin. P. A. II, 13, Aristid. Orat. in Minerv. p. 12, Panath. p. 107 ed. Jebb., Themist. Or. XXVII, p. 337, citante Bœckhio.

In sequentibus Bœckh.: καὶ Ἀθηναίους [ὠ]νό[μασε, κ]αὶ [βρέτας τῆς θε]ῶν μητρὸς ἐφάνη. Chandlerus ex Prideauxio dederat: καὶ Ἀθήναι[α μετω]ν[όμασε κα]ὶ [ἄγαλμα (Palmer. ἕδος) τῆς θε]ῶν μητρὸς ἐφάνη.

Ἀθηναίους legitur in Seldeni autographo, quare non erat cur id Chandlerus mutaret in Ἀθήναια. Deinde μετωνόμασε sic dici non posse contendit Bœckhius, suumque Ἀθηναίους ὠνόμασεν vertit: *dedit Atheniensibus quod jam habent nomen*, conferens ep. 6: Ἕλληνες ὠνομάσθησαν, et Herodot. VIII, 44: Ἀθηναῖοι... ἐπὶ Κέκροπος βασιλῆος ἐπεκλήθησαν Κεκροπίδαι· ἐκδεξαμένου δὲ Ἐρεχθῆος τὴν ἀρχὴν Ἀθηναῖοι μετωνομάσθησαν· ubi vero Wesseling. cum Berkelio (ad Steph. Byz. v. Ἰωνία) probabiliter conjicit primitus in Herodoto fuisse: Ἀθηναῖοι Ἐρεχθηΐδαι μετωνομάσθησαν.

De simulacro Matris Deorum cœlitus delapso Herodian. I, 35: Αὐτὸ τὸ ἄγαλμα διϊπετὲς, ὡς λέγουσιν... τοῦτο δὲ πάλαι μὲν ἐξ οὐρανοῦ κατενεχθῆναι λόγος εἴς τινα τῆς Φρυγίας χῶρον· Πεσσινοῦς δὲ ὄνομα αὐτῷ· τὴν δὲ προσηγορίαν λαβεῖν τὸν τόπον ἐκ τοῦ πεσόντος ἀγάλματος, καὶ πρῶτον ἐκεῖσε ὀφθῆναι. Cf. Ammian. Marcell. XXII, 22; Appian. Alex. De bello Hannib. VII, 56.

Verba ἐγ Κυβέλοις de Cybelis montibus intelligenda esse videntur secundum Strabon. XII, 5, 3, p. 567: Ἔστι δὲ ὄρος ὑπερκείμενον τῆς πόλεως (Πεσσινοῦντος), τὸ Δίνδυμον, ἀφ' οὗ ἡ Δινδυμηνὴ, καθάπερ ἀπὸ τῶν Κυβέλων ἡ Κυβέλη. De urbe cogitat Bœckhius: «Non video, inquit, quidni nostro loco Κύβελα s. Κύβελον oppidum intelligendum sit, de quo v. Steph. Byz. v. Κυβέλεια et interpp., atque ibi tale simulacrum fuerit.»

De Hyagnide tibiarum inventore Alexander Polyhistor ap. Plutarch. De Mus. 5, p. 1133, F: Τὸν Μαρσύαν φασί τινες.... εἶναι Ὑάγνιδος υἱὸν, τοῦ πρώτου εὑρόντος τὴν αὐλητικὴν τέχνην. Cf. Appuleius in Floridis init., G. H. Bode Histor. poes. lyr. Gr. tom. I, p. 168.

Ἐγ Κ[ελ]αιναῖ[ς πόλει τῆ]ς Φρ[υγίας καὶ ἁρμονίαν τὴν καλ]ουμένην explevit Palmer., nisi quod Bœckhius spatii causa inseruit vocem πόλει. De Celænis urbe, ad quam fabulæ de Olympo, Marsya et Hyagnide, musicæ orgiasticæ inventoribus, referuntur, v. Strabo XII, p. 578, A, p. 866 B, Xenophon. Anab. I, 2, 8, Eustath ad Il. tom. I, p. 25, 1 Lips. — De harmonia Phrygia Athen. XIV, 18, p. 624, B: Ταύτην δὲ ἁρμονίαν Φρύγες πρῶτοι εὗρον καὶ μετεχειρίσαντο... Ὁ δὲ Ἀριστόξενος τὴν εὕρεσιν αὐτῆς Ὑάγνιδι τῷ Φρυγὶ ἀνατίθησι. Cf. Bode l. l. passim, O. Müller. Eumen. p. 92, G. Hermann. Opusc. VI, p. 154 sqq.

Vs. 20. Palmerius proposuit: Καὶ τὸν ἐπι[χώριον ἡρώων vel ἐπι[χωρίων θεῶν καὶ ἡρώων. «Ego tentem, Bœckhius ait, καὶ τὸν ἐπ[ὶ Πυθῶνι ἐπικήδειον Λυδιστί aut simile.» Quam in rem excitat locum Plutarchi De Musica § 15, pag. 1136, C, ubi sic: Ὄλυμπον πρῶτον Ἀριστόξενος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ μουσικῆς ἐπὶ τῷ Πυθῶνί φησιν ἐπικήδειον αὐλῆσαι νόμον. Cf. de Olympo Plutarch. ibid. § 7, p. 1133, D, E: Εἶναι τὸν Ὄλυμπόν φασιν ἕνα τῶν ἀπὸ τοῦ πρώτου Ὀλύμπου τοῦ Μαρσύου, πε-

ποιηκότος εἰς τοὺς θεοὺς τοὺς νόμους· οὗτος γὰρ παιδικὰ γενόμενος Μαρσύου, καὶ τὴν αὔλησιν μαθὼν παρ' αὐτοῦ, τοὺς νόμους τοὺς ἁρμονικοὺς ἐξήνεγκεν εἰς τὴν Ἑλλάδα, οἷς νῦν χρῶνται οἱ Ἕλληνες ἐν ταῖς ἑορταῖς τῶν θεῶν. Fabric. Bibl. Gr. tom. I, p. 135.

Quadrigarum inventio Euseb. ex Pontac. collocat ad annum 17, Euseb. ex Scal. ad annum 14 Erichthonii. Eodem anno, quo Noster Magnæ matris simulacrum inventum esse dicit, Euseb. Arm. ponit Dardaniam a Dardano conditam. Quod ideo moneo, quia Dardanus cultum Cybeles Dardaniæ, cum Pessinuntia sæpissime ab auctoribus confusæ (v. Welcker. Trilog. p. 201 sqq.), instituisse dicitur.

Ceterum quum hac epocha nomi Bacchici memorentur, verum ep. 7, quæ ab nostra 13 vel 14 tantum annis dissita est, Cadmi, qui avus erat Bacchi, regnum notetur, intelligitur non ex uno eodemque fonte hæc a Nostro petita esse. Similiter etiam ep. 6 et 10 ex diversis auctoribus depromsisse videtur. Vix enim Nostrum ita defendere volueris, ut eum reliquisse statuas vulgarem Græciæ traditionem, quæ Bacchum filium faceret Semeles; quamquam fuerunt qui dei matrem dicerent aut Cererem aut Proserpinam (Diodor. III, 62, 67, 74). Major etiam diversitas est de Panis parentibus, quem Noster non potuit Penelopæ ex Mercurio filium habere (Herodot. II, 145, Schol. Theocr. I, 123, Serv. ad Virg. Æn. II, 43); quæ genealogia ab Atticis auctoribus plane respui debuit. His sine dubio Pan fuit ex Mercurio et Dryopis filia ortus (Hymn. in Pan. v. 36). Alios dei parentes vid. ap. Schol. Theocrit. I, 3, Apollod. I, 4, 1.

Epoch. 11, vs. 21-23.

Vs. 21. πρ[ότερος Bœckh., vulgo πρῶτος. Κρήτης addidit Palmerius.

Vs. 22. Dubitari potest num ex literis in Marmore superstitibus Κυδωνίαν refingendum sit, an Ἀπολλωνίαν. Nam eadem urbs primum appellata est Apollonia, postea vero a Cydone, Apollinis ex Acallide, Minois filia, Cydonia transnominata. Sic quidem fabula refert; sed historia docemur (v. Hœck. Cret. I, p. 23) Cydoniam circa Olymp. 64 a Samiis esse conditam. Ex his igitur præstaret scribere Ἀπολλωνίαν. At recte Prideauxius : « Quum chronographus noster nomina locis, habita ad sua tempora ratione, imponat, et Apolloniæ nomen longe prius quam hoc Marmor exaratum fuit, antiquatum esset, Κυδωνίαν potius quam Ἀπολλωνίαν in lacunam insero. » Acmonis dactyli nomen Bœckh. addidit ex Phoronide ap. Schol. Apollon. Rh. I, 1129, ubi servata sunt hæc :

> Κέλμις, Δαμναμενεύς τε μέγας καὶ ὑπέρβιος Ἄκμων,
> εὐπάλαμοι θεράποντες ὀρείης Ἀδρηστείης,
> οἳ πρῶτοι τέχνην πολυμήτιος Ἡφαίστοιο
> εὗρον ἐν οὐρείῃσι νάπαις, ἰόεντα σίδηρον
> εἰς πῦρ ἤνεγκαν, καὶ ἀριπρεπὲς ἔργον ἔδειξαν.

De ferri inventione v. Strabo X, 3, 22, Plin. H. N. VII, 57, alii. De Dactylis Idæis multa dant Hœck. Cret. I, p. 279, p. 319 sqq., Lobeck. Aglaopham. II, p. 1156 sqq., Welcker. Trilog. p. 168 sqq., 174 sqq.

Quum in hac epocha nonnisi Pandionis regis nomen in Marmore legatur, verum numerus prorsus sit obliteratus, annus a Nostro positus conjectura eruendus est.

In Chron. Euseb. p. 27, et in versione Armeniaca p. 135 Mai., ferri inventio non sub Pandione facta dicitur, sed sub Erichthonio. Similiter Euseb. Arm. p. 134 res Danaidum (v. ep. 9) non Erichthonii regno, ut Marmor, sed Amphictyonis assignavit, et in Canon. Euseb. vidimus primo loco Danaides et Danaum poni 7 annis superiores, altero 12, tertio 19 annis posteriores quam in Marmore. Eædem fere differentiæ de nostra quoque epocha reperiuntur. Etenim quod Euseb. p. 135 ferrum sub Erichthonio inventum dicit, id bene quadrat cum Thrasylli computatione, qui ap. Clem. Alex. (Strom. I, p. 335 ed. Colon.) Idæ incendium et ferri inventionem refert ad a. P. J. 3274 (Scalig. Can. Isag. II, p. 175), i. e. sec. Euseb. ad annum 48 Erichthonii. In canone autem Euseb. Arm. Dactylos Idæos ponit a. 18 Pandionis; qui posterior computus ab altero distat annis 20; quæ differentia uno tantum anno major est, quam illa ep. 9 notata. Sic igitur in Marmore res tribuenda foret a. 5 vel 6 Pandionis.

Verum non solum ferri inventio, sed etiam regnum Minois nostra epocha memoratur. Euseb. Armen. Minoem ponit Pandionis 26. (Euseb. Scal. ejusdem a. 32.) Hic computus ab Marmoris numero circa 20 annos distaret. Eandem differentiam vidimus in rebus Danaidum. Ideoque in rebus nostræ epochæ omnes istas diversitates computationis habes, quæ ep. 9 occurrunt. Sed vel Nostri rationes Eusebio non incognitæ fuisse videntur; nam ad annum 7 Pandionis ponit fratres Minois, Rhadamanthum et Sarpedonem. Hæc igitur sunt cur mutandos censeam numeros a Prideauxio, Chandlero, Bœckhioque datos; qui omnes rem cum Eusebio Scaligeri rem assignant Pandionis a. 32, P. J. $\frac{3282}{3283}$, ante Olymp. 1 $\frac{756}{755}$; quamquam bene sentit Bœckhius hæc non satis apta esse. Jam si rem septimo Pandionis anno tri-

buimus, in canone nostro scribendum foret ita

[1193]	[3257]	[680]	Pandion
(1192)	(3258)	(679)	an. 7.

Epoch. 12. vs. 23, 24.

Vs. 23. Palmer. conjecit : καὶ πρ[ίνινον ἐ]πρά[ϋνε τὸν βίον πρ]ώτη δ[ιὰ Τ]ριπτόλεμον, i. e. *iliceum mansuefecit vivendi genus per Triptolemum.* Quod prorsus absurdum. Prideauxius : καὶ πρ[ὸς ἄλλους ἔπεμψε πρ]ώτη δ[ιὰ Τριπτόλεμον. Ad hæc Bœckhius : « Literis superstitibus parum convenit; nec probabiliter Triptolemus dicetur fruges prius ad alios transmisisse quam eas in Rario seminasset campo (ep. 13). Quod de meo dedi, consentaneum rei; verbum ἐπράχθη ne fortius quam pro rerum ratione esse censeas, insigne nota molimen cum successu effectum; in quo commodum est ἐπράχθη, ut si dicitur ἐπράχθη τοῦτο τὸ ἔργον. » Sed, ut ingenue fatear, minime placet illud πρ[όπειρα ἐ]πρά[χθη πρ]ώτη; neque tamen melius quidquam habeo.

In iis quæ deinceps apud Bœckhium leguntur, δειξάντων Τριπτολέμου τοῦ Κελεοῦ καὶ Νεαίρας, vox δειξάντων fortasse typothetæ errore exstat pro δείξαντος, quum illud καὶ Νεαίρας nonnisi ad significandam Triptolemi matrem (quæ vulgo dicitur Μετάνειρα) appositum esse possit.

De re v. Apollodor. I, 5, 1; III, 14, 7, ibique Heynium; Diodor. I, 29.

Tatianus et Euseb. in Præp. Evang. rem evenisse referunt sub Lynceo, rege Argivorum, qui ap. Euseb. regnare incipit a. 14 Pandionis, desiit a. 14 Erechthei. Euseb. Arm. in Canone Triptolemum ponit a. 32 Pandionis; et septem annis post, a. 39 Erechthei, raptum Proserpinæ.

Epoch. 13. vs. 24-25.

Verba ὁ Κελεοῦ spatii explendi causa addidit Bœckhius; καρπόν est Palmerii. Præterea Prideauxius cum eoque Bœckhius Γ mutaverunt in ΙΙ, quoniam numquam duæ epochæ in eundem annum referrentur. Quæ ratio num valeat, peritiores dijudicent. Rem in eundem annum cadere, in quem id quod ep. 12 memoratur, consentaneum; atque hominem nostrum Parium in Cereris rebus prolixiorem fuisse, ideoque duas res eodem anno gestas separatim retulisse non est absonum. Et sine dubio magnum hic annus erat in vetustiore chronologia παράπηγμα. Quod quidem in Marmore nostro ex multis fontibus conflato jam non accurate agnoscere licet. Sed non magna opus est mutatione. Sumas epocham nostram non cadere in annum 632, sed in 630 ante Olymp. 1. Tum igitur ab Olymp. 1 distat a. 10 × 63, porro ab æra Trojana (441 ante Ol. 1) a. 3 × 63.

De campo Rario prope Eleusinem Pausan. I, 38, 6 : Τὸ πεδίον τὸ Ῥαρίον σπαρῆναι πρῶτον λέγουσι, καὶ πρῶτον αὐξῆσαι καρπούς, καὶ διὰ τοῦτο οὐλαῖς ἐξ αὐτοῦ χρῆσθαί σφισι καὶ ποιεῖσθαι πέμματα ἐς τὰς θυσίας καθέστηκεν. Suidas : Ῥαριάς, ἡ Δημήτηρ. Ῥάρος γὰρ ἔσχεν υἱὸν Κελεόν. Κελεὸς δὲ, Τριπτόλεμον· ὁ δὲ Ῥάρος πλανωμένην τὴν Δημήτραν καὶ ζητοῦσαν τὴν κόρην ὑπεδέξατο ἐν τῷ οἴκῳ· ὑπὲρ τῆς τοιαύτης οὖν χάριτος ἡ Δημήτηρ τὸν ἀπόγονον Ῥάρου Τριπτόλεμον ἐδίδαξε τὴν τοῦ σίτου γεωργίαν.

Epoch. 14. vs. 25 - 27.

Primam lacunam Chandlerus explevit ita : [ἀφ' ο]ὗ [Ὀρφεὺς τὴ]ν; quod ob vacuum in Marmore spatium amplificavit Bœckhius. Idem ad extrem. vs. 25 annotat hæc : « Videntur plura periisse : versus enim apud Seldenum valde brevis est. Quod ego dedi sequitur literarum vestigia. Κόρης ἁρπαγὴ καὶ Δήμητρος ζήτησις conveniunt Orpheo; v. Lobeck. Aglaopham. p. 546, 827 sqq., 818 sqq., et nota Orphei carmen circumlatum esse Δήμητρος πλάνας. Mox Chandlerus : Καὶ τ[ὴ]ν αὐτοῦ [κατάβασιν καὶ μύ]θο[υ]ς τῶν, etc., hoc μύθους Prideauxio acceptum referens. Orphicus liber fuit Κατάβασις ἐς ᾅδου (Lobeck. Aglaoph. p. 373) : sed τὸν, non τὴν lapis habet : igitur dedi καὶ τὸν αὐτοῦ [καταβαθμὸν ἐς ᾅδου. Μύθους vero ferri non potest, nam in lapide est ΘΟΣΤΩΝ ; debebatque certe μύθους τοὺς περὶ τῶν etc. dici; nec μύθων mentio auctoris videtur ingenio convenire, qui satis credulus. Primum conjeceram πάθος, condicionem, quasi τὸ θεῖον πάθος eorum qui apud inferos sunt; postea prætuli γῆθος, quo verbo in soluta oratione utitur Plutarch. Ages. c. 29. Viderat Orpheus apud inferos ex illis, qui Cereris fruges acceperant, unum et alterum jam defunctum, iisque fruentem deliciis, quæ ex istius sectæ disciplina initiatorum propriæ sunt (Plato Rep. II, p. 363, C; cf. Lobeck. p. 806). »

Orpheum Noster ponit Erechthei a. 25; eodem fere anno (a. 23 Erechthei) Euseb. Arm. N. 642 notat Eumolpum. Tatianus Orpheum et Musæum collocat sub Prœto Argivo, qui imperium suscipit a. 39 Erechthei regnatque per 17 annos. Tatianus igitur Orpheum ad minimum 14 annis seriorem facit quam lapis. Euseb. Arm. Orpheum memorat sub a. 13 Ægei, qui computus a Nostro plus 100 annis distat. Etenim maximus est veterum dissensus de antiquissimis illis poetis, Orpheo, Eumolpo (v. ep. 15), Philammone, Thamyre. Quod de uno, idem de ceteris valet. Quan-

taque fuerit fabularum temporumque confusio, ex eo optime intelligitur, quod veteres, ut ex his tricis sese elaquearent, plures Eumolpos statuerunt, quorum primus ab ultimo quinque generationibus est sejunctus. Schol. ad OEdip. Col. 1053 : Ἀκεστόδωρος δὲ πέμπτον ἀπὸ τοῦ πρώτου Εὐμόλπου εἶναι τὸν τὰς τελετὰς καταδείξαντα, γράφει οὕτως· κατοικῆσαι δὲ τὴν Ἐλευσῖνα ἱστοροῦσι πρῶτον μὲν τοὺς αὐτόχθονας, εἶτα Θρᾶκας τοὺς μετὰ Εὐμόλπου παραγενομένους πρὸς βοήθειαν κατὰ τὸν πρὸς Ἐρεχθέα πόλεμον· τινὲς δέ φασι καὶ τὸν Εὔμολπον εὑρεῖν τὴν μύησιν τὴν συντελουμένην κατ' ἐνιαυτὸν ἐν Ἐλευσῖνι Δήμητρι καὶ Κόρῃ. Ἄνδρων μὲν οὖν γράφει οὐ τὸν Εὔμολπον εὑρεῖν τὴν μύησιν, ἀλλ' ἀπὸ τούτου Εὔμολπον πέμπτον γεγονότα. Εὐμόλπου γὰρ γενέσθαι Κήρυκα, τοῦ δὲ Εὔμολπον· τοῦ δὲ Ἀντίφημον· τοῦ δὲ Μουσαῖον τὸν ποιητήν, τοῦ δὲ Εὔμολπον τὸν καταδείξαντα τὴν μύησιν, καὶ ἱεροφάντην γεγονότα.

Quæ quum ita sint, vix definiri potest cuinam Erechthei anno Marmoris auctor ep. 15 Eumolpum, mysteriorum conditorem, assignaverit. Etenim numerus in lapide mutilus est. Suspicor Nostrum posuisse Eumolpum eodem anno, quo Tatianus posuit Orpheum, sicut Euseb. Eumolpum memorat eodem tempore, quo Noster Orpheum. Inde sequeretur Eumolpum ponendum esse post a. 39 Erechthei; ad minimum 14 annos post epoch. 14.

Epoch. 15. vs. 27-28.

Seldenus quum in lapide legeret literas ΝΟΥ, supplevit : ἀφ' οὗ Καύκων ὁ Κελαινοῦ, nisus loco Pausaniæ (IV, 1, 4), ubi hæc: Πρῶτοι βασιλεύουσιν ἐν τῇ χώρᾳ ταύτῃ (in Messenia) Πολυκάων ὁ Λέλεγος καὶ Μεσσήνη γυνὴ τοῦ Πολυκάονος. Παρὰ ταύτην τὴν Μεσσήνην τὰ ὄργια κομίζων τῶν μεγάλων θεῶν Καύκων ἦλθεν ἐξ Ἐλευσῖνος, ὁ Κελαινοῦ τοῦ Φλυοῦ. Deinde legit τοῦ [παλαιοῦ Μ]ουσαίου. Sed quum in aprico sit, nostra epocha de Eleusiniorum mysteriorum conditore agi, recte Prideauxius observavit Seldenum facili errore ΝΟΥ legisse pro ΑΙΟΥ; idem locum sic restituit, uti nunc legitur.

De Musæo v. Passov. Introduct. in Musæum. De Eumolpo cf. Hesych. et Photii Lexica s. v. Εὐμολπίδαι. — De anni numero v. ad ep. 14.

Epoch. 16. vs. 29-30.

Bœckhius : « Seld. putabat de lustratione urbis agi ob Androgei cædem instituta, quæ res notante Palmerio potius ad ep. 19 pertinet. Nihilominus Prid., quem Chandler. sequitur, scripsit : καθαρμὸς πρῶτον ἐγένετο [διὰ φόν]ου, urbis lustratio cæde *piacularium hominum* (καθαρμάτων) perfecta. Reliqua intacta reliquere priores. Melius Palm. conjecit : ἐγένετο [φόν]ου, quod dedimus. Agitur de prima *homicidæ* lustratione. Tum ΓΡΩΤΩΙΑΟΝ manu ducit ad πρώτω[ν] Ἀθηναίων, et ΕΑΝΤ ad καθηράντων : quæ quum mihi viderer recte invenisse, addidi insuper Ἡρακλέα. Deferimur enim jam in Herculis ætatem; Herculisque in gratiam instituta minora Eleusinia, quibus initiatus est et simul ob Centaurorum cædem lustratus. Diodor. IV, 14 (ubi vide Wess.) : Δημήτηρ πρὸς τὸν καθαρμὸν τῶν Κενταύρων φόνου τὰ μικρὰ μυστήρια συνεστήσατο τὸν Ἡρακλέα τιμῶσα. Apollodor. II, 5, 12. »

At literæ suppletæ non conveniunt spatio lacunarum (v. autograph.); deinde offendere debet, quod ex Bœckhii ratione Herculis lustratio omnium prima fuisse diceretur; certe non memini hoc uspiam in vett. fabulis elatum esse ; immo prima cædis lustratio fuisse narratur illa Ixionis, Antionis vel Leontei filii. Quapropter ego ex relictis literarum vestigiis ΙΑΙΟΝ eruendum censeo nomen ΙΞΙΟΝΟΣ et in ΕΑΝ latere vel ΛΕΟΝΤΕΩΣ vel ΑΝΤΙΩΝΟΣ. Itaque scriberem fere sic : ἀφ' οὗ καθαρμὸς πρῶτον ἐγένετο [φόν]ου, πρώτο[υ] Ἰ[ξ]ίον[ος, Λ]εοντ[έως, (vel Ἰξίονος, Ἀντίωνος) ἐμφύλιον ἄνδρα κτανόντος, vel ὑπὸ Διὸς ἁγνισθέντος, vel tale quid.

De Ixione vide Schol. Apollon. Rh. III, 62, Schol. Pindar. Pyth. II, 39, Diodor. IV, 69, Apollodor. I, 8, 2, Hygin. Fab. 155. Cf. O. Müller. Orchom. p. 195, Eumenid. p. 137, Welcker. Trilog. p. 547 sqq.

Numerus, cujus in marmore non nisi postrema pars (ΔΙΙ) superest, notante Lydiato non alius esse potest nisi 1062.

Epoch. 17. vs. 30-32.

Priores editores in fine versus 30 novam epocham incipere crediderunt. Sed rectissime Bœckhius monet spatio relicto non posse id suppleri, quo opus esset si ibi finiretur epocha. « ΑΦΟΥ, inquit, debet corruptum censeri, et in promptu est Κ]ΑΙΦ[ΥΣΙΑ. Lycaon, qui deinceps Lycæa dicitur instituisse, infamis est scelesto infantis immolandi instituto, diu isto retento; utraque res eidem Lycaoni diserte tribuitur a Pausania VIII, 2. At is, quem Pausanias intelligit, Cecropi I æqualis fertur; Noster Lycæorum auctorem ad ep. 17 rettulit : consentaneum est, quum in Lycæis immolatus infans sit, eidem Lycaoni eidemque ætati a Nostro etiam hujus sacrificii originem tribui. Ad hanc sententiam Palmerius quoque direxit supplementum : ἀφ' οὗ [ἀνθρωποθυσί]αι [καὶ] etc. Sed nos quod non agnoscimus illud ἀφ' οὗ, ad vocem θυσία, quam posuimus, ex

Pausaniæ loco addimus βρέφους ἀνθρώπου, et deinceps supplemus κ]αὶ. Post AI nulla videtur lacuna esse, cujus speciem Seldeno obtulerit diductior scriptura. Mox quod dedi αἱ ἐκκηρύξεις τοῦ Λυκάονος, id certum judico; dicitur *de præconibus novos ludos per Græciam nuntiantibus*. Ἐν ante τοῖς, et ἔτη præbuit Palmerius. Pro N in loco numeri temporum computus postulat Δ, et cave id in ΔI dissolvas, nisi enim ante N majorem lacunam statuas, fieri illud non potest. »

Ad quæ moneo Bœckhii supplementum minime cadere in spatia lacunarum, neque omnino certum esse num de sacrificiis humanis h. l. sermo fuerit. Locus Pausaniæ ab eo excitatus hic est VIII, 2, 1 : Λυκάων ὁ Πελασγοῦ τοσάδε εὗρεν ἢ ὁ πατήρ οἱ σοφώτερα. Λυκοσούραν τε γὰρ πόλιν ᾤκισεν ἐν τῷ ὄρει τῷ Λυκαίῳ, καὶ Δία ὠνόμασε Λυκαῖον, καὶ ἀγῶνα ἔθηκε Λύκαια· οὐκ ἔτι δὲ τὰ παρ' Ἀθηναίοις Παναθήναια τεθῆναι πρότερα ἀποφαίνομαι. ... Δοκῶ δὲ ἔγωγε Κέκροπι ἡλικίαν τῷ βασιλεύσαντι τῶν Ἀθηναίων καὶ Λυκάονι εἶναι τὴν αὐτὴν ... Λυκάων δὲ ἐπὶ τὸν βωμὸν τοῦ Λυκαίου Διὸς βρέφος ἤνεγκεν ἀνθρώπου, καὶ ἔθυσε τὸ βρέφος, καὶ ἔσπεισεν ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τὸ αἷμα· καὶ αὐτὸν αὐτίκα ἐπὶ τῇ θυσίᾳ γενέσθαι λύκον φασὶν ἀντὶ ἀνθρώπου ... Λέγουσι γὰρ δὴ, ὡς Λυκάονος ὕστερον δή τις ἐξ ἀνθρώπου λύκος γένοιτο ἐπὶ τῇ θυσίᾳ τοῦ Λυκαίου Διὸς, γίγνοιτο δὲ οὐκ εἰς ἅπαντα τὸν βίον· ὅποτε δὲ εἴη λύκος, εἰ μὲν κρεῶν ἀπόσχοιτο ἀνθρωπίνων, ὕστερον ἔτει δεκάτῳ φασὶν αὐτὸν αὖθις ἄνθρωπον ἐκ λύκου γενέσθαι, γευσάμενον δὲ ἐς ἀεὶ μένειν θηρίον.

Ex his supplere liceret : Καὶ Λυκοσ]ού[ραν ᾤκισεν ἐν τῷ Λυκ]αί[ῳ. — Vox ἐκκήρυξις, quam Bœckhius dedit, alias non occurrit. Fortasse fuit ἐκεχειρίαι. — Ceterum de Lycaone v. Apollodor. III, 8, 1, 2; cf. O. Müller. Dor. I, p. 306, 372.

Lycæa Euseb. ponit N. 876 a. P. J. 3573, longe post epoch. Marmoris.

Epoch. 18. vs. 32-33.

Prideaux. : ἀφ' οὗ κα[θαρσία ἐγένετο Ἀθήν]ησι [κ]αὶ Ἡρακλῆς [ἐμυήθη ἐν Ἄγραις πρ]ῶ[τος καὶ ε]δος[ἐποιήθη ἔτη X ... Perperam. Eandem sententiam paullo aliter expressit Chandler. Bœckhius Olympiorum institutionem hoc loco relatam esse putans ΗΣΙΑΙ mutavit in ΗΛΙΔΙ et ΔΟΣΤ in ΔΙΟΣ ΕΤ, ideoque dedit : ἀφ' οὗ κα[τερ]γασάμενος τὰ ἐν] Ἤ[λ]ι[δ]ι Ἡρακλῆς [τὸ τέμε]ν[ος καθιέρ]ω[σε τοῦ] Δ[ι]ὸς [ἔ]τ[η] ΧΔΔΔ .. Sed plura hæc sunt quam lacunæ admittunt; neque tempora rei satis accommodata. Itaque quum tota res incertissima sit, suo quisque ingenio indulgens lacunas expleat. Ne tamen ἀσύμβολος discedam, moneo rem nostra epocha positam, quæcunque fuerit, referri ad Ægei a. 1-12. Jam Euseb. Arm. Ægei anno 9 assignat Argonautas; quorum mentio in Chronico nostro non minus desideratur quam illa Olympiorum. Quidni igitur locum ita refinxeris, ut Hercules et Argonautæ in eo componantur? Quod quomodo efficiendum indicatur literis superstitibus : ΗΣΙΑΙ; in iis latet ΜΑΓΝΗΣΙΑΙ. Itaque lacunas expleo hunc in modum : ἀφ' οὗ κα[τελί]π[η ἐν Μαγν]ησίᾳ Ἡρακλῆς [ἀπὸ τῶ]ν [Ἀργοναυτ]ῶ[ν καὶ Ἰάσον]ος ἔτη etc. Quæ quidem cum lacunis a Bœckhio notatis optime concinunt. Superstitem literam Γ mutavi in Π, et in fine dedi ΝΟΣ pro ΔΟΣ.

De Hercule ad Aphetas in Magnesia relicto Herodot. VII, 193 : Ἔστι δὲ χῶρος ἐν τῷ κόλπῳ τούτῳ τῆς Μαγνησίας, ἔνθα λέγεται τὸν Ἡρακλέα καταλειφθῆναι ὑπὸ Ἰήσονος καὶ τῶν συνεταίρων etc. Apollodor. I, 9, 19; Schol. Pind. Pyth. IV, 303; Schol. Apollon. Rh. I, 1168, 1289 ; Hygin. Fab. 14; Stephan. Byz. v. Ἀφεταί.

Jam si recte statui de Argonautarum hic agi expeditione, licet eam cum Eusebio Arm. tribuere Ægei anno 9. (Eusebius ex Scalig. notat a. 12 Ægei), ante Olymp. 1 a. 723, ante Trojam capt. a. 91; quod satis convenit calculis Apollodori (vide ad ep. 7), qui $1\frac{1}{2}$ cyclos numerat a Troja capta ad Argonautas. — Alium computum sequitur Euseb. N. 784, ubi ad Thesei an. 2 dicit : *Medea Colchis discessit;* Argonautæ igitur circa 40 annos posteriores ponuntur quam Nostro. Cum his componere licet Apollod. II, 6, 3, 4 : Καθ' ὃν δὲ χρόνον ἐλάτρευε (Ἡρακλῆς) παρ' Ὀμφάλῃ, λέγεται τὸν ἐπὶ Κόλχους πλοῦν γενέσθαι, καὶ τὴν τοῦ Καλυδωνίου κάπρου θήραν, καὶ Θησέα παραγενόμενον ἐκ Τροιζῆνος τὸν Ἴσθμον καθᾶραι.

Quod Olympiorum institutionem attinet, Apollodorus eam posuisse debet uno cyclo vel 63 annis ante æram Trojanam (v. ad Apollod. fr. 72). Quocum quadrat Syncellus, qui alios dicit Olympia ab Hercule instituta tradere 470 a. ante Ol. 1 (= 62 a. ante Apollodori epocham Trojan.; a. 36 Ægei, sec. Euseb., qui ibi Herculis certamina commemorat), alios vero a. 430 (= a. 28 Thesei sec. Euseb.), 40 annis post. Igitur eandem habes diversitatem quam in expeditione Argonautarum, a qua Olympia sejunguntur epocha dimidia. — Thrasyllus ap. Clem. Alex. Strom. I, p. 336 Herculis Olymp. ponit a. Thesei 18 (P. J. a. 3497; v. Scalig. Isag. tempp. II, p. 175); quod ab Euseb. et Hieronym., qui rem collocant ad Thes. a. $\frac{28}{29}$, differt 10 annis. Dissensus inde videtur explicandus esse, quod alter a Troja capta, alter ab expeditionis anno in calculis suis proficisceretur.

Epoch. 19. vs. 33-34.

Σπάνι]ς et [τοῖς] Ἀθην[αίοις Ἀπό]λλων dedit Palmerius, ἔ[χρησε Bœckhius; Palmer. proposuit ἐν[ῆκεν, Chandler ἠ[νάγκασεν. De re iisdem fere verbis Diodor. IV, 61: Εἶθ' ὁ μὲν θεὸς ἔχρησεν, ἐὰν τοῦ Ἀνδρόγεω φόνου τῷ Μίνωϊ δίκας δῶσιν, ἃς ἂν ἐκεῖνος δικάσῃ. Cf. Apollodor. III, 15, 8, Plutarch. Thes. 15, Pausan. I, 1, 1; I, 27, 9, Euseb. Præp. Ev. V, 19, ubi Apollinis oraculum exstat hisce verbis conceptum:

> Λοιμοῦ καὶ λιμοῦ τέλος ἔσσεται, ἤν περ ἑαυτῶν
> σώματ' ἀπὸ κλήρου ἄρρεν καὶ θῆλυ νέμητε
> Μίνωϊ εἰς ἅλα δῖαν ἀποστέλλοντες, ἀμοιβὴν
> τῶν ἀδίκων ἔργων· οὕτω θεὸς ἵλαος ἔσται.

Euseb. Minois maritimum imperium ponit a. 31 Ægei; cædem Androgei a. 2 Thesei.

Epoch. 20. vs. 34-36.

Vs. 35 ex literis superstitibus ΑΠΡΕΩ Bœckhius eruit ἀπέδωκε. Prideaux. dederat: καθέστηκεν. Idem Bœckhius dedit ἀπογενόμενος Ἀθηνῶν. «Manifesto dictum erat, inquit, Theseum Isthmia instituisse *relictis Athenis*, sive is sponte excessisse Nostro visus, sive ostracismo ejectus, ut fabulantur.» Palmer. conjecerat: νομογράφος καὶ πολέμαρχ]ος Ἀθηνῶν. Prideaux.: ἑαυτοῦ βασιλεύοντ]ος Ἀθηνῶν. Chandler: δημοκρατίαν [πρῶτος καθεστηκὼ]ς Ἀθηνῶν.

De re v. Thuc. II, 51, Diodor. IV, 61, Plutarch. Thes. c. 24, Strabo IX, 1, 20. Plura in Meursii Theseo, Ultraj. 1684, 4 et in Gronov. Thes. tom. X.

Quod Noster ad Thesei a. 2 collocat, idem Euseb. Pontac. ponit Thesei a. 1, Euseb. ap. Scal. a. 5., Hieronym. Can. ap. Scalig. a. 18. Euseb. Arm. ad Thesei a. 22 notat: *Theseus Athenis profugit.*

Epoch. 21. vs. 36-37.

Chandler. dedit: ἀπὸ τῆς Ἀμμον[ίας] τῆς πρώτης. Ad hæc Bœckh.: «Debebat certe Ἀμμονιάδος esse. Sed quamquam mature in Græcia, etiam Athenis, cultus Ammon (v. OEconom. civ. Athen. tom. II, p. 257 sqq. coll. p. 411), tamen nemo novit Ἀμμονιάδα τὴν πρώτην, ut novimus Ὀλυμπιάδα, nec dubito, quin Seldenum fefellerint oculi. AMMON ubi legit, scriptum erat ΑΜ[ΑΞ]ΟΝ. Sub Theseo enim Amazones in Atticam irrupisse ferebantur; et in promptu est supplere: ἀπὸ τῆς Ἀμ[αζ]όν[ων εἰς] τὴ[ν Ἀττικὴν στρατείας, ut ex Thrasylli Chronico dixit Clemens Strom. I, p. 336: Εἴς τε τὴν Ἀμαζόνων εἰς Ἀθήνας στρατείαν, vel si mavis ἐπὶ τὴν Ἀττικήν, ut de eadem re fabulis celebratissima dixit Plato Menex. p. 239, B.»

Apud Clementem l. l. leguntur hæc: Ἀπὸ Περσέως στρατείας ἐπὶ Ἰλίου κτίσιν, ἔτη τριάκοντα τέσσαρα, ἐντεῦθεν ἐπὶ τὸν εἴσπλουν τῆς Ἀργοῦς, ἔτη ἑξήκοντα τέσσαρα· ἐκ τούτου ἐπὶ Θησέα καὶ Μινωταῦρον, ἔτη τριάκοντα δύο· εἶτα ἐπὶ τοὺς ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις, ἔτη δέκα· ἐπὶ δὲ τὸν Ὀλυμπίασιν ἀγῶνα, ὃν Ἡρακλῆς ἔθηκεν ἐπὶ Πέλοπι, ἔτη τρία· εἰς δὲ τὴν Ἀμαζόνων εἰς Ἀθήνας στρατείαν καὶ τῆς Ἑλένης ὑπὸ Θησέως ἁρπαγὴν, ἔτη ἐννέα.

Thrasyllus igitur ab Argonautis ad Amazonum bellum numerat a. 54, Noster (ab Ægei a. 9 — Thes. a. 5) a. 44. — Euseb. rem ponit a. 30, Latinus Hieronym. Can. a. 29 Thesei. Verum quum Thrasyllus conjungat Helenæ raptum et Amazonum bellum, Helena autem ab Hieronymo Thesei a. $\frac{4}{6}$ rapta dicatur, hoc ex eodem computo fluxisse videtur, cui Noster addictus erat.

Epoch. 22. vs. 37-38.

Palmer. supplevit: Ἀργεί[ω]ν εὖ Ἄδρασ[τος καὶ Ἀμφιάραος ἐ]βασίλευσαν. Quæ retinuit Prideaux., nisi quod pro inepto isto εὖ poneret Ἐτέοκλος. Chandler. dedit: ἀφ' οὗ Ἀργείοι[σιν] Ἄδραστος ἐβασίλευ[ε]ν, ΝΕΥ mutato in ΣΙΝ. Probabilius locum restituit Bœckh. «Ludorum Nemeorum institutio, inquit, ex nota fabula tributa est Septem ducibus, qui in itinere erant Nemeam delati. Manifesto igitur scribendum: ἀφ' οὗ Ἀργεῖοι [μ]ε[τ'] Ἀδράσ[του ἐπὶ Θή]βας [ἐστράτ]ευσαν. Quum Seldenus agnosceret literas ΒΑΣ et ΕΥΣΑΝ, nata ei species, quasi ΒΑΣΙΛΕΥΣΑΝ legeretur: ac videtur ex ΒΑΣ aberrasse ad ΕΣ, quod ideo omiserit, ΙΛ autem sumsisse pro obliterato ΤΡΑΤ, quod arctius scriptum fuerit. Nam etiam quæ incredibilia esse putes, credibilia reddet v. 66.»

Ἐ]ν [Νεμέ]ᾳ est Palmerii; ἔ]θ[εσ]αν Chandleri, pro qua voce Palmer. dederat συν]ήθ[λευσ]αν. Verba τῷ Διΐ, ut spatium expleret, adjunxit Bœckhius, etiam ἐπ' Ἀρχεμόρῳ locum habere posse monens.

De Septem contra Thebas expeditione nota sunt omnia. De institutione Nemæorum v. Pausan. II, 15, 2, Apollod. III, 6, 4.

Euseb. rem notat Thesei a. 2. vel 3, ideoque bello Amazonum superiorem facit; cf. etiam locum Thrasylli (ep. 21).

Epoch. 23 vs. 38-39.

Supplementa sunt Seldeni. De canone vide ep. 24.

Epoch. 24. vs. 39-40.

Post δευτέρου lapicidæ incuria excidit εἰκοστοῦ, ut jam Seldenus vidit.

Quod attinet æram Trojanam, tot obruimur et tam diversis veterum scriptorum computationibus, ut singulas enumerare negotium sit tædii plenum, eas vel probare vel improbare res vana nec vacua ab arrogantia. Nam nemo hodie nescit quænam fides his habenda sit omnibus. Sed quum rationes nostræ ita ferre soleant, ut certus quidam Trojano bello numerus assignandus sit, eorum maxime computos sequimur, qui in ipsa antiquitate summam diligentiæ et eruditionis in his rebus laudem abstulerunt. Atque in universum viri docti legem quasi scripserunt, nihil in mythicæ ætatis chronologia nobis relictum esse nisi Alexandrinorum computationes quantum ejus fieri posset restituere; contra in examen eas vocare inutile esse et temerarium. Nam niti eas monumentis pervetustis. His adjutos et magna doctrinæ copia variisque priorum scriptorum conaminibus Alexandrinos præ ceteris potuisse probabilem aliquam chronologiam constituere. — Longe absum ut hæc reprehendam. Neque tamen propterea reliquorum testimonia, ut plerumque fit, negligenda sunt. Nam antiquiorum quoque auctorum sententiæ non meræ fuerunt conjecturæ, sed item profectæ sunt ex rationibus vetustarum ἀναγραφῶν, quibus sane eadem auctoritas concedi debet ac catalogis regum Lacedæmoniorum. Omnes enim isti recensus, seriore demum ætate confecti, carent fide historica. Neque tamen verisimile est, auctores ἀναγραφῶν in constituendis regum imperiis prorsus indulsisse fingendi libidini, sed conjecturæ suæ certis quibusdam legibus moderari debuerunt. Quæ vero fuerint istæ leges, ex annis singulis regibus tributis vix cognosci poterit; magis in ea re adjuvabimur observandis temporum distantiis, tum iis quibus magna historiæ παραπήγματα apud eundem scriptorem distinentur, tum iis, quæ de eodem facto apud diversos historicos deprehenduntur. Quid vero ad talem disquisitionem instituendam commodius sese offert quam variæ illæ de Trojana epocha scriptorum sententiæ? Igitur paullo uberius de iis agemus. Sed antequam de *anno* Trojæ captæ sermonem faciamus, nonnulla de *die* excidii præmittenda sunt.

Plurimi Trojam eversam aiunt die *septimo* vel, quod eodem redit, die *octavo* Θαργηλιῶνος φθίνοντος aut ἱσταμένου. Plutarch. Camill. c. 19: Θαργηλιῶνος ἑβδόμῃ φθίνοντος, περὶ ἣν δοκεῖ καὶ τὸ Ἴλιον ἁλῶναι, ὡς Ἔφορος καὶ Καλλισθένης καὶ Δαμάστης καὶ Φύλαρχος ἱστορήκασιν. Callisthenes apud Schol. Eurip. Hecub. 895: Καλλισθένης δευτέρῳ Ἑλληνικῶν· Ἑάλω δὲ ἡ Τροία Θαργηλιῶνος μηνὸς, ὡς μέν τινες ἱστορικῶν τῇ η′ ἱσταμένου, ὡς δὲ ὁ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα (γράψας), τῇ η′ φθίνοντος. Διορίζει γὰρ αὐτὸς τὴν ἅλωσιν φάσκων συμβῆναι τότε τὴν κατάληψιν, ἡνίκα

Νὺξ μὲν ἔην μεσάτα, λαμπρὰ δ' ἐπέτελλε σελάνα.

Μεσονύκτιος δὲ μόνον τῇ ὀγδόῃ φθίνοντος ἀνατέλλει. Clem. Alex. Strom. I, p. 381 Pott., p. 139 Sylburg.: Ἀγίας καὶ Δερκύλος ἐν τῇ τρίτῃ μηνὸς Πανήμου (mens. Macedonici, qui respondet Thargelioni et Scirophorioni, v. Clinton. F. H. tom. III p. 354, i, et p. 359) ὀγδόῃ φθίνοντος ... καί τινες τῶν τὰ Ἀττικὰ συγγραψαμένων ὀγδόῃ φθίνοντος τὸ τελευταῖον ἔτος Μενεσθέως ... ἕτεροι Σκιροφοριῶνος τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ Trojam captam referunt. Dionys. Hal. Archæol. I, p. 51, 4: Ἴλιον ἥλω τελευτῶντος ἤδη τοῦ ἔαρος (sic recte Scalig. pro vulgata θέρους) ἑπτακαίδεκα πρότερον ἡμέραις τῆς θερινῆς τροπῆς, ὀγδόῃ φθίνοντος μηνὸς Θαργηλιῶνος, ὡς Ἀθηναῖοι τοὺς χρόνους ἄγουσι. (De quo loco plura disserit Bœckh. ad nostram ep.) Lysimachus ap. Schol. Eur. Hec. l. l. posuit Thargelionis diem *decimum*, si quidem numerus integer est.

Ab his distinguendi sunt Hellanicus et Duris et Dinias Argivus (Tzetz. Posth. 780; Clem. Alex. l. l.), qui ex Argivis sine dubio ἀναγραφαῖς Trojam captam narrant Thargelionis die *duodecimo*, πληθυούσης σελήνης. Quamvis enim plenilunium cadat in diem XIII vel XIV mensis lunaris, potuit tamen, notante Bœckhio, in aliquo cyclo etiam in diem decimum ejus mensis cadere. « Itaque, Bœckhius ait, Hellanicus hunc diem dedit, quod traditum ab aliquo poeta erat, plenilunium fuisse quum caperetur Troja. Neque alia caussa est, quare diei XIII Gamelionis cædes Agamemnonis tributa sit, nempe plenilunio eam accidisse fabulati sunt haud dubie. »

Videmus igitur Trojæ excidium a vett. relatum esse ad omnes lunæ luminum varietates, tum ad lunam crescentem, tum ad plenam, tum ad decrescentem; quibus respondent fere in mense lunari 29 dierum, dies septimus, decimus quartus, vicesimus primus. Hi numeri neque plane fortuiti sunt, neque accuratissima rerum computatione reperti, sed ex ipsa fluxerunt Græcorum religione. Plurima enim ac præcipua antiquæ Græciæ festa arcto vinculo conjuncta erant cum anni vicissitudinibus et cum lunæ in quovis mense varietatibus. In iis vero duo potissimum numeri maximi sunt momenti, septenarium dico et nonarium, quos jure nominaveris *sacros*. Quæ eorum fuerit vis, cognoscere licet ex festis nonnullis Jovis et Apollinis, cujus dei cultus magnam saltem partem ex antiquiore illo Jovis Pelasgici profectus est. Sic in festis Apollineis ubique

regnat Apollo iste ἑβδομαγέτης; de quo v. Plutarch. Sympos. VIII, 1, 2, p. 342, Ei; 17, p. 238, Proclus ad Hesiod. Op. 767, Dionys. Hal. Ars Rhet. 3, p. 243 Reisk. coll. Valcken. De Aristob. Jud. § 37, p. 13, citante O. Müllero in Dor. I, p. 329. Nam nascitur deus secundum Delphorum fabulam *septimo* die Munychionis mensis (qui primus est ex novem illis anni Apollinei. Plutarch. Quæst. Gr. 9), vel, uti Delii ferebant, eodem die Thargelionis (Diog. Laert. III, 2, 2, 44; Apollodor. fr. 89). *Septimo* die Munychionis draconem interficit (Schol. Pind. Pyth. arg.), eodemque die theoria Delphica Tempe proficiscitur, et Athenienses *quattuordecim* pueros mittunt Cretam (v. Müller. l. l.); septimo Thargelionis die Athenis in aliisque Græciæ urbibus magnum Thargeliorum festum celebratur. Hic est dies ille Trojæ excidii, hic porro dies natalis virorum celeberrimorum, Socratis et Platonis (Apollod. fr. 82, 89; cf. fr. 95, ubi Epicurus die septimo Gamelionis natus esse dicitur); hoc denique Thargelionis die Persas ad Granicum vincit Alexander, Carthaginienses sternuntur a Timoleonte, atque omnino faustus dies est Græcis, barbaris nefastus (Plutarch. Camill. 19). Eodem die septimo ejusdem mensis in Bœotia celebrantur Daphnephoria, ut Müllerus statuit, sicut eodem die Boedromionis et Pyanepsionis cognomina ab Atticis festa aguntur (Müller. p. 231 sqq.). — Cum his cohæret quod Spartanorum reges Apollini sacra faciunt νεομηνίας ἀνὰ πάσας καὶ ἑβδόμας ἱσταμένου τοῦ μηνὸς Herodot. VI, 57. Quare ipse deus audit νευμήνιος Philochor. fr. 178, 181; cf. Schol. ad Aristoph. Plut. 1127: Ἔξω γὰρ τῶν ἑορτῶν ἱεραί τινες τοῦ μηνὸς ἡμέραι νομίζονται Ἀθήνησι θεοῖς τισὶν, οἷον νουμηνία καὶ ἑβδόμη Ἀπόλλωνι. Etiam plenilunii dies sacer erat Apollini (v. c. in Zacyntho, Plutarch. Dion. c. 23). Itaque omnes mensium hebdomades ad Apollinem referebantur. — Præter hæc alia multa congeri possunt, quæ septenarii numeri auctoritatem comprobent. Ut paucis defungar, memoro septem illos pueros totidemque puellas, qui in Delphinium mittebantur, illos qui apud Sicyonios Apollinem et Dianam placabant (Pausan. II, 2, 2), illos denique quos Corinthii mittebant in templum Junonis (Schol. Eur. Med. 273, Pausan. II, 3, 6, Philostrat. Her. 19, 14; cf. Müller. Eumenid. p. 141). Huc spectant Solis filii septem et Helena (Σελήνη) ἑπταετὴς a Theseo, Æthræ filio, rapta (Plut. Theseus 14, v. Hellan. fragm. 74), et βοῦς ἕβδομος, πόπανόν τι τῶν θυομένων οὕτως ἐν ταῖς ἁγιωτάταις Ἀθήνησι θυσίαις (v. Clitodem. fr. 16). Addas alia innumera, quæ hunc numerum revocent in historia Bœotiæ, ex qua regione plurimi festorum cycli et accuratior temporum computatio ad reliquos Græcos pervenisse videntur. Sic Müllerus De Minyis p. 221 componit septem portas Thebarum, septem filios Amphionis, septem ἀρχηγέτας Platæenses, septem Iolaidarum familias, confœderationem septem civitatum, quæ in Calauria conventus habebant.

Haud minores partes in rebus mythicis tribuuntur numero nonario; sed nolo hic exempla accumulare; vide v. c. Müller. De Minyis p. 73, 218, Dor. I, p. 228, 235, 242, 248, Eumenid. p. 143 sq.; cf. quæ de Carneis festo habet Athen. IV, p. 141 E. — Etenim ut in numerandis mensis diebus, septem ad unitatem quandam conjungebantur, sic *novem* conjungebantur menses, qui annum Apollineum constituerent. — Jam vero constat plures annos a Græcis ad majores cyclos conjunctos esse. Notissimæ sunt ἐνναετηρίδες (v. Müller. Min. p. 220, Dor. I, p. 319). Sed præterea alia annorum periodus exstitisse debet, quæ a Bœotia, ut videtur, profecta magnam in Græcia nacta est auctoritatem. Illum cyclum intelligo, quem Pausanias IX, 3, 3 innuit his verbis: Δαίδαλα οὖν ἄγουσι οἱ Πλαταιεῖς ἑορτὴν δι' ἔτους ἑβδόμου, ὡς ἔφασκεν ὁ τῶν ἐπιχωρίων ἐξηγητής· ἀληθεῖ μέντοι λόγῳ, δι' ἐλάσσονος καὶ οὐ τοσούτου χρόνου. Ἐθελήσαντες δὲ ἀπὸ Δαιδάλων ἐς Δαίδαλα ἕτερα ἀριθμῆσαι τὸν μεταξὺ χρόνον ἐς τὸ ἀκριβέστατον, οὐκ ἐγενόμεσθα οἷοί τε ... Ταύτην μὲν ἰδίᾳ Πλαταιεῖς ἑορτὴν ἄγουσι, Δαίδαλα μικρὰ ὀνομάζοντες· Δαιδάλων δὲ ἑορτὴν τῶν μεγάλων καὶ οἱ Βοιωτοὶ σφίσι συνεορτάζουσι, δι' ἑξηκοστοῦ δὲ ἄγουσιν ἔτους· ἐκλιπεῖν γὰρ τοσοῦτον χρόνον τὴν ἑορτήν φασιν, ἡνίκα οἱ Πλαταιεῖς ἔφευγον. Ξόανα δὲ τεσσαρεσκαίδεκα ἕτοιμα σφίσιν ἐστὶ κατ' ἐνιαυτὸν ἕκαστον παρασκευασθέντα ἐν Δαιδάλοις τοῖς μικροῖς.

Quæ de origine hujus periodi Pausaniæ narrabantur, cum historia non concinunt, sed exegetæ sunt inventum, uti ostendit O. Müller. De Minyis p. 221, quo loco etiam de temporum intervallis inter parvorum Dædalorum celebrationem interjectis, deque cyclo illo sexaginta annorum conjecturam protulit, quam verissimam habeo. Duodecim menses lunares, dicit, si cuique 29 dies tribuantur, imperfectum annum lunarem efficiunt dierum 348. Sexaginta tria horum annorum lunarium novem diebus excedunt sexaginta annos solares Per. Jul. Quæ res sponte nos adducit, ut novem statuantur periodi septem annorum, quorum septimus quisque uno die brevior esse debuit. Optime hæc conveniunt iis quæ narrabantur Pausaniæ. Nam post absolutos septem annos lunares (= $6\frac{2}{3}$ an. solares) parva Dædala a Platæensibus celebrabantur; verum nona par-

vorum Dædalorum celebratione quum lunaris annus eodem die quo solaris absolveretur, magna Dædala a tota Bœotia agebantur. — Habemus igitur festum sexagesimo tertio quovis anno ab omnibus Bœotis celebratum, quod similiter ac Daphnephoria (v. Proclus ap. Phot. p. 987) aperte præ se fert significationem chronologicam. Accuratius hæc persequi jam quidem non licet, attigisse sufficiat. Hoc unum tantum moneo, in magnæ hujus periodi divisione easdem reperiri proportiones, quam in illa singulorum annorum. Nam uti menses in hebdomades diviserunt, novem autem menses ad unum quoddam conjunxerunt, sic novem periodi septem annorum magnum illum Dædalorum cyclum effecerunt.

Putari quidem posset hunc cyclum nonnisi ad Dædalorum festos pertinuisse; nam alibi, quantum sciam, numquam memoratur. Sed omnino paucissima de his rebus veteres nobis tradiderunt; ipsisque Græcis (ut Pausaniæ locus demonstrat) hæc omnia propter serioris ætatis temporum computationes minus perspecta erant. Quare antiquitatis silentium nihil impedit, quin cyclus ille a majori Græciæ parte ad tempora computanda adhiberetur atque basis quasi esset antiquissimæ chronologiæ. Neque vanam hanc suspicionem esse, satis, opinor, arguunt, quæ de intervallo inter Ogygem et Cecropem, deque illo inter Cecropem et Demophontem interjecto, porro quæ de Cadmi, Dionysi, Herculis, Argonautarum temporibus in antecedentibus monui; plura hujus generis præbebunt sequentia. Verum præter illa spatia 63 annorum, quibus res magnæ, quæ παραπηγμάτων instar sunt, distineri solent, sæpius attendi ad minora intervalla septem vel quattuordecim etc. annorum, tam crebro obvia in antiqua chronologia, ut attentiorem non possint effugere.

Quæ omnia quum fluxerint ex vetustis templorum ἀναγραφαῖς, ultro de earum institutione subnascitur suspicio. Ex iis enim, quæ modo in medium protulimus, intelligitur necessitudinem quandam ἀναγραφαῖς intercessisse cum cyclis illis festorum, qui ipsi ex antiqua temporum computandorum doctrina profecti sunt. Neque quidquam facilius explicatu. Nam et festorum procuratio et annalium confectio iisdem demandatæ erant sacerdotibus. Hi, ut consentaneum est, initio præter nomina sacerdotum et annos, quibus quisque sacerdotio ornatus fuerit, ea tantum consignarunt quæ proxime spectabant ad dei cultum templique historiam. Quæ quoniam tantum non omnis in festis illis posita esset, annales eandem nacti sunt divisionem ac festa deorum. Mox autem non amplius in eo acquieverunt ut suæ res memoriæ literis mandarent, sed priscas quoque dei, templi, populi sui historias fabulasve ad chronologicas rationes revocarunt. Eas igitur, quod facile largieris, eodem modo adornabant ac reliqua. Majoris res momenti majoribus, minoris minoribus cyclis distinebant. Nam quamquam in universum quidem genealogias fabularum respexisse videntur, tamen, quum hæ annorum numeros parum curent, accuratiora omnia ipsorum arbitrio erant relicta.

Temporum decursu præter nomina sacerdotum et poetarum musicorumque victorias festis illis deportatas, res quoque ad politicam Græcorum nec non barbarorum historiam pertinentes, et archontum nomina, eorum certe sub quibus festa celebrata erant, in annalibus enotarunt. Sed ne hæc quidem ita proposita esse videntur, ut suus singulis annus assignaretur; sed ita ut nonnisi ad hunc vel illum cyclum, tamquam ἐπισημασίαι, res ac nomina apponerentur. Inde differentiæ illæ vel septem vel quatuordecim annorum, quæ non modo in antiquissimæ memoriæ, sed etiam in historicæ ætatis rebus tam sæpe occurrunt.

Quod tempus attinet, quo ἀναγραφαί nostræ non amplius meri essent sacerdotum catalogi, sed ad annalium formam propius jam accederent, id post Olympiadum initium ponendum esse, non potest dubitari. Nam et scribendi ars ea ætate satis vulgaris esse debuit, et desiderium quoddam et studium superiorum rerum memoriam recolendi inque ordinem redigendi efflagitatur (*).

(*) De antiquissimis, quæ ex vett. scriptoribus in notitiam nostram pervenerunt, ἀναγραφαῖς v. O. Müller. Dor. I, p. 130, et Bœckhius in Corp. Inscr. tom. I, p. 63 sq., tom. II. N° 2655, ubi ex inscriptione Halicarnassensi, recentioris illa quidem memoriæ, catalogum dat Sacerdotum Neptuni. Cf. Preller. in libello de Hellanico (Dorpati Livonorum, 1840), p. 36, quo loco laudat O. Müllerum (in Ephemerid. Gœtting. 1837, p. 893), impugnantem Clintonis opinionem, qui ἀναγραφὰς regum Lacedæmoniorum et sacerdotum Junonis reditus Heraclidarum et belli Trojani temporibus conditas esse asseveravit. Verba Mülleri a Prellero exscripta hæc sunt : «Es ist gewiss dass diese Urkunden verhæltnissmæssig sehr alt waren, da sie den kundigsten Forschern (Hellanicus, Eratosthenes) verbürgt genug schienen, um der chronologischen Berechnung ganzer Zeitræume zu Grunde gelegt zu werden. Dessenungeachtet sind wir wohl genœthigt anzunehmen, dass in der Zeit, wo die Schrift bei den Griechen sich bestimmter nachweisen læsst, d. h. im achten oder hœchstens neunten Jahrhunderte vor Chr. Geb., der Landesgeschichte kundige Spartaner nach der Erinnerung der æltesten Leute und auf das Alterthum stolze Priester von Argos nach allerlei Spuren und Vermuthungen diese Register zusammengesetzt haben. —Wæren aber alle diese Verzeichnisse in der Zeit, bis zu der sie hinauf gehen, oder auch nur

Verum antequam pergamus et ex ipsa historia sententiam nostram comprobemus, monendum est quantopere primitivos, quos veteres annales exhibebant, numeros seriores auctores obscuraverint. Multa sane in his debentur mendis librariorum, plura autem turbata sunt eo quod scriptores, qui priscam computandi rationem prorsus ignorabant, sæpenumero rotundos (quos nos jam dicimus) numeros posuerunt pro illis qui re vera et ipsi rotundi quodammodo erant, neque tamen esse serioribus videbantur. Sic verbi causa Euseb. pro annis illis 189, quos Philochorus inter Ogygem et Cecropem elapsos dicit, ponit 190. Similiter pro 63 nominantur 60, pro 126 dicunt 120, etc. Quod aut ex studio modo memorato explicandum est, aut inde, quod lunares annos mutarunt in solares. Posterius præ ceteris cadit in eruditionem Alexandrinorum (*).

His præmissis videamus de epocha Trojana. Tenendum vero est aliis primum, aliis ultimum belli annum pro epochæ numero haberi. Annos numerabimus a prima Olympiade; nam quia hæc ipsa παράπηγμα in vett. ἀναγραφαῖς post Olymp. I demum compositis esse debuit, sine dubio Trojana æra totis cyclis ab Olymp. I erit sejuncta.

Marmor Parium expeditionem contra Trojam ponit 441 vel 7 × 63 a. ante Olymp. I, vel 1217 ante Chr. Hic numerus plurimis probatus esse debuit, præsertim Atticis scriptoribus; ex eoque profecti sunt calculi Eratosthenis et Apollodori.

Vita Homeri, quæ sub Herodoti nomine circumfertur, a Troja ad Olymp. I exputat a. 494. Hic numerus de excidii anno intelligendus. Itaque expeditio collocanda a. 504 vel 8 × 63 ante Olymp. I = 1280 ante Christ.

Idem numerus est *Herodoti*, qui, ut recte statuit Clinton F. H. p. 6, excidii annum posuit 1270; ideoque expeditionis annum 1280. — Distat Herodoti calculus ab illo Marmoris uno cyclo; quocum quadrat, quod Argonautæ apud Herod. I, 3 una tantum generatione (= 1/2 cycl.) ante bellum Troj. ponuntur; quum alii eos ponant 1 1/2 cycl. ante epocham Trojanam.

Aretes apud Censorin. De die nat. c. 21 (v. Timæi fr. 152. Cf. Vita Timæi), a Troja ad Olymp. I numerat annos 514; quod referendum est ad annum expeditionis, ita ut epocha posita sit in anno excidii (504 ante Olymp. I = 1280 ante Chr.).

Duris Samius ap. Clem. Alex. Strom I, p. 337: ἀπὸ Τροίας ἁλώσεως ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρου εἰς Ἀσίαν διάβασιν numerat ἔτη χίλια. Itaque Troja capta esset 1334 ante Chr.; expeditionis annus 1344 vel, si Marmoris rationes sequimur, 1343 ante Chr., 567 vel = 9 × 63 ante Olymp. I; quod duobus cyclis a Marmore distat.

Cum Duride consentit *Timæus*. Nam quod Clem. Alex. l. l. dicit eum a Troja capta ad Olymp. I numerare a. 417, id falsum esse ex aliis quæ de Timæi chronologia comperta habemus, luculenter apparet. Vide quæ de ea re exposuimus in Vita Timæi. Cum Timæo ap. Clem. Alex. componitur Clitarchus.

Duris quum suum epochæ Trojanæ annum verisimiliter sumserit ex anagraphis templi Junonis Samiæ, cujus cultus ab illo Junonis Argivæ derivatur (v. Menodotum ap. Athen. XV, p. 672, A), eundem numerum exspectes ab Hellanico positum esse in Sacerdotibus. Attamen *Hellanicus*, si quidem recte cum Philochoro aliisque Atthidum scriptoribus componitur (Hell. fr. 63, Philoch. 8), in Trojana epocha ad Marmoris computum proxime accessisse debet. Nam auctores modo allati ab Ogygeo diluvio ad Olymp. I numerasse dicuntur annos 1020. Jam quum ab Ogyge ad Cecropem cycli sint tres, a Cecrope vero ad finem Menesthei sex cycli statuantur, epocha Trojana caderet in a. 1229 a. Chr. vel 453 ante Olymp. I. Philochorus igitur a Marmore 12 annis differret. Quæ differentia fortasse tollenda est ita, ut in Philochori fragm. ͵αχ′ facili errore scriptum statuas pro ͵αη′.

« *Excerpta Barbara*, Bœckhius ait, a Menesthei exitu vel initio Demophontis, computatis sin-

um die Zeit der Heraclidenwandrung niedergeschrieben, so müsste schon damals eine Uebung der Schreibekunst und zugleich ein Eifer für Aufbewahrung denkwürdiger Facta statt gefunden haben, der sich mit der Dürftigkeit und Unzuverlæssigkeit der griechischen Geschichte in diesen Jahrhunderten nicht vertragen will. Die griechische Geschichte müsste dann frühzeitig den Character gleichzeitiger Annalistik zeigen, etwa wie die rœmische von der Zeit der Republik an. »

(*) Hanc temporum tractationem agnoscere mihi videor in Apollod. II, 5, 11, ubi Hercules labores peregisse dicitur : ἐν (sic codd.; in editt. ἐνὶ) μηνὶ (μησὶ m. Vatic.) καὶ ἔτεσιν ὀκτώ. Profecto non invenit hæc in carminibus, sed computando eruit. Verisimile vero est veterem fabulam labores peractos dixisse *novem* annis (lunaribus), qui μέγαν Græcorum ἐνιαυτὸν efficiebant. Præterea *novem* numerus magnas partes agit in Herculis historia (Leonem interficit 18 annos natus; cum 18 navibus contra Trojam proficiscitur). Jam si doctus noster chronographus lunares annos ad solares revocavit (63 a. lun. = 60 a. solar.), repperit 8 an. 5 mens. Ideoque scribendum foret. ε′ μησὶ καὶ ἔτεσιν ὀκτὼ, vel πέντε μ. κ. ἔ. ὀ. Eadem ratio, ut suspicor, est alius loci (I, 9, 27, 6), ubi Argonautas dicit τὸν πάντα πλοῦν absolvisse ἐν δ (δυσὶ Lycophr. 175) μησί. Excidit aut ὀκτὼ ἔτεσιν, aut scriptum fuit ἐν ἑκατὸν καὶ δυσὶ, quod librarium offendit, qui ideo ἑκατὸν omiserit.

gulorum regum et archontum perpetuorum Atticorum annis, ubi Acasto tribuit a. 36 (editur 39), usque ad initium Olympiadum præbent annos 437, annumerato primo Demophontis anno, sed non enumerato secundo Æschyli, cui Olympiadem primam tribuunt. » Sed non est cur annorum numerum Acasto datum mutemus; immo ex antiquo fonte fluxisse videtur. Nam si Acasto, ut editur, 39 anni assignaveris, Trojana epocha cadit in a. 441 ($= 7 \times 63$) ante Olymp. I; quod concinit cum Marmore, nisi quod hoc expeditionis annum fecit, quem illa pro anno excidii sumpserunt.

Aliorum computos affert Clemens Alex. Strom. I, p. 402 Pott., p. 145. Sylb., tom. II, p. 93 ed. Klotz. Verba sunt : Εἰσὶ δὲ οἳ ἀπὸ Κέκροπος μὲν ἐπὶ Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα συνάγουσιν ἔτη χίλια ὀκτακόσια εἴκοσι ὀκτὼ, ἀπὸ δὲ Δημοφῶντος χίλια διακόσια πεντήκοντα, καὶ ἀπὸ Τροίας ἁλώσεως ἐπὶ τὴν Ἡρακλειδῶν κάθοδον ἔτη ἑκατὸν εἴκοσι ἢ ἑκατὸν ὀγδοήκοντα· ἀπὸ τούτου ἐπὶ Εὐαίνετον ἄρχοντα, ἐφ' οὗ φασὶν Ἀλέξανδρον εἰς τὴν Ἀσίαν διαβῆναι, ὡς μὲν Φανείας, ἔτη ἑπτακόσια δέκα πέντε, ὡς δὲ Ἔφορος, ἑπτακόσια τριάκοντα πέντε, ὡς δὲ Τίμαιος καὶ Κλείταρχος, ὀκτακόσια εἴκοσι, ὡς δὲ Ἐρατοσθένης, ἑπτακόσια ἑβδομήκοντα τέσσαρα.

Accuratius hic locus nobis examinandus, quoniam plerumque pro corruptissimo habetur, quippe qui a vulgaribus calculis longe recedat. Nos fatemur quidem vitiis nonnullis eum laborare, et ex diversis fontibus conflatum esse, simul vero largiendum est plura systematum chronologicorum Apollodoreo multo antiquiorum inesse vestigia.

Numerus referri debet ad ejectos Pisistratidas (Ol. 67, 2), nam Hipparchus jam Olymp. 66, 3 cæsus est. Vide de temporibus Pisistratidarum Clinton. F. H. p. 201 sqq.

Epoch. 46. vs. 61.

Supplevit Selden. Idem de chorago notat hæc: «Ejus nomen pæne in Marmore oblitteratum aliunde restitui, puto, nequit. *Hypodicus* si legam, favent satis et elementorum, quæ supersunt, vestigia et lacunæ spatiolum. Chalcidensem fuisse palam est. Nam Χαλκιδεὺς tantum non integrum in Marmore habetur. Quisquis demum hic fuerit, et poetam et musicum fuisse insignem, dubitandum non est. Viderint ergo perspicaciores, an *Hippicus* carminum scriptor numero Eusebiano 976 (qui æque ignotus est), aut *Hippasius*, nomen apud Capellam æque controversum L. 9, aut *Pondas et Hyperides*, in libello cum Censorino plerumque edito, aut medelam hic subministrent, aut hinc accipiant.»

Epoch. 47. vs. 61-62.

Quid hac epocha Noster notaverit sciri nequit. Semler. conjecit νε[ωτεροποιεῖν] Ἱππί[ας ἐπείρασεν τὴν τυραννίδα] ἐν etc. Quod nemini persuaserit. Chandler. : ἀφ' οὗ νε[ὼς Ἀθηνᾶς τῆς Ἱππίας ἱδρύσθη] Ἀθήνησιν. Neglexit igitur literas EN in Marmore superstites; deinde vero de templo Minervæ Hippiæ Athenis nihil constat. Bœckh. de sua conjectura : «Nostro loco, ait, Ἱππία statuo genitivum esse. Hippias quinque filios habuit (Thucyd. VI, 55) : sicuti vero ipse ut Nelides ex Nelei filio est Pisistratus vocatus (Herodot. V, 65), et Codri filius Neleus; ita conjecerim Hippiæ filiorum unum fuisse Νέ[στορα vel Νε[ιλέα. Sed Hippias post exactionem usque ad Marathonium prœlium non sedit ignavus : reditum eum interim tentasse docet Herodotus V, 91, ubi quæ referuntur, pertinent ad annum hac epocha superiorem. Similiter quum Darius legatos in Græciam mitteret terram et aquam poscentes (Olymp. 71, 4), et paullo ante talia agitare Hippias potuit, maxime post primam Marathonii expeditionem Olymp. 71 ineunte susceptam : quidni eo annorum intervallo unus ex Hippiæ filiis patris adjutor captus ab Atheniensibus et supplicio affectus fuerit? Tale quiddam hoc loco scriptum fuisse conjicio, sumptum fortasse ex Phaniæ libro de tyrannorum interitu : et huc direxi supplementum.»

Epoch. 48. vs. 62-64.

Palmer. : πρὸς τοὺς Πέρσας [καὶ] Ἀριέντεα σ]ατράπην τ]ῶν Δαρείου ἀδελφ[ιδῶ]ν τὸν στρατηγὸν, vel σ[ατράπη]ν Δαρείου ἀδελφιδέον. Pro Ἀριέντεα Prideaux., quem secuti sunt reliqui, reposuit Ἀρταφέρνεα (Herodot. VI, 94, Pausan. I, 32, 6, Nepos Miltiad. 4). Pro σατράπην Chandler. posuit articulum τόν. — ἀδελφιδοῦν pro ἀδελφιδέον dedit Bœckh. In sequentibus Ἀθήν[ησι τοῦ] δευτέρου [Φαινίππου] supplevit Palmer. Deinde dedit ἐν μάχῃ, Bœckh. ἢ ἐν μάχῃ.

De pugna Marathonia circa diem XVII Metagitnionis mensis pugnata, non vero Boedromionis die VI, ut Plutarchus refert (De Herodot. malign. 26, Glor. Athen. c. 7), v. Bœckh. in Procem. Ind. lectt. Universit. Berolin. æstiv. 1816; cf. Ideler.

Enchirid. chronolog. I, p. 291, Clinton. F. H. ad a. 490.

Æschylus secundum Nostrum (ep. 59) natus est Olymp. 63, 4. Concinit quod Suidas eum 25 annos natum Olymp. 70, 1 primum docuisse tradit. Ceterum cf. Hermann. Opusc. II, p. 161, ubi demonstrat alios Æschyli natales retulisse ad Olymp. 64, 4.

Epoch. 49. vs. 64-65.

Aristides archon fuit Olymp. 72, 4, anno qui sequitur pugnam Marathoniam; quare Marmoris numerus, prout computus A vel computus B adhibitus, vel 225 vel 226 fuit. Hoc vero anno Simonides Leoprepida elegis in honorem eorum, qui prœlio Marathonio occubuerant, compositis vicit Æschylum (Vit. Æschyli). Dubitari nequit ad hanc ipsam rem respicere Nostrum avo tribuentem quæ tribuenda erant nepoti. Quare optime Bœckhius supplevit ποιητὴς ὢν καὶ [αὐτὸς, νικᾷ Ἀθήν]ησιν. Palmer. voluit: καὶ [αὐτὸς ἐφάνη Ἀθήν]ησι; Bentlei. καὶ αὐτὸς τελευτᾷ Ἀθήνησιν. Quæ omnia propter temporum rationes admitti vix posse fusius docet Bœckhius.

De Simonide avo Leoprepidæ, eodemque poeta, omnino nihil constat. Leoprepida expresse memoratur ep. 54 (Olymp. 75, 4) et ep. 57 (Olymp. 78, 1), ubi nonagenarius diem obiisse narratur. Fuit igitur Simonides sexaginta novem annos natus illo tempore, quo avus ejus vel vicisse vel floruisse vel obiisse dicitur. Hæc a vero abhorrere quisque videt. Neque magis probabile est Marmoris auctorem confudisse Simonidem Leoprepidæ avum cum Simonide Leoprepida, quem avum Simonidis genealogi fuisse scimus. Itaque nihil relictum esse puto nisi ut statuamus Leoprepidæ tempora diversissime tradita esse; nonnullos igitur duos distinxisse Simonides poetas, quorum alterum avum fecerunt, alterum nepotem. Inde explicandus Eusebius, qui sine ulla distinctione Simonidem floruisse dicit Olymp. 55, 4; 61, 1; 73, 3. Primus numerus ab altero distat 21 annis, alter a tertio 49 annis. Videntur igitur duæ chronologiæ exstitisse, quarum altera Simonidem uno cyclo justo antiquiorem fecit.

Ceterum de Simonidis vita v. Ulricii Hist. poes. Gr. tom. II. p. 505, Bodei Hist. poes. lyr. Gr. tom. II, p. 122 sqq.

Darii regno tribuuntur 36 anni ab Herodot. VII, 4 (ubi v. Bæhr.), in Canon. Ptolem. et ap. Euseb.; ita ut Xerxis annus primus sit Olymp. 73, 4. Noster sequi videtur Ctesiam (ap. Phot. cod. 72), qui Dario 31 tantum annos dat. Cf. Clinton. l. l. p. 313.

Epoch. 50. vs. 65-66.

Ἀ[φίκετ]ο supplevit Palmer. — Rem alii plurimi rectius ponunt Olymp. 75, 1. Magis Noster in eo erravit, quod Stesichorum *primum* ad Olymp. 75 refert (*alterum* Stesichorum laudat ep. 73, Olymp. 102). Nam antiquus ille Stesichorus, quem novimus, vixit circa Olymp. 33-56. Quapropter Klein. (Stesichor. fr. p. 5 sqq.) suspicatur poesin in familia Stesichori propagatam esse, ita ut is qui ep. 50 memoratur, a prisco illo quintus, alter, cujus mentio fit ep. 73, nonus esset. Plura v. ap. Bodeum l. l. p. 43 sqq.

Archon Olymp. 73, 3 et 73, 4 aliunde non notus. «Quare Philocratem, Bœckhius ait, ad alterutrum referas annum ex computo A vel B. Prætuli B, quod Noster ep. 60 Olymp. 84, 3 Euripidem annos 43, non 44 natum statuit.»

Epoch. 51, vs. 66-67

Res primo loco memoratæ pertinent ad Olymp. 74, 4. Ad Thermopylas pugnatum est post celebrata Olympia et Carnea (Herodot. VIII, 72 coll. VII, 206, VIII, 26) medio mense Hecatombæone. Prœlium ad Salaminem cadit in diem XX Boedromionis. Plutarch. Camill. c. 19, Polyæn. III, 11; cf. Ideler. Enchirid. chronolog. p. 309, Clinton. p. 30.

Epoch. 52. vs. p. 67-69.

V. 68 extr. Selden. enotavit ΕΡΥΗΚ .. Quare Palmer. supplevit: ἐῤῥύηκεν ἐν Σικελίᾳ. Prideaux. voluit ἔῤῥευκεν vel ἠρύχθη. Sed Chandler. literam Κ omisit. «Forsterianæ collationis auctor, Bœckhius ait, in margine plumbo adscripsit quod dedi; qui etsi posthac atramento addidit: «ΕΡΥΗΚ *recte,*» tamen patet quod antea plumbo allitum erat, ex lapide petitum esse, nempe duo Ρ justo arctius scripta.» Cf. Thucyd. III, 116: Ἐῤῥύη δὲ καὶ περὶ τὸ αὐτὸ τὸ ἔαρ τοῦτο ὁ ῥύαξ τοῦ πυρὸς ἐκ τῆς Αἴτνης. Deinde Bœckhius addidit κ[ᾶον s. κ]αῖον; ante ἐν Σικ. poni vult τὰ, Αἰτνίαν denique mutavit in Αἴτνην. Numerum dedit ex collatione Forsteriana. Seldenus præbuit Η .... ΓΙ, Chandler Η ... ΔΓΙ.

De die pugnæ Platæensis Plutarch. Aristid. c. 19: Ταύτην τὴν μάχην ἐμαχέσαντο τῇ τετράδι τοῦ Βοηδρομιῶνος ἱσταμένου· Camill. c. 19: Βοηδρομιῶνος τρίτῃ ἐν Πλαταιαῖς ἅμα καὶ περὶ Μυκάλην ἡττήθησαν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων. Verum Bœckh. in Indice lectt. univers. Berolin. æstiv. 1816, p. 4, eam pugnatam esse demonstrat circa diem XXVII Panemi Bœotii, qui respondet Attico Metagitnioni: solennia autem hujus victoriæ tertio vel

quarto Boedromionis die acta esse. Cf. Clinton. ad a. 479. — Ætnæ eruptio secundum Thucydidis calculos cadit in Olymp. 76 ½, quod non quadrat cum Nostro: v. Krüger in Comment. de vita Thucyd. p. 65.

Epoch. 53. vs. 69-70.

Συρακουσῶν supplevit Lydiatus; Palmer. voluit: ἐν Γέλᾳ, quod minus se commendat. Nam Gela a Gelone occupata est Olymp. 72, 3, Syracusæ Olymp. 73, 4 (v. Bœckh. Explicat. Pind. p. 100; cf. Clinton. ad a. 491, 485, 480). Noster igitur, qui hoc factum dicit Olymp. 75, 3, *septem* annis rem justo posteriorem facit, eodemque anno assignat, quo ex vera temporum computatione Geloni successit Hiero. Quam differentiam variis modis explicare studuerunt viri docti, neque tamen quidquam, puto, protulerunt quod ferri possit. Eadem testimoniorum diversitas in aliis multis hujus ætatis rebus reperitur, quare simpliciter ex ἀναγραφῶν vitio explicanda est (cf. ad ep. 56).

Epoch. 54. vs. 70-71.

De arte memoriæ a Simonide inventa v. Cic. De orat. II, 94, Quint. Inst. orat. XI, 2, Plin. H. N. VII, 24. De victoria, quam Adimanto archonte Athenis obtinuit annos natus octoginta v. Plutarch. An seni sit ger. resp. tom. IX, p. 137 Reisk.: Εἴ γε Σιμωνίδης μὲν ἐν γήρᾳ χοροῖς ἐνίκα, καὶ τοὐπίγραμμα δηλοῖ τοῖς τελευταίοις ἔπεσιν·

Ἀμφὶ διδασκαλίῃ δὲ Σιμωνίδῃ ἕσπετο κῦδος
ὀγδωκονταέτει, παιδὶ Λεωπρέπεος

Cf. Valer. Maxim. VIII, 7.

Harmodio et Aristogitoni statuæ, ab Antenore, Euphranoris filio, fabricatæ, positæ erant quarto anno postquam Hippias Athenis erat expulsus (Plin. H. N. XXXIV, 9). Has vero quum in Asiam abstulisset Xerxes (Arrian. Exp. Alex. III, 16, 13), novæ factæ sunt a Critia, quas Noster intelligit. Postea antiquas illas Atheniensibus restituit Alexander (Arrian. l. l. et VII, 19), vel Antiochus (Pausan. I, 8, 5), vel Seleucus (Valer. Max. II, 10). Cf. Thiersch. Epoch. histor. art. p. 128 sqq.

Epoch. 55. vs. 71.

In numero Noster erravit, ut jam ep. 53 monuimus. Epicharmum sub regno Hieronis floruisse præter Nostrum refert Plutarch. Moral. p. 68, A (p. 175, C).

Epoch. 56. vs. 72.

Secundum Marmoris auctorem Sophocles natus est Olymp. 70, 4 (cf. ep. 64). Rectius in Vita Sophocl. natales poetæ referuntur ad Olymp. 71, 1 (v. Bœckh. Gr. trag. principes p. 49, 102 et Comment. de Sophocl. Antig. c. 7 in Actis Academ. Borussicæ 1824; Clinton. F. H. ad a. Olymp. 71, 2); Suidas ponit Olymp. 73. — De victoria Sophoclis Magnis Dionysiis reportata v. Plutarch. Cim. c. 8.

Apsephion archon Olymp. 77, 4 multum difficultatis creavit viris doctis. « Nam præter hunc, Bœckhius ait, quem lapis offert, ex Diogene Laertio potissimum anno Olymp. 77, 4 vindicandum, visus est Phædon eidem tribuendus anno esse. Sed hunc præclare removit Clinton. Primum ex Diodor. XI, 63 huc revocabatur Phædon: sed ibi legitur in libris Φαίωνος, hoc est Ἀψε]φίωνος, ut ego statuo. Deinde Schol. Æschinis De fals. legat. p. 755 Reisk. Phædonis annum nominat in re, quæ ad Olymp. 77, 4 pertinere videbatur, sed ea referenda in Olymp, 76, 1, qui veri Phædonis annus: cf. de ea Clinton. F. H. p. 262 sq. coll. p. 32. Addo, ne erres, etiam Plutarchum Thes. c. 36, ubi Phædon memoratur in re, quam Bentleius Apsephionis ad annum, Ol. 77, 4 referebat, non illum annum significare, sed annum Olymp. 76, 1 (Corsin. F. A. tom. III, p. 174, Clinton F. H. p. 34). » Hactenus Bœckh.

Duo hi archontes tam sæpe confunduntur, ut dubitare possis, num omnino exstiterit Phædon archon Ol. 76, 1, nisi dubitationem recideret Diodor. XI, 48. Nam ceteris locis, ubi Phædon archon memoratur, non cum Clintone et Bœckhio cogitandum est de anno Ol. 76, 1, sed 77, 4. Atque altero Diodori loco (XI, 63), ubi de Ol. 77, 4 agitur, multo probabilius pro Φαίωνος ex vett. interprett. Dindorf. reposuit Φαίδωνος, quam cum Bœckhio scripseris Ἀψεφίωνος. De quibus omnibus uberius egi in Commentat. De Æschyli Septem contra Thebas (Götting. 1836), p. 11-35. Caussa confusionis esse videtur nominum similitudo; neque tamen hæc sola; nam considerandum est duos hos archontes septem distare annis. Itaque vitium erit veterum ἀναγραφῶν.

Epoch. 57. vs. 72-73.

De lapide cœlo delapso Aristot. Meteor. I, 7: Ὅτε δ ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ἔπεσε λίθος ἐκ τοῦ ἀέρος, ὑπὸ πνεύματος ἀρθεὶς ἐξέπεσεν μεθ' ἡμέραν. Plin. H. N. II, 58: « Celebrant Græci Anaxagoram Clazomenium, Olympiadis LXXVIII anno 2 (Nostro Olymp. 78, 1), prædixisse cœlestium literarum scientia, quibus diebus saxum casurum esset a sole. Idque factum interdiu in Thraciæ parte ad Ægos flumen. Qui lapis etiam nunc

ostenditur, magnitudine vehis, colore adusto, comete quoque illis noctibus flagrante.» Cf. Stobæus Eclog. I, 25, Ammian. Marcell. XXII, 8, 5, XXII, 16, 22, Plutarch. Lysand. 15, Theodoret. Gr. affect. cur. IV, p. 797, ed. Hal. Eusebius rem accidisse dicit Ol. 78, 4. De Simonide v. ep. 49.

Epoch. 58. vs. 73-74.

Perdiccas ex Nostri rationibus regnat ab Ol. 79, 4 ad Ol. 90, 1 per 41 annos. Verum hoc falsum est. Nam ex Thucydide intelligitur Perdiccam Olymp. 91, 2 adhuc vixisse. Ceterum quam incerta sit antiquiorum regum Macedonicorum chronologia, ex illis jam colligas quæ de Perdiccæ regno traduntur. Perdiccas enim regnat (v. Athen. V, 217, D, E):

sec. Nicomedem	a. 41
» Anaximenem	» 40
» Theopompum	» 35
» Hieronymum	» 28
» Marsyam	23
» Philochorum	23
» Euseb. Gr.	23
» Euseb. Arm. p. 171, ed. Mai.	» 22

Archelaus deinde regnavit secundum Dexippum ap. Syncell. p. 263, 14 annis, secundum Diodorum (XIV, 35), 7 annis. Vides quantopere in his regnet numerus noster septenarius. Plura v. ap. Clinton. p. 218 sqq. et Ritschl. in Commentat. de Agath. vita p. 4 sqq.

Epoch. 59. vs. 74-75.

Γέλ]α supplevit Palmer. Cum Nostro consentit Schol. Aristoph. Ach. 10. Cf. Hermann. Opusc. II, p. 161.

Epoch. 60. vs. 75-76.

Ἦ]σαν Chandler.; Palmer. voluit ἐβίωσαν.

Olymp. 84, 3 Euripides primo præmio ornatus est ætatis anno 41. Docendi initium fecerat et tertio præmio ornatus est, sec. Vit. Eurip., Olymp. 81, 1, ætatis anno 25; igitur 14 annis post Olymp. 84, 3. Sin Gellium audias, docendi initium fecerit ætatis anno decimo octavo, quod *septem* annis differt ab iis quæ habet Vitæ Eurip. auctor.

Epoch. 61. vs. 76-77.

Cf. ep. 58. In archontis nomine cum Nostro facit Athenæus V, p. 218 D. Diodorus eundem dicit Ἀριστόφυλος. Falso.

Epoch. 62, vs. 77.

In numero pro Seldiana lectione ΓΙΙ Chandler. dedit ΙΙΙΙ; sed illud in lapide esse a Forstero affirmatur; ideoque nihil corrigendum est. Debuit enim Marmoris auctor scribere 144, quoniam Euctemon archon a Diodoro assignatur Olymp. 93, 1. Atque huic anno Dionysii initium tribuit Canon Hieronymi. Rectius vero Euseb. Arm. rem ponit ad Olymp. 93, 3. — Græcus Canon Euseb. eam adscribit Olymp. 94, 3

Epoch. 63. vs. 77-78.

Explevit Palmer.; numerum vero dedit 77, annos computans ex illis numeris qui in lapide leguntur ep. 50 et 53 (222 et 145), contra Bœckh. scripsit 78, rectius sequens veros annos archontum, ad quos pertinent epochæ.

De re Clinton ad Olymp. 93, 3 ita: « Euripides moritur, Callia archonte (Apollodor. ap. Diodor. XIII, 103) quinque et septuaginta annos natus. Auctor Vitæ ap. Emsleium: Ἐτελεύτησεν, ὥς φησι Φιλόχορος, ὑπὲρ τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη γεγονώς, ὡς δὲ Ἐρατοσθένης, οε'. Hæc testimonia certa sunt, et confirmant ea quæ præterea de Euripidis vita comperta habemus. Callias [a. 406] 75^tus^ archon est a Calliade [480]. Itaque 74^tus^ poetæ annus completus erat Boedromione Calliæ archontis. Philochorum sequitur Thomas Magister. Eurip. Vit.: Ὑπὲρ τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη γεγονώς. Eratosthenis numerum servant Suidas v. Εὐριπ. et Moschopulus Vit. Eurip.: Ἔτη βεβιωκέναι φασὶν αὐτὸν ἑβδομήκοντα πέντε. Euripides eodem die quo Dionysius tyrannidem occupavit. Plutarch. Sympos. VIII, 1. Itaque obiit *sexto* Calliæ mense. Jam mortuum fuisse octavo hujus archontis mense ex Aristoph. Ranis cognoscimus. Non accurate Marm. Par. ep. 64 eum Antigene archonte obiisse tradit.» Sed Marmoris rationes approbat Bœckh. « Archonti Calliæ, inquit, Olymp. 93, 3, Euripidis obitum assignat Apollodorus, quem quum secutus essem Gr. trag. princ. p. 209, posthac accessi Pario Commentat. de Dionysiis (in Act. Acad. Boruss. 1817) cap. 20, not. 120. Apollodorus quidem obitum et Euripidis et Sophoclis illi tribuerit anno, quod Ranæ Aristophanis fabula tum docta, et paullo ante doctam hanc debebant illi defuncti statui; sed Ranæ fabula docta Lenæis, quæ demonstravi Gamelione septimo mense acta esse, et probabile est comœdiam illam, quæ scribi non potuit ante Euripidis et Sophoclis obitum, esse inceptam ab Aristophane certe sex septem mensibus antequam ageretur. Multum enim temporis postulabat et scriptio et modorum et saltationis adornatio, tum vero chori exercitatio. Ac si, ut traditur, Sophocles post Euripidem obiit, et

Choum quidem solemnibus, Anthesterione post Gamelionem proximo, id quod non rejiciendum videtur (cf. de Dionysiis c. 21); patet utrumque Olymp. 93, 2 defunctum esse, quod Ranæ comœdia jam Gamelione Olymp. 93, 3 docta est.» Neque obstat Plutarch. ex Timæo referens Dionysium eo esse die natum quo defunctus sit Euripides. Nam quamquam verissima Wesselingii sententia est, non natum eo die Dionysium I, sed natam ejus tyrannidem dixisse Timæum, quam Dionysium constat Olymp. 93, 3, occupasse, non Olymp. 93, 2; tamen potuit Timæus aliquid jam Olymp. 93, 2 anno ante Dionysii tyrannidem spectare, quo sibi viam ad dominationem aperuerit Dionysius. Adde disputantem de Sophoclis et Euripidis obitu Ritschl. De Agathone c. 6.

Epoch. 64. vs. 78-79.

De Sophocle, v. ep. 63. Non omnes enim mortem poetæ ad Calliæ annum retulisse docet Schol. ap. Thiersch. in Actis Mon. I, 3, p. 323: Ἐπὶ Καλλίου φασὶν οἱ πλείους τὸν Σοφοκλέα τελευτῆσαι. Plin. H. N. VII, 30 et Vit. Sophocl. mortis annum ponunt Ol. 93, 4, quo tempore Athenæ a Lysandro obsidebantur. Hæc opinio, monente Bœckhio, ansam præbuisse videtur iis quæ narrat Pausan. I, 21. Lucian. Macrob. 6, 24 Sophoclem vixisse dicit annos 96.

In sequentibus Selden. dedit ἀνέβαινε, Palmer. ἀνέβη. Quibus Prideaux. addidit εἰς τὴν Περσίδα; Chandler: ἐπὶ τὸν ἀδελφόν. Sed hoc non opus esse Bœckhius docet ex sequente epocha, ubi: τῶν μετὰ Κύρου ἀναβάντων· unde simul intelligitur nostro loco non de primo itinere, quod in Persiam, patre adhuc vivente, Cyrus fecit (Diodor. XIII, 104), sermonem esse, sed de nota illa Græcorum ἀναβάσει. Igitur erravit Noster hanc ad Olymp. 93, 3 referens, quum facta sit Olymp. 94, 4.

Deinde Seldenus ex lapide dedit: Καλλίου τοῦ προτέρου, quod propter epoch. 59 nonnisi lapicidæ errore scriptum esse potest. Quare Bœckhius restituit: τοῦ δευτέρου. Proprie quidem hic Callias non secundus ejus nominis est, sed tertius. Verum quum ep. 59 προτέρου, non πρώτου scriptum, patere Bœckhius ait, Parium epoch. 64 voluisse δευτέρου. « Excuses vero hoc δευτέρου, pergit, si Noster archontem Olymp. 92, 1 putaverit Καλλέαν vocatum, ut is, qui ep. 70 scriptus est, in marmoribus audit Καλλέας, credo quod ipse sic suum signavit nomen; neque ei excusationi hoc obstat quod epoch. 70 δευτέρου non appositum: quippe in his notis apponendis non constans Noster. Quamquam autem Καλλίας et Καλλέας non diversa nomina sunt, tamen præstat ista excusatio, quam quæ voci sive προτέρου sive δευτέρου explicandæ attulerunt Seld., Prid., Stanlei. ad Vit. Æschyli, p. 712, Corsin. F. A. III, p. 260, relatu non digua.

Epoch. 65. vs. 79.

De Teleste dithyramborum scriptore v. Plutarch. Alex. c. 8, Diodor. Sic. XIV, 46.

Epoch. 66. vs. 79-80.

Lacunam supplevit Palmer. De ætate Socratis cum Nostro faciunt Apollodor. et Demetrius Phalereus ap. Diog. Laert. II, 44. Secundum Platonem in Apolog. Socrat. p. 19, D, moritur ἔτη γεγονὼς πλείω ἑβδομήκοντα. Quare Bœckhius natales non in Olymp. 77, 4, sed in 77, 3 vel 2 rejiciendas putat. Sed minus diligens in talibus Plato esse solet, ut recte monet Clinton.

Epoch. 67. vs. 80-81.

Recepit Bœckhius Palmerii supplementum quamvis incertum; literas ΑΓ, quas Selden. et Chandlerus exhibent, vel ΑΙ, ut est in collatione Forsteriana, mutavit in ΑΣ. Palmer. sua hausit ex Diodor. XIV, 43: Ἀστυδάμας ὁ τραγῳδιογράφος τότε πρῶτον (Aristocrate archonte Olymp. 95, 2) ἐδίδαξεν, ἔζησε δὲ ἔτη ἑξήκοντα. — Idem Astydamas memorari videtur ep. 71 Olymp. 101, 4; certe nihil adjectum est, quo a priore distinguatur. Plurimi tamen ep. 71 Astydamantem juniorem intelligi volunt. Fuerunt enim duo hujus nominis poetæ: v. Schol. ad Aristoph. Av. 282 a Bœckhio emendatum: Γεγόνασι δὲ Φιλοκλεῖς δύο τραγῳδιῶν ποιηταί· εἷς μὲν ὁ Φιλοπείθους υἱὸς, ἕτερος δὲ ὁ Φιλοκλέους ἀπόγονος· ἐκείνου μὲν γὰρ ἦν Μόρσιμος, ἐκ τούτου δὲ Φιλοκλῆς καὶ ἕτερος Ἀστυδάμας, ὁ κατὰ τὴν αὐτὴν ἡλικίαν περιπεπτωκὼς τῷ νεωτέρῳ Φιλοκλεῖ. Cf. Suidas v. Ἀστυδάμας et v. Σεαυτὸν ἐπαινεῖς. Schol. Aristoph. Ran. 151, Diog. Laert. II, 5, 23.

Epoch. 68. vs. 81.

In lectionis varietate Bœckhius: « v. 81 Selden. ΑΦ..................ΜΕ...ΡΙΑΝΟΣ; Chandler. ΑΦΟΥΞ.ΛΟΣ.......ΜΕ...ΡΙΑΝΟΣ; Forsteriana prior collatio pro litera Ξ præbet Ο, altera docet non liquere sitne Ο an Ξ; tum in illa dicuntur oblitteratæ septem vel octo litteræ esse, et deinceps habetur ΚΥΡΡ. Composui hæc omnia, retenta litera Ξ. »

Ex his vestigiis Chandlerus finxit : ἀφ' οὗ Ξάνθ]ος [ὁ ποιητὴς Σαρδι]ανός. Quæ temere excogitata sunt ex Athen. XII, 6, ubi hæc : Τοῦτον (Herculem), φησὶν (Megaclides), οἱ νέοι ποιηταὶ κατασκευάζουσιν ἐν ληστοῦ σχήματι μόνον περιπορευόμενον, ξύλον ἔχοντα καὶ λεοντῆν καὶ τόξα. Καὶ ταῦτα πλάσαι πρῶτον Στησίχορον τὸν Ἱμεραῖον. Καὶ Ξάνθος δ' ὁ μελοποιὸς, πρεσβύτερος ὢν Στησιχόρου, ὡς καὶ αὐτὸς ὁ Στησίχορος μαρτυρεῖ... οὐ ταύτην αὐτῷ περιτίθησι τὴν στολὴν, ἀλλὰ τὴν Ὁμηρικήν· πολλὰ δὲ τῶν Ξάνθου παραπεποίηκεν ὁ Στησίχορος. — Semler. Philoxenum Cytherium, Baumgarten. Polyidum vel Milesium Timotheum memorari putarunt. Bœckhius nomen gentilicium esse censet aut [Σηλ]υβριανός aut Με[σαμ]βριανός. « Nomen poetæ, inquit, inveniri non potest, quamquam N. 2054 (Inscriptionum) Mesambrianus nominatur *Aulosthenes,* ut videtur, quod nomen credas usitatum fuisse musicorum et maxime tibicinum familia; et dithyrambicum ex tali familia prodire potuisse, quis neget? Ac mutato Ξ in Λ, congruunt reliqua voci Αὐ]λοσ[θένης ὁ.» Inscriptio hæc est : Ἀγαθῇ τύχῃ. Αὐλουξένης Αὐλουξένεος (Αὐλοσθένης Αὐλοσθένεος leg. censet Bœckh.) Ἀπόλλωνι ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας, καὶ τῶν ἰδίων ἀμπέλων ἐπὶ ἄκραν εὐχαριστήριον ἀνέθηκε.

Epoch. 69. vs. 82.

De Philoxeno v. Bodei Hist. poes. lyr. Gr. tom. II, p. 316 sqq.

Epoch. 70. vs. 82-83.

Quid supplendum sit, utrum πρῶτον ἐδίδαξεν an ἐνίκησεν, haud liquet. Ceterum de Anaxandride Rhodio vel Colophonio v. Suidas s. h. v., qui eum vixisse dicit Olymp. 101. Cf. Meinek. Histor. Comicor. p. 367 sqq.

Epoch. 71. vs. 83.

Supplementum incertius. Selden. dedit : κατεκάη δὲ τότε κα[ὶ οὐρανός. Palmer. : κα[ὶ δοκὶς ἐν οὐρανῷ. Prideaux. : κα[ὶ ἐν οὐρανῷ μέγας κομήτης.. Chandler. : κα[ὶ ἐν οὐρανῷ ἡ μεγάλη λαμπάς. Bœckhius in suis ante oculos habuit locum Diodor. XV, 50 (ad Olymp. 102, 1) : Ὤφθη μὲν γὰρ κατὰ τὸν οὐρανὸν ἐπὶ πολλὰς νύκτας λαμπὰς μεγάλη καομένη, ἀπὸ τοῦ σχήματος ὀνομασθεῖσα πυρίνη δοκίς. Ubi v. Wesseling. Cf. Aristot. Meteor. I, 6.

Epoch. 72. vs. 83-85.

Selden. explevit : ἀφ' οὗ ἡ μάχη ἐν Λεύκτροις. Prideaux. : ἀφ' οὗ ἐν Λεύκτροις μάχη. Pugna pugnata est Ol. 102, 2, Hecatombæonis die quinto; v. Clinton.

Alterius lacunæ initium olim statim post Φρασικλείδου posuerunt ; Palmer. novam epocham notatam putans explevit : ἀφ' οὗ Ἀλέξανδρος Μακεδόνων. Prideaux. : καὶ ἐτελεύτησε Κλεόμβροτος Λακεδαιμονίων] βασιλεὺ[ς, quæ, literis in marmore superstitibus violenter mutatis, hausit ex Diodor. XV, 55. Corsin. F. A. tom. IV, p. 8 : καθ' ὃν Ἀλέξανδρος ὁ Ἀμύντου Μακεδόνων. Bœckhius vero post Φρασικλείδου in Forsteriana collatione invenit : ΚΑΙΟΑΛ, ideoque dedit : καὶ ὁ Ἀ[λέξανδρος δὲ ὁ Ἀμύντου κατὰ τοῦτον Μακεδόνων] ἐβασιλεύει.

Noster igitur Alexandrum II uno anno priorem facit quam Diodor. XV, 60, secundum quem imperio potitur Olymp. 102, 3. Ejusdem mors memoratur epoch. 74 (Olymp. 103, 1). Diodorus quidem eum per unum tantum annum regnasse dicit, sed longius ei tempus tribuendum esse ex ipsius Diodori et ex Justini (VII, 5) narratione recte concludit Clinton p. 241.

Epoch. 73. vs. 85.

Explevit Palmer., nisi quod ἐν Ἀρκαδίᾳ addidit Prideaux. Archontis nomen aliis est Dyscinetus (Diodor. XV, 57, Pausan. IV, 27, 5), aliis Dysnicetus (Demosth. Steph. II, p. 1132). Megalopolis ex Diodor. XV, 72 condita est Olymp. 103, 1. Sed rectius Pausan. VIII, 27, 6 : Συνῳκίσθη ἡ Μεγάλη πόλις ἐνιαυτῷ δὲ τῷ αὐτῷ καὶ μησὶ δὲ ὀλίγοις ὕστερον ἢ τὸ πταῖσμα ἐγένετο Λακεδαιμονίων τὸ ἐν Λεύκτροις (Olymp. 102, 2).

Epoch. 74. vs. 86-87.

Palm. Ἀλε[ξά]ν[δρου τελευτήσαντος Πτολεμαῖος βα]σιλεύει. Quod non sufficit ad explendum spatium lacunæ. Dodwellus (Ann. Xenophon. p. 278) : Ἀλεξάνδρου δολονοφονηθέντος Πτολ. τῶν Μακεδόνων βασιλεύει.

Dionysius secundum Marm. Par. (cf. ep. 62) regnat annis 40, inde ab Olymp. 93, 1 ; revera autem nonnisi annis 38, inde ab Olymp. 93, 3 : v. Diodor. XV, 74, Cic. Tuscul. V, 20, Nat. Deor. III, 53, Hellad. Chrestom. ap. Phot. cod. 279, Euseb. Can. Gr. p. 174 (ubi ιη pro λη librariorum vitio).

Epoch. 75. vs. 87-88.

Κατέλαβον cum Baumgartenio supplevit Bœckh. Palmer. et Lydiat. dederant ἐσύλευσαν s. ἐσύλησαν. Freret. (*Mém. de l'Acad.* XXVI, p. 197), cujus ætate vox ἱρὸν nondum e Marmore enotata erat, neque de occupatione templi putavit neque de spoliatione sermonem fuisse, sed de Cirrhæi soli occupatione, quæ caussa fuit belli. Ut ita statueret Freretus, movit eum quod res in Marmore

memorata tribuitur anno *Cephisodori*, qui archon fuit Olymp. 103, 3; templum vero secundum Diodorum a Phocensibus captum dicitur Olymp. 105, 4. Itaque Noster, si de templo occupato cogitasset, multum a vero aberrasset. Sed hæc Frereti ratio propter vocem ἱρὸν jam admitti nequit. Quare quia Olymp. 105, 3 archon fuit *Cephisodotus*, Lydiatus, Prideaux., Chandler., Clinton (F. H. p. 124) cum iisque Bœckhius judicarunt hunc archontem a Pario indicari, qui itaque uno tantum anno a Diodori computo recederet. Etenim archontum nominum similitudo caussa fuisse videtur erroris, possitque fortasse pro Κηφισοδώρου corrigi Κηφισοδότου. Secundum hæc igitur suppleverunt numerum 94, qui, si ad Cephisodorum referretur, esse deberet 102.

Verum enimvero quamquam hac ratione Marmoris calculus ad veritatem adducitur, vehementer tamen dubito, num revera Noster veram hanc computationem secutus sit. Sic enim cogimur, ut quæ deinceps memorantur res, mortem Timothei, initium regni Philippi, mortem Artaxerxis, victoriam denique nescio cujusnam ducis vel poetæ, in una eademque epocha ponamus eaque omnia tribuamus anno Agathoclis, qui proxime sequitur Cephisodotum (Olymp. 105, 4). Quod propter epochæ longitudinem et propter tempora rerum a vero abhorret. Nam Philippus non Olymp. 105, 4 regnum adeptus est, sed Olymp. 105, 1. In eundem annum sec. Canonem Ptolemæi cadit initium regni Artaxerxis Ochi. Ver simile est igitur non unam sed tres statuend s epochas esse; prima notavit mortem Timothei, in eaque literæ ET post ἐτελεύτησεν indicant supplendum esse ἔτη; altera spectat ad regna Philippi et Ochi, tertia ad victoriam nescio quam.

Quæ omnia quamquam non fugerunt Bœckhii sagacitatem, nihilominus vir doctissimus epocham 75 referri vult ad Olymp. 105, 3. « Suspiceris, ait, vs. 90 erratum a lapicida esse, cujus negligentiam aliquoties notavimus, et debuisse illum pro Agathocle alium posteriorem archontem ponere, quippe Elpinem Olymp. 106, 1, qui solus superest ante Callistratum Olymp. 106, 2 (vs. 91). Sic Timothei obitum v. 88 scriptum et reliqua, quæ ea epocha comprehendit, signaverit Agathocles Olymp. 105, 4, inter epocham Phocici templi occupati Olymp. 105, 3 et Elpenum archontem Olymp. 106, 1 interjectus, et Elpinis anno vicerit ille, de quo vs. 90 dictum erat ἐνίκησεν. Quid quod vs. 90 non ΡΔΔΔΔΙΙΙ sed ΡΔΔΔΔΙΙ in lapide esse affirmat Forsterus? Et numerus 92 exacte quadrat in Elpinis annum, nullo modo in Agathoclis. » At vereor ut error iste lapicidæ multis probabilis videatur; et quod numerum Forsterianum (92) attinet, Bœckhius in lectionis varietate ipse concedit credibilius esse in Marmore fuisse ΙΙΙ, quod Selden. et Chandlerus communi consensu dederunt, verum tertium Ι paullatim evanuisse, ita ut Forster. nonnisi ΙΙ vidisset. Deinde vero ut credamus Nostrum epocham 75 falso ad Cephisodori annum (Ol. 103, 3) retulisse, eo facilius largiendum est, quia alia multa in hujus temporis archontibus a veteribus turbata esse debuerunt. Nam scimus Philochorum singularem librum composuisse de archontibus, qui magistratum tenebant inde ab Olymp. 101, 3 usque ad Olymp. 115, 2. Ac si quem nunc habemus et sequimur archontum catalogum vel obiter perlustraveris, plura reperiuntur, quæ nescio an ex vitiosis anagraphis fluxerint. Sicuti octavus archon post Cephisodorum est Cephisodotus, sic octavus post Phrasiclidem est Chariclides; porro septimus a Pythodoto est Pythodemus, septimus a Cephisodonte est Cephisodorus, etc. Quæ fortasse sunt fortuita, fortasse ex ἀναγραφῶν confusione explicanda; certe longe absum ab eorum sententia, qui nostrum archontum catalogum pro certissimo habent. Itaque facile fieri potuerit, ut Noster hic errorem commiserit similem illius, ex quo alii ad Phædonem retulerunt quæ referenda erant ad Apsephionem; qui quidem error alios multos creavit, ita ut de Themistoclis et Aristidis fatis postremis duplicem habeamus chronologiam. Simili archontum Theodori et Pythodori (qui septimus est a Theodoro) confusione laborant quæ de Phidia narrantur ex Philochoro (v. fr. 97).

Aliud cur putem Nostrum templi Delphici occupationem 7 vel 8 annis justo priorem fecisse, illud est quod Parius Timotheo, quem statim post memorat, annos tribuit 40, Suidas vero 47. Quod explicari potest si obitus poetæ vulgo conjungebatur cum templi Delphici occupatione, quam Noster retulit ad Cephisodori, Suidas ad Cephisodoti annum. Noster igitur Timothei obitum uno anno posuerit post templi occupationem. Neque quidquam jam impedit quin Philippi et Ochi regna suis assignaverit temporibus.

Apud Euseb. Arm. Artaxerxes Mnemon obit Ol. 103, 2, quod a vero calculo eodem spatio distat, quo Cephisodorus a Cephisodoto. Communis horum omnium fons confusionis.

Epoch. 76. vs. 88-90.

De Timotheo multa habet Bodeus l. l. p. 324 sqq. 305, 315.

In sequentibus Seldenus novam epocham statuens : Ἀφ' οὗ Φίλιππος ὁ Ἀμύντου τῶν Μα]κεδόνων βασιλεύει καὶ Ἀρταξέρξης ἐτελεύτησεν, Ὦχος δὲ ὁ υἱὸς β[ασιλεύει τῶν Περσῶν, ἔτη...]. Quæ sequuntur alii epochæ tribuit. Eodem modo statuit Freretus l. l. Recte. — Chandler. in unum omnia contrahens scripsit ἐτ[ελεύτησεν ὁ δὲ Φίλιππος etc. Bœckhiana vid. in textu. Lydiatus, neglectis literis ET, temerarie locum constituit hunc in modum : καὶ Φιλίππους τὴν πόλιν ἔκτισεν ὁ Φίλιππος Μακεδόνων βασιλεύς, καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Φεραῖος ὑπὸ τῆς ἰδίας γυναικὸς ἐδολοφονήθη καὶ τοὺς Διονυσίου στρατηγοὺς ὁ Δίων ἐνίκησεν. Eadem, nonnullis mutatis, Prideaux., quem sequitur Corsin. F. A. tom. IV, p. 21. Bœckhius postremam lacunam vacuam relinquere maluit, in annotatione vero conjecturam protulit de re, ad quam referri possit istud ἐνίκησεν. « Anne fortasse notata erat, inquit, victoria Chiorum de Atheniensibus (Diod. XVI, 7)? Quod si statuas, dux Chiorum subjectum fuerit ad verbum ἐνίκησεν). »

Epoch. 77. vs. 90-92 *ut videtur.*

Quid hac epocha notatum fuerit, sciri nequit. Prideaux. et qui eum secuti sunt plurimi de Alexandri anno natali cogitarunt, qui tamen est Olymp. 106, 4. Bœckhius, quum epocham 75 ad Olymp. 105, 3 retulisset, putavit bellum Phocense memoratum esse, cujus initium Callistrati anno assignat Diodorus.

In seqq. Chandler. supplevit : ἦν δὲ καὶ Ἀριστοτέλης ὁ φιλό]σοφος [κα]τ[ὰ] τοῦτο[ν. Bœckhius *Platonem* intulit, et reliqua magis adaptavit literis in Marmore superstitibus. Sed incerta hæc omnia.

Epoch. 78. vs. 92-93.

In literis καλλι latere mentionem Callippi Syracusarum tyrannide potiti putarunt Lydiat. et Prideaux. Chandlerus et Bœckhius nihil tentarunt. Cogitatius

DANS LE COMMENTAIRE SUR L'INSCRIPTION DE ROSETTE

CORRIGEZ :

P. 5, l. 1, *effacez* panégyries ; et l. 8, *effacez* en même temps.

P. 11, l. 7, fille, *lisez* femme ; l. 29, *lisez* étaient si voisines.

P. 13, *dans le tableau*, l. 25, *lisez* 11 idem, *au lieu de* 12.

Dans le titre, lisez, *membre honoraire de la société royale de littérature de Londres.* L.

A LA MÉMOIRE

DE CHAMPOLLION LE JEUNE,

CET OPUSCULE,

QUI DOIT TANT A SES TRAVAUX IMPRIMÉS ET MANUSCRITS,

EST DÉDIÉ,

COMME UN FAIBLE TÉMOIGNAGE

DE LA SINCÈRE ADMIRATION ET DES PROFONDS REGRETS

DE L'AUTEUR.

INSCRIPTION GRECQUE
DE ROSETTE.

TEXTE ET TRADUCTION LITTÉRALE,

ACCOMPAGNÉE

D'UN COMMENTAIRE CRITIQUE, HISTORIQUE ET ARCHÉOLOGIQUE,

PAR M. LETRONNE,

MEMBRE DE L'INSTITUT ROYAL DE FRANCE; MEMBRE ÉTRANGER DES ACADÉMIES DES SCIENCES DE BERLIN, DE COPENHAGUE, DE MUNICH ET DE TURIN; MEMBRE HONORAIRE DE LA SOCIÉTÉ ROYALE DE LONDRES.

AVEC UN FAC-SIMILE DU TEXTE GREC, ET PLUSIEURS DESSINS GRAVÉS SUR BOIS.



PARIS,

FIRMIN DIDOT FRÈRES, LIBRAIRES-ÉDITEURS,

IMPRIMEURS DE L'INSTITUT DE FRANCE,

RUE JACOB, 56.

M DCCC XLI.

TYPOGRAPHIE DE FIRMIN DIDOT FRÈRES.

AVERTISSEMENT

Il serait superflu maintenant d'insister sur l'importance scientifique du monument connu sous le nom de *pierre de Rosette*. Tout le monde sait que cette pierre, découverte par les Français en 1799 et transportée en Angleterre, après le traité d'Alexandrie, porte une inscription en deux langues, *égyptienne* et *grecque*, et en trois espèces de caractères, *égyptiens sacrés*, *égyptiens usuels* et *grecs*. Personne n'ignore non plus tous les efforts tentés, depuis près de quarante ans, pour retrouver, à l'aide de la comparaison des trois textes, la connaissance de la langue et des écritures usitées dans l'ancienne Égypte. Je me bornerai donc à dire quelques mots du texte grec dont l'interprétation est l'unique objet de cet écrit.

Ce texte, pris en lui-même et indépendamment de l'intérêt qui résulte de sa comparaison avec les deux autres, nous offre un document historique des plus curieux. Le décret qu'il nous a conservé, rendu en l'honneur de Ptolémée Épiphane par les prêtres d'Égypte rassemblés à Memphis pour la cérémonie de son couronnement, est une pièce jusqu'à présent unique; c'est encore la principale source d'où nous puissions tirer quelques lumières sur la fusion qui, par suite de la conquête d'Alexandre, s'était opérée dans les usages civils ou religieux des deux peuples; en même temps qu'elle complète et confirme plusieurs points importants de l'histoire de cette époque.

Il n'existait en français qu'une seule traduction, celle d'Ameilhon qui fut publiée en 1803, accompagnée d'un commentaire et d'un *fac-simile* du texte (1); travail judicieux et remarquable pour le temps où il a paru. Les imperfections qu'on est forcé d'y reconnaître étaient peut-être en partie inévitables à cette époque, où l'on manquait encore de tout moyen de comparaison. Le même jugement doit s'appliquer à la version latine composée et publiée par Heyne, à peu près vers le même temps. Parmi les savants qui ont ensuite le plus contribué à éclaircir le texte grec, il faut nommer surtout Villoison,

(1) Ce *fac-simile* a été reproduit à la fin de cet opuscule.

dont les trois lettres, insérées dans le Magasin encyclopédique, contiennent des observations excellentes qui rectifient la version d'Ameilhon sur plusieurs points essentiels; Porson, dont les belles restitutions remplissent si heureusement plusieurs lacunes à la fin des vingt-quatre dernières lignes; et M. Drumann dont l'ouvrage donne un résumé exact de ce qui avait été écrit sur le sujet, et présente des recherches savantes qui conservent encore à présent une grande partie de leur utilité.

Après tous ces efforts, il restait encore beaucoup à faire pour l'intelligence complète de ce document historique. J'ai pu dire en 1823, « qu'il s'y trouve plusieurs passages dont le sens n'a jamais été bien entendu. » (*Rech. pour servir à l'hist. de l'Égypte, etc.*, *Introd.* p. XLIV.) Depuis, un examen attentif et l'étude comparée des autres inscriptions, ainsi que des papyrus grecs rapportés d'Égypte, ont à mes yeux confirmé ce jugement.

La traduction que je publie est, sauf plusieurs corrections, celle que Champollion m'avait demandée vers 1824, pour servir de base à ses recherches persévérantes, et déjà si heureuses, sur les textes égyptiens de l'inscription de Rosette. Il l'avait désirée parfaitement littérale et aussi près du texte que possible. C'est, en effet, le caractère que je me suis efforcé de donner à cette version. Il devait me communiquer en retour, quand il aurait terminé son grand travail, l'indication de toutes les différences entre les textes égyptiens et le texte grec, ainsi que le sens des passages correspondants aux lacunes du dernier.

Ce secours vient de m'arriver, au moment où je n'y comptais plus. Après la mort de cet illustre philologue, ma version s'est retrouvée dans ses papiers, mais son analyse des textes égyptiens avait disparu, ainsi que d'autres pièces importantes, telles que la première partie de son admirable mémoire sur la notation des parties du temps, et une portion considérable de son dictionnaire hiéroglyphique, indispensable complément de sa grammaire. Un indigne abus de confiance les avait fait passer dans une main qui n'était pas disposée à les rendre. Enfin, après sept ans, ils viennent d'être reconnus parmi les manuscrits du spoliateur, qu'on hésitait d'autant plus à soupçonner qu'il déplorait lui-même publiquement la perte irréparable de ces précieux matériaux.

Avec l'analyse des deux textes égyptiens s'est aussi retrouvée la note des différences que Champollion avait remarquées entre ces

textes et le grec. Ces deux pièces, qui m'ont été communiquées par M. Champollion-Figeac, m'ont fourni des renseignements dont j'avais besoin pour compléter mon explication, et pour lever plusieurs des doutes qui m'arrêtaient encore.

Quoique mon travail se soit trouvé, par ce puissant secours, tout prêt pour l'impression, je n'aurais probablement pas songé à le détacher de l'ensemble dont il doit faire partie, si une occasion fortuite ne s'était offerte. Chargé de rendre compte, dans le journal des Savants, de la Bibliothèque des classiques grecs, publiée par M. Firmin Didot, j'ai dû faire une nouvelle étude de Polybe, dans l'excellente édition de M. Dübner; et, comme je venais d'examiner l'inscription de Rosette, j'ai été frappé, plus que je ne l'avais été auparavant, du rapport qu'offre le style de ce monument avec celui de l'historien; j'ai mieux saisi la liaison des faits qu'elle indique avec quelques-uns de ceux qu'il expose, et reconnu la confirmation éclatante qu'elle apporte à certains récits, dont on avait mis en doute la vérité. Il m'a paru alors qu'on pouvait considérer l'inscription comme une pièce justificative à l'appui de cette grande composition historique.

M. Firmin Didot, qui ne néglige rien pour perfectionner cette belle collection, entreprise si honorable pour la France, se propose de compléter le recueil des fragments des historiens grecs, en imprimant à la suite la chronique de Paros. Il a désiré que ses souscripteurs pussent, s'ils le voulaient, y joindre encore l'inscription de Rosette, si digne d'être placée à côté de ce monument; et j'ai volontiers mis à sa disposition mon travail, qui, sans cette circonstance, aurait paru beaucoup plus tard.

J'ai déjà parlé de ma traduction : je n'ai plus qu'un mot à dire de mon commentaire. La critique verbale y tient plus de place que dans les commentaires d'Ameilhon et de M. Drumann; mais on verra qu'elle était indispensable pour établir le vrai caractère du style, son analogie avec celui de Polybe, sa supériorité incontestable sur celui de la version des Septante, si mêlé d'hébraïsmes; en même temps, pour suivre exactement la marche de l'exposition, et saisir le parfait enchaînement des idées; enfin pour pénétrer aussi avant que possible dans la pensée du rédacteur, et acquérir une perception exacte des faits historiques ou archéologiques qu'il a énoncés. Éviter tous les éclaircissements qui n'étaient pas nécessaires à l'intelligence complète du texte, mais ne négliger

aucun de ceux qui pouvaient y conduire ; renvoyer aux recherches antérieures, quand je ne trouvais rien d'utile à y ajouter; écarter ainsi toutes les discussions qui éloignent du but principal; avoir toujours ce but devant les yeux, et y arriver par le plus court chemin; ne donner les explications conjecturales que pour ce qu'elles sont réellement, afin d'appeler la discussion sur les points qui restent encore douteux ou obscurs; voilà ce que je me suis proposé de faire. Puissé-je y avoir réussi au gré des connaisseurs !

Les remarques de Champollion, contenues, soit dans sa Grammaire imprimée, soit dans ses manuscrits, m'ont permis de remplir plus sûrement quelques lacunes du texte; elles m'ont également fourni des indications qui établissent que le texte grec, écrit avec une aisance, une netteté et une propriété d'expression qu'on n'avait pas assez remarquées, est la rédaction *primitive*, traduite après coup en égyptien, puis exprimée en caractères sacrés. En effet, une pièce où l'autorité royale était à ce point engagée devait être rédigée d'abord par un scribe royal dans la langue du gouvernement, dans celle dont ses agents avaient exclusivement la connaissance et l'usage ; soumise ensuite à une censure préalable ; et, après approbation, envoyée aux scribes égyptiens, pour être traduite, comme ils l'entendraient, dans la langue du pays. Il a dû en être ainsi de tous les actes publics de cette importance; la rédaction grecque était la seule officielle et reconnue de l'autorité.

Je désire que ce travail paraisse un *spécimen* satisfaisant de la méthode d'interprétation que je me propose d'appliquer à toutes les inscriptions grecques de l'Égypte, dont le recueil complet sera bientôt mis sous presse, ainsi que la collection, depuis si longtemps attendue, des papyrus grecs du Musée du Louvre. Ces deux grandes collections de documents, la plupart inédits, qui éclairent une partie importante de l'histoire ancienne, ou nous font connaître la vie politique et civile de l'Egypte grecque et romaine, seront imprimées simultanément de manière à paraître vers la même époque.

INSCRIPTION DE ROSETTE.

TEXTE ET TRADUCTION.

L. 1. Βασιλεύοντος τοῦ νέου, καὶ παραλαβόντος τὴν βασιλείαν παρὰ τοῦ πατρὸς, κυρίου βασιλειῶν, μεγαλοδόξου, τοῦ τὴν Αἴγυπτον καταστησαμένου, καὶ τὰ πρὸς τοὺς

L. 2. θεοὺς εὐσεβοῦς, ἀντιπάλων ὑπερτέρου, τοῦ τὸν βίον τῶν ἀνθρώπων ἐπανορθώσαντος, κυρίου τριακονταετηρίδων, καθάπερ ὁ Ἥφαιστος ὁ μέγας· βασιλέως, καθάπερ ὁ ἥλιος,

L. 3. μέγας βασιλεὺς τῶν τε ἄνω καὶ τῶν κάτω χωρῶν· ἐκγόνου θεῶν Φιλοπατόρων· ὃν ὁ Ἥφαιστος ἐδοκίμασεν· ᾧ ὁ ἥλιος ἔδωκεν τὴν νίκην· εἰκόνος ζώσης τοῦ Διὸς, υἱοῦ τοῦ ἡλίου, Πτολεμαίου,

L. 4. αἰωνοβίου, ἠγαπημένου ὑπὸ τοῦ Φθᾶ· ἔτους ἐνάτου, ἐφ' ἱερέως Ἀέτου, τοῦ Ἀέτου, Ἀλεξάνδρου, καὶ θεῶν Σωτήρων, καὶ θεῶν Ἀδελφῶν, καὶ θεῶν Εὐεργετῶν, καὶ θεῶν Φιλοπατόρων, καὶ

L. 5. θεοῦ Ἐπιφανοῦς, Εὐχαρίστου· ἀθλοφόρου Βερενίκης Εὐεργέτιδος, Πύῤῥας, τῆς Φιλίνου· κανηφόρου Ἀρσινόης Φιλαδέλφου, Ἀρείας, τῆς Διογένους· ἱερείας Ἀρσινόης Φιλοπάτορος, Εἰρήνης,

L. 6. τῆς Πτολεμαίου· μηνὸς Ξανδικοῦ τετράδι, Αἰγυπτίων δὲ Μεχεὶρ ὀκτωκαιδεκάτῃ· Ψήφισμα· οἱ ἀρχιερεῖς, καὶ προφῆται, καὶ οἱ εἰς τὸ ἄδυτον εἰσπορευόμενοι πρὸς τὸν στολισμὸν τῶν

L. 7. θεῶν, καὶ πτεροφόραι, καὶ ἱερογραμματεῖς, καὶ οἱ ἄλλοι ἱερεῖς πάντες, οἱ ἀπαντήσαντες ἐκ τῶν κατὰ τὴν χώραν ἱερῶν εἰς Μέμφιν τῷ βασιλεῖ, πρὸς τὴν πανήγυριν τῆς παραλήψεως τῆς

L. 8. βασιλείας, τῆς Πτολεμαίου, αἰωνοβίου, ἠγαπημένου ὑπὸ τοῦ Φθᾶ, θεοῦ Ἐπιφανοῦς, Εὐχαρίστου, ἣν παρέλαβεν παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, συναχθέντες ἐν τῷ ἐν Μέμφει ἱερῷ, τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ, εἶπαν.

L. 1. Sous le règne du JEUNE [1], et successeur immédiat de son père [2]; maître des couronnes [3]; couvert de gloire; ayant établi l'ordre en Égypte; pieux

L. 2. envers les dieux [4]; supérieur à ses adversaires; ayant amélioré la vie des hommes [5]; maître des triacontaétérides [6], comme Héphæstos, le grand [7]; roi comme le soleil

L. 3. grand roi des régions supérieures et inférieures [8]; né des dieux Philopators; éprouvé par Héphæstos [9]; à qui le soleil a donné la victoire [10]; image vivante de Zeus; fils d'Hélios; PTOLÉMÉE,

L. 4. toujours vivant, chéri de Phthas; la IXe année; Aëtes, fils d'Aëtès, étant prêtre d'Alexandre et des dieux Soters, et des dieux Adelphes, et des dieux Évergètes et des dieux Philopators, et

L. 5. du dieu [11] Épiphane, Eucharïste [12]; étant athlophore de Bérénice Évergète Pyrrha, fille de Philinus; étant canéphore d'Arsinoë Philadelphe Aria, fille de Diogène:

L. 6. étant prêtresse [13] d'Arsinoë Philopator Irène, fille de Ptolémée [14] : du mois Xandique le IV [15]; et du mois des Égyptiens Méchir le XVIII;

DÉCRÊT [16] :

Les grands prêtres et prophètes, et ceux qui pénètrent dans le sanctuaire pour l'habillement des

L. 7. dieux, et ptérophores, et hiérogrammates, et tous les autres prêtres [17] qui, des temples du pays, s'étant rendus à Memphis, au-devant du roi, pour la panégyrie de la réception de la

L. 8. couronne, de Ptolémée, toujours vivant, chéri de Phthas, dieu Épiphane, Euchariste, laquelle il a reçue immédiatement de son père, réunis dans le temple de Memphis [18], ce même jour, ont dit :

L. 9. Ἐπειδὴ βασιλεὺς Πτολεμαῖος, αἰωνόβιος, ἠγαπημένος ὑπὸ τοῦ Φθᾶ, θεὸς Ἐπιφανὴς, Εὐχάριστος, ὁ ἐγ βασιλέως Πτολεμαίου καὶ βασιλίσσης Ἀρσινόης, θεῶν Φιλοπατόρων, κατὰ πολλὰ εὐεργέτηκεν τά θ' ἱερὰ, καὶ

L. 10. τοὺς ἐν αὐτοῖς ὄντας, καὶ τοὺς ὑπὸ τὴν ἑαυτοῦ βασιλείαν τασσομένους ἅπαντας· ὑπάρχων θεὸς ἐκ θεοῦ καὶ θεᾶς, καθάπερ Ὧρος, ὁ τῆς Ἴσιος καὶ Ὀσίριος υἱὸς, ὁ ἐπαμύνας τῷ πατρὶ αὐτοῦ Ὀσίρει , τά [τε] πρὸς θεοὺς

L. 11. εὐεργετικῶς διακείμενος, ἀνατέθεικεν εἰς τὰ ἱερὰ ἀργυρικάς τε καὶ σιτικὰς προσόδους· καὶ δαπάνας πολλὰς ὑπομεμένηκεν, ἕνεκα τοῦ τὴν Αἴγυπτον εἰς εὐδίαν ἀγαγεῖν, καὶ τὰ ἱερὰ καταστήσασθαι,

L. 12. ταῖς τε ἑαυτοῦ δυνάμεσιν πεφιλανθρώπηκε πάσαις, καὶ ἀπὸ τῶν ὑπαρχουσῶν ἐν Αἰγύπτῳ προσόδων, καὶ φορολογιῶν, τινὰς μὲν εἰς τέλος ἀφῆκεν, ἄλλας δὲ κεκούφικεν, ὅπως ὅ τε λαὸς καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ἐν

L. 13. εὐθηνίᾳ ὦσιν ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας· τά τε βασιλικὰ ὀφειλήματα, ἃ προσώφειλον οἱ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ οἱ ἐν τῇ λοιπῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ, ὄντα πολλὰ, τῷ πλήθει ἀφῆκεν· καὶ τοὺς ἐν ταῖς φυλακαῖς

L. 14. ἀπηγμένους, καὶ τοὺς ἐν αἰτίαις ὄντας ἐκ πολλοῦ χρόνου, ἀπέλυσε τῶν ἐνκεκλημένων· προσέταξε δὲ καὶ τὰς προσόδους τῶν ἱερῶν, καὶ τὰς διδομένας εἰς αὐτὰ κατ' ἐνιαυτὸν συντάξεις, σιτι-

L. 15. κάς τε καὶ ἀργυρικὰς, ὁμοίως δὲ καὶ τὰς καθηκούσας ἀπομοίρας τοῖς θεοῖς, ἀπό τε τῆς ἀμπελίτιδος γῆς, καὶ τῶν παραδείσων, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ὑπαρξάντων τοῖς θεοῖς, ἐπὶ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ,

L. 16. μένειν ἐπὶ χώρας· προσέταξεν δὲ καὶ περὶ τῶν ἱερέων, ὅπως μηθὲν πλεῖον διδῶσιν εἰς τὸ τελεστικὸν, οὗ ἐτάσσοντο ἕως τοῦ πρώτου ἔτους, ἐπὶ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ· ἀπέλυσεν δὲ καὶ τοὺς ἐκ τῶν

L. 17. ἱερῶν ἐθνῶν τοῦ κατ' ἐνιαυτὸν εἰς Ἀλεξάνδρειαν κατάπλου· προσέταξεν δὲ καὶ τὴν σύλληψιν τῶν εἰς τὴν ναυτείαν μὴ ποιεῖσθαι· τῶν τ' εἰς τὸ βασιλικὸν συντελουμένων ἐν τοῖς ἱεροῖς βυσσίνων

L. 18. ὀθονίων ἀπέλυσεν τὰ δύο μέρη· τά τε ἐγλελειμμένα πάντα ἐν τοῖς πρότερον χρόνοις ἀποκατέστησεν εἰς τὴν καθήκουσαν τάξιν, φροντίζων ὅπως τὰ εἰθισμένα συντελῆται τοῖς θεοῖς, κατὰ τὸ

L. 9. **Considérant** [19] **que le roi Ptolémée, toujours vivant, chéri de Phthas, dieu Épiphane, Euchariste, issu du roi Ptolémée et de la reine Arsinoë, dieux Philopators, a comblé de bienfaits les temples, et**

L. 10. **ceux qui y demeurent, et tous ceux qui sont rangés sous sa domination; qu'étant dieu, né d'un dieu et d'une déesse, comme Horus, le fils d'Isis et d'Osiris, qui a vengé son père Osiris** [20]**; envers les dieux,**

L. 11. **plein d'une piété généreuse, il a consacré aux temples des revenus en argent et en vivres** [21]**, et supporté de grandes dépenses pour amener la sérénité** [22] **en Égypte, et pour établir l'ordre en tout ce qui concerne le culte** [23]**;**

L. 12. **il a manifesté de toutes ses forces ses sentiments d'humanité** [24]**; d'entre les revenus publics et impôts perçus en Égypte, il a supprimé définitivement quelques-uns et allégé d'autres; afin que le peuple** [25] **et tous les autres**

